 bus niue. Illis utiq⁹ sermonib⁹ qb⁹ dixisti
 p⁹ Esaiā: Si fuerint pctā vestra sicut feniciū
 vt niuē dealbabo. Est etiā poculū q⁹ secreta
 mētis mūdare cōsuesti. Poculū nō nature
 veteri nec ex vite solēni: s⁹ poculū nouuz de
 celo delatū: i tra exp̄sū ex illo botride pēgri
 no q⁹ sicut vīa de vite: ita ille in carne cruci
 pepēdit e ligno. Ex hoc q⁹ botride: ē poculū
 qd⁹ letificat cor hoīs: sobrietatem inebriat:
 crapulā fidei et vere religiōis exhalat: crapu-
 lam castitatis infūdīt. Hoc igit⁹ poculo dñe
 meus: dñi aures Augusti mentis emunda:
 vt sicut poculo naturali hoīs sebrati quie-
 tem diligūt: timorē mortis expellūt: iniuri-
 as nō sentiunt: aliena nō querunt: suorum
 obliuiscunt. Ita etiā poculo tuo crapulat⁹
 pacē diligit: et fidei exultatiōe secur⁹: mortē
 infidelitatis ignoret: patientiā charitatē ex-
 hibeat: Sacrilegia aliena nō teneat: Fidez
 etiā pignoribus suis pferat: fm qd⁹ scrip-
 tū est: Relinque omnia tua et veni sequere
 me. Hoc poculo domine iesu: sensus etiā
 nostros dilue: vt te adorem: te colam⁹ visi-
 bilū et inuisibilū creatorē. Nō potes ergo
 inuisibilis aut bonus nō esse: qui id etiā
 tuis operibus contulisti.

Matt. 19.

Sancti Ambrosij ep̄i liber prim⁹
 de fide ad Bratianū augustum ex-
 plicit Prefatio eiusdem in libruz
 secundum de fide ad Bratianū au-
 gustum incipit.

Atis vt arbitror

libro superiore sancte impera-
 tor edoctū ē: sempiternuz esse
 deū dei filiū. Nō dissimilē pa-
 tri: genitū non creatū. Deum
 quoq⁹ verum dei filiū scripturaruz lectio-
 nibus approbauim⁹: et apertū maiestatis suc-
 indicij designatū. Itaq⁹ quāuis ista ad fi-
 dem copiose redundantiā sint: q⁹ a fontis
 meatu magnitudo plerunq⁹ decurrētis flu-
 minis estimat: tamē quo puri⁹ niteat fides
 triptita videat⁹ deriuanda distinctio. Sunt
 enim euidentia indicia que p̄prietatē deita-
 tis ostēdūt. Sūt q̄ similitudinē p̄ris et filij.
 Sūt etiā q̄ perspicuā dñe maiestatis exp̄i-
 munt vnitatē. P̄prietatis itaq⁹ sunt ge-
 neratio: deus: fili⁹: x̄bū. Similitudinis: splen-
 dor: character: speculum: imago. Unitatis

eternę: sapiētia: virt⁹: veritas: vita. Hęc in-
 dicia ita dei filiū signant: vt ex his et semp-
 ternū patrē esse cognoscas: nec ab eo filium
 discrepantem. Ex eo em̄ qui ē generatiō ex
 sempiterno de⁹: Ex patre fili⁹: ex deo x̄bū:
 splendor glorię: character substātię: specu-
 luz dei: maiestati imago: de bono bonitas:
 de sapiente sapientia: de forti virt⁹: de ve-
 ro veritas: de viuente vita. Cōcordant igit⁹
 patris et filij indicia: quib⁹ nō discrepa-
 re inter se: sed vnus maiestati eē nemo du-
 bitauerit. Quor⁹ singulor⁹ pferrem⁹ exēpla
 nominū: nisi coartandi sermonis studio te-
 neremur. His duodecim tanq⁹ lapidib⁹ pre-
 ciosis: fidei colūna consurgit. Hi sunt enim
 preciosi illi lapides: sardius: iaspis: smar-
 gdus: chrysolit⁹: et ceteri: quib⁹ sancti aaron
 illi⁹ utiq⁹ qui figurā gessit christi veri: scz ve-
 stimentū sacerdotis interit. Circumdati au-
 ro lapides et sculpti de nominibus filiorum
 israel: duodecim lapides sibi inuicē cogre-
 tes. Nā si eos aliquis separet aut secernat:
 omnis fidei structura dissoluūt. Itaq⁹ prin-
 cipiū fidei nostrę est: scire q⁹ genit⁹ est dei fi-
 lius. Si genit⁹ nō ē: nec fili⁹ ē. Nec sat⁹ ē di-
 xisse filiū: nisi et vngentū filiū designauerit.
 Si creatura ē: de⁹ nō ē: si de⁹ nō ē: nec vita ē:
 si nō ē vita nec veritas ē. Ergo tria illa: id ē
 generatiō: filius: vngent⁹: principalit⁹ et p-
 prie indicat ex deo filiū. Tria sequentia: id
 est: deus: vita: veritas: virtutē ei⁹ manife-
 stant: q⁹ cōdidit et fecit subsistere creaturam.
 In ipso em̄ viuim⁹: mouemur et sum⁹: sicut
 ait paulus. Et ideo in illis trib⁹ p̄prietatis
 filij: in istis alijs paternę ac filij operatiōis
 vnitatis declaraf. Imago quoq⁹ et splendor
 et character dicif dei filius: q⁹ hęc incompre-
 hensibilē et inuestigabilem paternę diuini-
 tatē maiestatis in filio: et expressam similitudi-
 nem reuelarunt. Hęc quoq⁹ tria videm⁹ ad
 similitudinē pertinere. Reliquū est virt⁹: sapi-
 entia: iusticia: vt his singulis operatiōibus
 eternitas probaret. Hoc igit⁹ est illud vesti-
 mentū preciosis lapidib⁹ adornatū: hic ve-
 ri amictus est sacerdotis: hęc vestis nuptia-
 lis: hic textus p̄pheticus qui bene nouerit
 ista cōtexere. Neq⁹ vilis ista textura est: de
 qua dominus dicit per p̄phetaz: Quis de-
 dit mulieribus texturę sapientiam? Nec cō-
 munes isti lapides: vt legimus sup̄lemēti.
 Dis em̄ in eo p̄fectio: ē si nihil desit lapidis
 cōpositi et circumdati auro: intelligibili scz

Act. 17.

natura: Si eos bene mens nostra componat naturalisq; sensus probabili ratione compaginat. Deniq; q̄ non mediocres lapides sint lectio docet. Quia cum alij alia villiora de ferret: istos tamē lapides sup humeros suos religiosi principes attulerūt: ex quib; fecerunt rationale opus textile. Textile em̄ opus ē quādo fidei facta cōcordāt. Nec me aliquis errare putet: quia supra trispertitaz de quaternis: subter vero quadrispertitam de ternis feci distinctionē: boni operis gra: p̄ diuersas plus placet formas. Bona enīz z illa que textrīnū indumentis sacerdotalis ostendit: vel lex scilicet vel ecclesia: q̄ binas vestes fecit viro suo: sicut scriptum est: vnā operis: alterā mentis fidei intertextens factorz q̄ velamina. Itaq; alibi sicut legim; Aurū p̄terit: z postea hiacynthū ac purpurā cum cocco subiūgit z bysso. Kursus alibi ex hiacyntho z ceteris: prius flosculos format aurumq; subnectit: z vnus est habit; sacerdotis: vt iisdē coloribus micās: gratiē decorisq; diuersitas: ordinis diuersitate resplendat. Itaq; vt etiā rōnis typicę series designatur: auro z argento pbabili nō ē dubiū eloquia domini designari: quib; fides constat. Scriptū est enī: Eloquia dñi eloq; casta: argentū igne examinātū probatū terre purgatū septuplū. Hiacynth; autē aeris habet similitudinē: quē spiramus z cui; carpinus statum. Purpura quoq; speciē aquaz exprimit. Per coccz ignis intelligit: Terra per byssum: hęc em̄ ex terra gignitur. Ex his autē quattuor elementis: corpus subsistit humanū. Siue ergo mentis fidei precedente cōscientia: corporis facta subnectas: siue facta p̄cedant z fides astipulens comes religiosa factorz: hic religiosi ornatus antistitis: hoc velamen ē sacerdotis. Bona ergo fides: cum pulchro operū retinet ornatu. De qua vt ad summā loquar definitōes iste sūt: que nō quęunt solui. Si ex nihilo ē: nō est filius. Si creatura est: nō est creator. Si factura est: nō est omnium factor. Si discēs nō p̄cognitor. Si accipiens: nō est perfectus. Si pficiens nō est de;. Si dissimilis nō imago. Si per gratiam: nō per naturaz: Si bonitat; expers: auctor malicię. Nemo bonus nisi vnus deus.

Capitulor; libri secūdi de fide ad Gratianū Augustū sancti Ambrosii episcopi: recollecta annotatio.

Quarriani bonum dei filium negēt. Ca. I.
De vero z bono dei filio. Ca. II.
De omnipotenti dei filio. Ca. III.
De dño maiestatis dei filio. Ca. IIII
Finis.

Sancti Ambrosii episcopi liber secundus de fide ad Gratianū Augustū: feliciter incipit.

Quarriani bonum dei filium negent. Ca. I.

Tu peo itaq; ad

reliqua sancte impator: z toto corpore animoq; deficio: esse aliquos homines vt potius nō homines sed huma-

na adoptos specie: intus autē demētē bestialis: qui post tanta dñi z taz diuina bñficia bonū negent eē auctorem bonoz. Scriptū est inquit: Nemo bonus nisi vn; de;. Marc. 10. Scriptū ē: agnosco: sed littera errorem non habet: vt inā arriana interpretatio nō haberet. Apices sine crimine sunt: sensus in crimine. Dicitū domini saluatoris agnosco. Sz cōsideremus: qñ dicat: cui dicat: qua circūspectione dicat. Dicit vtq; in hois forma dei filius: z dicit scribē: ei scz qui magistrus bonū dei filium nominaret: deum negaret. Quō ille nō credit: christ; adiūgit vt dei filii: nō vt bonū magistrū: sed vt bonū deū credat. Nam sicubi vnus de; dicit: nequa q̄ tñ dei filius a diuinitatis plenitudine separatur. Quō vbi vn; deus bonus nūcupat: plenitudine diuine potestatis vnigenit; excluditur. Necessē est igit; aut deum negent dei filium: aut deū bonū esse fateant. Et iō circūspectione celesti nō dixit: Nemo bon; nisi vn; pater: Sz nemo bon; nisi vn; de;. Pater em̄ ppriū generatis ē nomē: de; autē vn; est: nequa q̄ deitatē trinitatē excludit: z iō natura laudat. Bonitas q̄ in natura est dei: z in natura dei etiā dei filii. Et iō nō qd singularitatis: s; qd trinitatis ē pdicat. Nō igit; a dño bonitas negat: s; tal; discipul; refutat. Nā cū scriba dixisset: Magister bone: Rēdit dñs: Quid me dicis bonū: id est quē deū nō credis? Nō est satis vt bonū dicas: nō tales ego hō discipulos q̄ me mag; s; in hoiez m;grm bonū q̄ scdm diuinitatē deū bonū credāt. Sed nolo p̄rogatiua nature sue z priuilegio ptatis vtat. Nō dicat bon; si nō meret; a nobis. Si hoc nō meret; opib;

si beneficijs nō meret. Abdicet suę iure natura: subdat nostro iudicio. Qui iudicat d nobis est: nō dedignat iudicari: vt iustificetur in sermonib⁹ suis: ⁊ vincat cū iudicat. Hiccinē ergo nō bon⁹: qui bona tribuit mihi: Hiccinē nō bon⁹: qui cū sexcenta milia populi iudeoz persecutoab⁹ suis cederēt: debiscētē subito rubri maris estum indiuidua aquaz mole diuisit: vt fideles circūfusa vnda muniret: infidos refusa demergeret: Hiccinē nō bon⁹: cui⁹ imperio maria solidata fugientib⁹: saxa humefacta siccitibus: vt opus veri agnosceret auctoris: cui⁹ humor rigesceret: petra inundaret: Qd vt agnosceres opus christi: ap̄ls dixit: Petra aut erat xps. Hiccinē nō bon⁹: qui tam innumera populi milia ne qua inceseret fames in deserto pavit pane celesti sine ysu labori cum fructu quietis: ita vt eoz per quadraginta annos nec vestimēta veterascerent: nec calciamēta tererent: Instar infidelibus futurę resurrectionis ostēdens q nec factorū decoza splēdidorum: nec circūfusę virtutis nitor: nec vitę cursus periret humane. Hiccinē nō bon⁹: qui nobis celum fecit esse qd terra est: vt sicut in celo quasi in speculo quodā: stellaz lucentiū refulgēt globi: Ita etiā apostolorū ⁊ martyru ⁊ sacerdotuz vice stellaz splēdentiuz toto illucescerent chori mundo: Ergo nō solū bon⁹ sed etiā pastor bonus: hoc est: non sibi tm̄: sed etiā ouibus suis bonus. Bonus em̄ pastor aiām suam ponit p ouibus suis. Posuit plane animā suam vt nostrā leuaret. Sed pro diuinitatē potestate posuit ⁊ sumpsit: sicut scriptū est: **Abi. 5.** Potestātē habeo ponēdi aiām meā ⁊ potestātē habeo sumēdi eā. Nullus eam tollit a me: s̄ ego a memetipso pono eā. Tides bonitatez: qz spōte posuit: vides ptātez: quia sūpsit: Et tu bonū negas cū ipse de se i euāgelio dixerit: Si ego bon⁹ quare ocul⁹ tuus nequā? Ingrate quid agis? Bonū negas: per quē bona speras: si tū credas. Bonū negas qui dedit nobis: quē oculus non vidit: nec auris audiuit. **1. Cor. 2.** Nec i bonū credam: Bonū est em̄ cōfiteri dño. **Abi. 117.** Abihi expedit: vt domino cōfitear. Scriptū ē enim: Cōfitemini dño qm̄ bon⁹. Abihi expedit: vt iudicē meum bonū arbitrer. Dñs em̄ bon⁹ iudex domui israel. Ergo si iudex: dei fili⁹ vtiqz. Qm̄ iudex dñs ⁊ de⁹ bon⁹ ē. Iudex autē dei fili⁹ est: ⁊ de⁹ bon⁹ iudex dei filius. Si forta sse

nō credas alijs: nō credas filio: audi patrez dicētem: Eructauit cor meū verbū bonum. **Ps. 44.** Bonū ḡ verbū est: verbuz hoc de quo scriptum est: Et verbum erat apud deū: ⁊ deus erat verbū. Ergo si verbū bonū est: fili⁹ autem dei verbū est: Bonus vtiqz de⁹ est dei filius: etiā si nō placeat arrianis. Erubescāt aliquādo. Iudei dicebāt: Bonus ē: ⁊ si alij dicebāt: nō est: alij dicebāt tamē bonus ē: et vos oēs bonū negatis. Bonus ē q pctm̄ mūdi abstulit. De ipso em̄ dictum est: **Abi. 5.** Ecce agnus dei: ecce qui tollit pctm̄ mūdi. Sed qd dubitam⁹? Credidit iā ecclia bonū: ⁊ cōfessa ē dicēdo: Osculet me ab oselo oris sui: **Can. 1.** qm̄ bona vbera tua sup vinuz. **Can. 7.** Et alibi: Et fauces tuę tāquā vinū optimū. Bon⁹ ḡ ille nos legis ⁊ ḡ nutrit vberib⁹: celesti cura hoim̄ ḡdicatiōe demulcēs: Et nos bonū negam⁹ cū sit imago bonitatis: exprimens eterne in se se bonitatis effigiē? Sicut ⁊ supra ostendimus scriptū: qz ipse ē speculum **Sap. 7.** sine macula ⁊ imago bonitatis illius.

De vero ⁊ bono deo: dei filio.

Ca. II.

Ed quid vobis videtur: quid bonū ⁊ verum deū dei filiū denegat: cui⁹ scriptum sit: q nullus de⁹ nisi vn⁹. **1. Cor. 8.** Nā ⁊ si sūt qui dicātur dij: an inter eos xpm̄ annumeratis: qui dicūtur ⁊ nō sūt? Cū speciale sit eius: vt semper sit: ⁊ p̄ter ipsū bon⁹ ⁊ verus alius de⁹ nō sit: qm̄ in ipso est de⁹: speciale autē etiā patris sit: vt post ipsū verus ali⁹ deus nō sit: quia vn⁹ de⁹. Nec iuxta sabellianos pfem filiūqz cōfūdēs: nec iuxta arrianos patrē filiūqz secernēs. Pater em̄ ⁊ filius distinctionem habēt vt pater et filius: separationē diuinitatis nō habēt.

De omnipotente dei filio. **Ca. III.**

Taqz cum verus ⁊ bon⁹ dei filius: vtiqz omnipotēs de⁹ dei filius. Nū hunc quoqz dubitari potest? Supra dixim⁹ lectū: quia de⁹ oipotēs nomē est ei. **Exo. 15.** Ergo quia filius domin⁹: dñs aut omnipotēs: oipotēs dei fili⁹. Sed accipe etiā eam: de qua dubitare nequeas lectionē. Ecce venit inquit cum nubibus: ⁊ videbit eum ois oculus: ⁊ qui eū cōpūxerūt: ⁊ plangēt se super eum oēs tribus terre: etiā amē. Ego sū alpha ⁊ o dicit dñs de⁹: qui est ⁊ qui erat et qui venturus est omnipotēs. Quem igitur cōpūxerūt: ⁊ quē speram⁹ esse venturū: nisi filiū dei? Ergo omnipotēs domin⁹ ⁊ deus

etiā christ⁹ ē. Accipe aliud sancte impator: accipe xpm loquentē. Hęc dicit dñs omnipotens: Post honorē misit me sup gentes que deſpdauerūt vos: qm̄ qui tāgit vos: qñ qui tangit pupillā oculi ei⁹. Quia ecce ego in iūcio manū meā sup eos qui deſpdauerūt vos et erūt in prēdā qui ſpdauerūt eos: et ſcient quia domin⁹ omnipotēs misit me. Uti qz qui dicit: dñs ē omnipotēs: et q̄ misit dominus ē oipotēs. Ergo et p̄ris et filij oipotētia: sed tñ deus vnus omnipotēs: qz vnitas ptātis est. Atqz vt ſcias imperator auguſte xpm̄ eſſe qui locut⁹ eſt et in p̄phetis et euāgelio: tanquā in ſp̄deſtinatiōe euāgelij per eſaiam dicit: Ipſe qui loquebar aſſum: hoc eſt: aſſum in euāgelio qui loquebar in lege.

1. Eſa. 52. Deinde alibi: Oīa que pat̄ habet mea ſūt. Que ſunt oīa? Nō vtiqz locut⁹ ē de creatis: hęc em̄ omnia facta ſunt per filiū: Sed ea q̄ pat̄ habet: id eſt eternitatē: maiestatē diuinitatēqz naſcēdo poſſidet. Ergo eū qui oīa habet q̄ pater habet (Scriptū eſt em̄: Omnia que pater habet mea ſūt) omnipotentē eſſe dubitare nō poſſum⁹. Nec vereor: quia scriptū eſt de deo: Beat⁹ et ſolus potēs: ab eo dei fili⁹ ſeparet: cū ſcriptura deum ſoluz potentē dixerit: nō patrē ſolum: Et ipſe de christo deus pater aſſerat per p̄phetā: Poſui adiutoriū ſuper potentē. Nō ergo pater ſol⁹ potēs: ſed potēs etiā dei fili⁹. In p̄ſe em̄ laudat̄ fili⁹. Lerte oſtēdat aliquis quid ſit qd̄ nō poſſit dei filius. Quis ei adiutor cuſ celum fecerit: fuit: Quis adiutor cū conderet mundū? An qui in cōſtitutiōe angeloz et dominationū adiutore nō eguit: eguit vt hominē liberaret? Scriptum eſt inquit: Pater ſi poſſibile eſt transfer a me calicem hunc: Et ideo ſi omnipotēs ē quomodo de poſſibilitate ambigit? Ergo qz omnipotentem p̄bauit. Probauit vtiqz ambigere eum de poſſibilitate nō poſſe. Verba inquit xpi ſūt. Verum dicis. Sed quādo et in qua forma loquat̄ aduerte. Hois ſubſtantiā gerit: hominis aſſumpſit affectum. Deniqz ſupra habes: Quia progreſſus puſillū procidit i faciē ſuam orans et dicēs: Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Non ergo quaſi deus: ſed quaſi homo loquit̄. Deus enim poſſibile aliquid aut ipoſſibile neſciebat? Aut aliquid ipoſſibile deo: cū ſcriptū ſit: Impoſſibile em̄ tibi nihil eſt. De quo autē dubitat: de ſe: an de patre? De eo vtiqz qui

dicit: traſſer: dubitat hois affectu. Ergo p̄pheta nō putat aliquid ipoſſibile deo. Propheta nō dubitat: et filium dubitare tu credis? Num intra hoies cōſtitues deum? Et dubitat de patre de⁹ et de morte formidat? Timet ergo chriſt⁹: et dñ petrus nō timeat: chriſtus timet? Petrus dicit: Aliaz meā pro te ponā: chriſtus dicit: anima mea turbaſ. Utrūqz verū ē: et plenū vtrūqz rōnis: qd̄ et ille qui eſt inferior nō timet: et ille qui ſuperior eſt gerit timentis affectū. Ille em̄ quaſi hō vim mortis ignorat: iſte quaſi de⁹ i corpore cōſtitut⁹: fragilitatē carnis exponit: vt eoz qui ſacramentū incarnatiōis abiurār excluderet impietas. Deniqz et hęc dixit: et manicheus nō credidit: Valentinus negauit: marcion phantaſma iudicauit. Louisqz autē hoiem quē in veritate corporis demōſtrabat: equabat a affectu vt diceret: Sed tñ nō ſicut ego volo ſed ſicut tu vis: Cū vtiqz ſimiliter ſit chriſti velle qd̄ pater vult: cui⁹ ſimiliter eſt facere qd̄ pater facit. Quo loco etiā illa veſtra queſtiō conticeſcit: quam ſoletis obijcere: quia dixit domin⁹: Nō ſicut ego volo: ſed ſicut tu vis. Et alibi: Ad h̄ deſcendi de celo: nō vt faciā volūtatez meā ſed volūtate eius qui me miſit. Ergo vt quaſi interpoſitis plenioris expoſitionis pauliſp̄ inducis: cur dixerit ſi poſſibile eſt: volūtatis interim libere dñm fuiſſe doceam⁹. In tantū proceſſiſtis impietatis: vt negetis qd̄ filius dei libere volūtatis ſit. Ac certe ſoletis etiā ſanctospiritui derogare: et negare nō poſteſtis ſcriptū eſſe: Spirit⁹ vbi vult ſpirat. Ubi vult inquit: nō vbi iubet. Ergo ſi ſpūs vbi vult ſpirat: filius qd̄ vult nō agit? Et certe idē dei fili⁹ in euangelio ſuo dicit: vbi velit ſpirandi ſuperetere ſpiritui facultatem. Nunquid ergo ſuperiorē fateſ: qz illi licet qd̄ ſibi nō licet? Apoſtolus quoqz dic: qz omnia operat̄ vnus atqz idē ſpiritus: diuidens ſingulis put̄ vult. Prout vult inquit: hoc eſt: pro libere volūtatis arbitrio: nō p̄ neceſſitatis obſequio. Et diuidit ſpirit⁹ nō mediocritā: ſed que deus ſuevit opari: gratiā curationū et operationē virtutuz. Ergo diuidit ſpirit⁹ prout vult: fili⁹ dei nō liberat quē vult: Sed audi etiā ipſū agere qd̄ vult. Dixit enī: Ut faciā voluntatē tuā de⁹ me⁹ volui. Et alibi: Volūtarie ſacrificabo tibi. Sciuit ſanc⁹ ap̄ls petr⁹ ieſum in poteſtate habere que vellent: et ideo cū videret ambu-

Zacharie. 2.

Eſa. 52.

Job. 16.

1. Timoth. 6.

Pſ. 88.

Matt. 26.

Job. 13.

Matt. 26.

Job. 6.

Job. 3.

1. Cor. 12.

Pſ. 39.

Pſ. 53.

Mattb. 14. lare enim supra mare ait: **Dñe** si tu es iube me venire ad te super aquā. Petrus credidit: quia si christus iubeat: nature possit cōditio mutari: vt humanis se subiiciat vnda vestigijs: et discrepantiū naturarū possit cōuenire cōcordia. Petrus poscit vt iubeat: nō vt roget christū: christū nō rogauit s̄ iussit et factū est: et arrius tradidit: **Quid** est qđ pater velit: et filius nolit: aut filius velit et pater nolit? Pater quos vult viuificat: et filius quos vult viuificat: sicut scriptum est. **Dic** nūc quos viuificauerit filius et pater viuificare noluerit? **Lū** aut fili⁹ quos velit viuificet et operatio vna sit: vides quia non solum filius voluntatez patris sed etiā pater filij faciat volūtate. **Quid** ē autē viuificare nisi per filij passionē? Passio aut christi: voluntas est patris. Quos ergo fili⁹ viuificat per patris viuificat volūtate. **Vna** igit est voluntas. **Quę** aut volūtate patris: nisi vt veniret iesus in hunc mūdū et nos mundaret a vitijs? **Audi** leprosu dicēte: Si vis potes me mundare. **Respōdit** christus: **Volo**: et statim secut⁹ est effectus sanitatis. **Vides** quia filius arbiter sue voluntatis ē: et christi voluntas eadē quę paterna ē: quāq; cū dixerit: **Omnia** quę pater habet mea sunt: sine dubio quia nihil excipit: quā pater habet: eandē habet et fili⁹ volūtate. **Vna** ergo volūtate: vbi vna operatio. **In** deo em̄ vna volūtate series: operatiōis effect⁹ ē. **Sz** alia volūtate hoīs: alia dei. **Deniq;** vt scias vitam in voluntate eē hominis quia mortem timem⁹: passionē autem christi in voluntate diuina vt pateret pro nobis: cū petr⁹ dominuz vellet a passione reuocare: dñs ait: **Nō** sapias ea qđ dei sunt: sed quę sunt hoīm. **Suscepit** ergo volūtate meā: suscepit tristitiam meā. **Cōfidenter** tristitiā nomino: qz crucē predico. **A**dea est volūtate quā suā dixit: qz vt homo suscepit tristitiā meā: vt hō locutus est. **Ideo** ait: **Nō** sicut ego volo s̄ sicut tu vis. **A**dea ē tristitiā: quā meo suscepit affectu. **Nemo** em̄ moriturus exultat: **A**hī cōpatit: mihi tristis ē: mihi dolet. **Ergo** pro me et in me doluit: qui p se nihil habuit qđ doleret. **Dolet** igit domie iesu: nō tua sed mea vulnera: nō tuā mortē sed nostraz infirmitatē: sicut ait ppheta: **Quia** p nobis dolet. **Et** nos dñe estimauim⁹ te esse in dolorib⁹: cū tu nō pro te sed pro me doleres. **Et** quid mirū si pro omnib⁹ doluit: qui

Job. 5.

Mattb. 8.

Mattb. 16.

Mattb. 26.

pro vno fleuit? **Quid** mirū si moritur⁹ pro oībus tedeat: qui lazari resuscitatur⁹ illachrymat? **Terū** et tibi pie sororis lachrymis commouet: quia mētē humanā tangebatur: et hic alto operat⁹ effectū: vt sicut moīs ei⁹ mortē abstulit: liuor ei⁹ vlcera nostra curauit: ita etiam merore nostrū: meror eius aboleret. **Et** hō ergo dubitat: vt homo turbat. **Nō** turbat virt⁹: nō turbat eius diuinitas: sed turbat aīa: turbat scōm humanę fragilitatis assumptiōz. **Et** ideo qz suscepit animā: suscepit et anime passionē. **Nō** em̄ eo qđ deus erat: aut turbari aut mori posset. **Deniq;** de⁹ de⁹ inquit me⁹: quare me dereliquisti? **Et** homo ḡ loquit: meos circumferens metus: qđ in periculis positi a domino deferri nos putamus. **Et** hō turbat: vt hō fiet: vt homo crucifigat. **Sic** enī et apostol⁹ paulus dixit: **Quia** christi carnē crucifigat. **Et** alibi ap̄s petr⁹ ait: **Christo** passo fm carnē. **Laro** igit est passa: diuinitas autez mortis libera: passioni corpus: nature humanę legi cōcessit. **An** vero mori diuinitas potest: cum aīa nō possit? **Nolite** inquit timere eos qđ corpus possūt occidere: aīam autē nō pūt. **Si** ḡ aīa occidi nō pōt: quō diuinitas pōt?

Ps. 22.

1. Petri. 4.

Mattb. 10.

De domino maiestatis dei filio. Ca. III.

Idē illud qđ lectū est: **Dñm** maiestatis crucifixū esse: nō quasi i maiestate sua crucifixū putem⁹: sed quia idē deus: idē homo: per diuinitatē deus: per susceptionē carnis homo iesus christ⁹. **Dñs** maiestatis dicit crucifix⁹: quia cōsors vtriusq; nature: id est humanę atq; diuine: in natura hominis subiit passionē: vt indiserete et domin⁹ maiestatis dicat esse qđ passus est: et filius hominis: sicut scriptum est: **Qui** descendit de celo. **Per** naturaz igitur hominis et dubitauit et rediit et resurrexit. **Nō** em̄ cecidit: hoc resurrexit per naturam hominis. **Dicit** etiā illud de quo calūniari solent: quia dictū est: **Vado** ad patrē: quoniam pater maior me est. **Quō** vadit nisi p mortē: et venit nisi per resurrectionē? **Deniq;** et addidit vt de assumptiōe se dixisse signaret: **Propterea** dixi vobis priusq; fiat: vt cum factū fuerit credatis. **Loquebat** enim passionē sui corporis et resurrectionē p quā credere ceperat qui ante dubitabat. **Neq;** enim de⁹ de loco ad locū transit: qui vbiq; semper est: vt homo est qui vadit: ipse ē qui

Job. 14.

Job. 14. venit. Deniq; et alibi dicit: Surgite eamus
 inquit. In eo ergo vadit et venit: quod est com-
 mune nobiscum. Nam quod potest minor esse de-
 cum deo perfectus et plenus sit? Sed minor in na-
 tura hominis: et miraris si ex persona hominis pres-
 dixit maiorem: qui in persona hominis severius
 dixit esse non hominem. Dixit enim: Ego autem
 Eia. 53. sum vermis et non homo. Et alibi: Sic ovium
 ad occisionem ductus est. Si in hoc minore
 dicit negare non possumus. Sed ut verbo utar
 scripturę: non minor natus: sed minoratus
 est: hoc est minor factus est. Quomodo autem
 Phil. 2. minor factus: nisi quia cum in forma dei esset:
 non rapinam arbitrat⁹ esse se equalem deo:
 sed semetipsum exinanivit: Non amittens
 utique quod erat: sed assumens quod non erat: quia for-
 ma servi accepit. Deniq; ut scirem⁹ per su-
 sceptionem corporis minoratum: de homine da-
 vid prophetavit dicens: Quid est homo qui me-
 mor es eius: aut filius hominis: nisi quia vili-
 tas eius? Adinorasti eum paulomin⁹ ab an-
 gelis. Hoc ipsum interpretatur apostolus ait: Nam
 paulomin⁹ minoratum ab angelis videmus
 Iesum propter passionem mortis: gloria et ho-
 nore coronatum: ut sine deo pro omnibus
 gustaret mortem. Non solum ergo a patre sed etiam
 ab angelis minor filius dei factus est. Et si hoc
 ad preiudicium trahis: Nam ergo filius in na-
 tura dei minor est quam sui angeli qui ei servierunt
 et ministraverunt? Ita dum minore vultis asserere:
 impietatem incurritis: ut angelorum naturam dei
 filio preferatis. Sed non est servus super dominum su-
 um. Deniq; et in carne constituto angeli mini-
 strabant: ut nihil ei agnoscas per naturam cor-
 poris imminutum. Neque enim deus sui pati
 potuit detrimentum: cum id quod assumpsit ex
 virgine: nec accessio divine: nec diminutio
 potestatis sit. Non est ergo secundum divinitatem
 minor qui plenitudinem habet divinitatis et
 glorie. Maior enim et minor in his que corpora-
 lia sunt distingui solent: Aut statu maior:
 aut plenitudine: aut certe etate: vacant enim
 ista ubi de divinis tractatur inducitur. Maior
 etiam vulgo dici solet: qui aliquem instituit et
 informat. In dei autem sapientia non cadit ut
 instituta sit alterius disciplinis: cum ipsa di-
 sciplinarum omnium tradiderit institutum. Bene
 autem posuit apostolus: quod sine deo pro om-
 nibus gustaverit mortem: ne divinitatis illam
 passionem putarem⁹ fuisse non carnis. Ergo si
 non inveniunt quemadmodum possent probare
 maiorem: non verbis calumniant: sed verborum

rationem requirant. Ego illos interrogo: quomodo
 putent esse maiorem: si quia pater est eo maio-
 rem putant. Sed non hic etas et tempus: neque
 canities patris: et filii pueritia est. Hęc enim
 maiorem solent facere patrem. Leterum pater et
 filius: generantis et nati nomina sunt: que
 non videntur separare: sed iungere. Non enim
 pietas: nature detrimentum est. Namque homi-
 nes sibi inuicem conciliat necessitudo non se-
 parat. Itaque si nec de natura afferre possunt
 aliquam questionem: vel testimoniis credant.
 Denique filium non esse eo minore: quia filius est:
 evangelista testatur: et equalem esse quia filius
 est: ipse significat dicens: Propterea enim vo-
 lebant eum occidere iudei: quia non solum solve-
 bat sabbatum: sed et patrem proprium dicebat
 deum: equalem se faciens deo: Non iudei hoc
 dicunt: sed evangelista testatur quod equalem se fa-
 ciebat deo proprium se filium dei dicens. Non enim
 scriptum est ex persona iudeorum dicentium: pro-
 pterea volebant eum iudei occidere: sed euange-
 lista ex sua persona dicit: Propterea enim vo-
 lebant illum iudei occidere. Et interpretatur cau-
 sam: ideo iudeos ad necem eius esse commotos:
 quod cum et sabbatum quasi deo solveret: et deum
 patrem sibi proprium vendicaret. Non solum in so-
 lutione sabbati maiestatem divine potestatis:
 sed etiam in patris proprii nomine ei⁹ sibi eter-
 ne equalitatis assereret. Quibus aptissime
 respondit dei filius: ut et dei se filium et equa-
 lem probaret: Quicumque inquit pater fecerit
 eadem et filius facit similiter. Filius igitur
 patri et dicitur et probatur equalis. Bona equi-
 litas: que et differentiam divinitatis exclu-
 dit: et cum filio patrem signat: cui filius sit
 equalis. Non est enim diversa nec singula-
 ris equalitas: quia nemo equalis ipse sibi
 solus est. Ergo evangelista interpretatur est
 quid sit proprium filium dei se dicere: hoc
 est equalem se facere deo. Unde id secutus
 apostolus dicit: Non rapinam arbitrat⁹ esse
 esse se equalem deo. Quod enim quis non ha-
 bet: rapere conatur. Ergo non quasi rapinam
 habebat equalitatem cum patre quam in natu-
 ra sui tanquam deus et dominus possidebat.
 Unde addidit: Formam servi accepit. Con-
 trarius utique servus equali. Equalis ergo
 in dei forma: minor in susceptione carnis et
 hominis passione. Nam quomodo eadem
 posset minor esse equalisque natura? Quomo-
 do autem si minor est: eadem similiter facit
 que pater facit: Nam quemadmodum eadem

operatio diuersę esset potestatis? Nunquid sic potest minor quęadmodum maior operari: aut vna operatio potest esse vbi diuersa substantia est? Itaque accipe christum secundum diuinitatem minorem non posse dici. Ipse loquitur ad abraam: Per me ipsum iuravi. Ostendit autem apostolus eum qui iurauit per se: in nomine esse non posse. Itaque sic ait: Abraam cum repromississet deo quoniam nullum alium maiorem habebat: iurauit per seipsum dicens: Nisi benedicendo benedixero te et multiplicando multiplicauero te. Ergo maiorem non habuit christus: et ideo per se iurauit. Et bene addidit: Homines enim per maiorem iurant: quia homines maiorem habent: deus non habet. Aut si voluit de patre dictum videri: reliqua non coherent. Neque enim pater visus est abraam et deo patri pedes lauit: sed in eo futuri hominis est figura. Denique dei filius dicit: Abraam diem meum vidit et gauisus est. Ipse est ergo qui per se iurauit: quem abraam vidit. Et reuera quomodo maiorem habet qui diuinitate cum patre vnum est? Quod enim vnus est: dissimile non est. Inter maiorem autem minoremque discretio est. Ergo de filio et de patre presentis docet lectionis exemplum: quia nec pater minores habet: nec maiorem dei filius: cum in patre et filio nulla distantia diuinitatis sit: sed vna maiestas. Nec illud sane metuendum quod solent obtendere minorem esse: quia missus est. Si enim et minor non docetur: et honorificentie docetur equalitas: cum ita omnes honorificent filium sicut honorificant patrem: constat eo minorem non esse qui missus est. Non ergo humani sermonis angustias: sed verborum charitatem intueri: operibus crede. Considera quod dominus noster iesus christus in esaiam locutus est: ab spiritu sancto esse se missum. Nunquid ergo spiritui minor filius: quia missus ab spiritu est? habes igitur scriptum: quod filius a patre et spiritu eius dicat esse se missum. Ego sum inquit primus: et ego in eternum: et manus mea fundauit terras: dextera mea solidauit celum. Et infra: Ego locutus sum: ego vocaui: ego adduxi eum: et prosperum iter eius feci. Accedite ad me et audite hec: non in occulto ab initio locutus sum. Cum fierent illic erant: et nunc dominus misit me et spiritus eius. Etique qui celum fecit et terram: ipse dicit a domino et spiritu eius esse se missum. Videte ergo quod simplicitas sermonis: non iniuria missionis sit. Ipse igitur missus a patre: ipse est

missus ab spiritu. Et vt agnoscas nullam maiestatis esse distantiam: etiam filius spiritum mittit: sicut ipse dixit: Cum venerit autem paraclytus quem ego mittam vobis a patre meo spiritum veritatis qui a patre meo procedit. Hunc eundem paraclytum et a patre esse mittendum: supra posuit dicens: Paraclytus autem spiritus ille sanctus: quem mittet pater in nomine meo. Et de vnitate: quia quem deus pater mittit: mittit et filius. Et quem mittit pater: mittit et spiritus. Aut si uoluit filium missum: quia dexteram patris filium legimus: ipsi de patre quod de filio abnuunt: fatebuntur. Nisi forte aut alterum sibi patrem aut alterum sibi filium inueniant arriani. Si leant igitur inanes de sermonibus questiones: quia regnum dei: sicut scriptum est: non in pluatione uerbi est: sed in ostensione uirtutis. Seruemus distinctionem diuinitatis et carnis: vnus in utraque loquitur dei filius: quia in eodem utraque natura est. Et si idem loquitur: non vno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam dei: nunc hominis passiones: quia quasi deus loquitur que sunt diuina quia uerbum est: quasi homo dicit que sunt humana: quia in mea substantia loquebatur: Hic est panis uerus qui descendit de celo. Panis hic caro est: sic ipse dixit: Hic panis quem ego dabo caro mea est: hic est qui descendit: hic est quem pater sanctificauit: et misit in hunc mundum. Hec ipsa littera nos docet: sanctificatione non diuinitatem eguisse sed carnem. Denique ipse dominus dixit: Et ego memetipsum sanctifico pro ipsis: ut agnoscas quod et sanctificat in carne pro nobis: et diuinitate sanctificat. Hic idem est quem pater misit: sed factum ex muliere: factum sub lege: ut apostolus dixit. Hic est qui ait: Spiritus domini super me propter quod uinxit me: euangelizare pauperibus misit me. Hic est qui dicit: A hea doctrina non est mea sed eius qui me misit. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere: cognoscat de doctrina utrum ex deo est: an ego a me ipso loquar. Alia ergo ex deo doctrina: alia ex homine. Itaque iudei cum doctrinam eius secundum hominem quererent et dicerent: quod hic litteras nouit: cum non didicerit: respondit iesus et dixit: A hea doctrina non est mea. Nam cum sine eruditione litterarum doceat: non quasi homo sed potius ut deus uideatur docere quod doctrinam non didicerit sed inuenit. Ad inuenit enim omnem uiam disciplinę: ut supra

Job. 15.

Job. 14.

1. Cor. 2.

Job. 6.

Gal. 4.

Luc. 4.

Job. 7.

lectum est. Nam utiq; de filio dei dictū est: **Baruch. 5.** Hic est deus noster et nō estimabitur alius ad eum qui adinuenit omnem viam discipline: Post hec in terris visus est et cum hominibus cōuersatus est. Quomodo g̃ secū dum diuinitatem doctrinā suāz nō habet: qui adinuenit omnem viam discipline antequā videretur in terris? Aut quomō minor: de quo dictū est: Non estimabitur ali⁹ ad eum? Utiq; incomparabilis dicitur ad quem nemo alius estimari potest. Sed ita incōparabilis: vt et patri nequeat anteferri. Qd̃ si de patre dictum putant: impietatem sabellij nō euadent: vt patri susceptio nē humanę carnis attribuant. Prosequamur sequētia: Qui a semetipso inquit loq̃tur gloriā suā querit. Vide vnitatem q̃ et patrem signat et filiū. Nō potest nō eē qui loquitur: sed nō potest a semetipso esse qd̃ loquit: in quo naturaliter ex patre sūt omnia. Quid est autē: Gloriā suā querit? Hoc est: nō diuisā a patre gloriā. Nam utiq; et verbum deus habet gloriā. Deniq; dicit: Ut videāt gloriā meā. Sed illa verbi gloriā eadem patris gloriā est: sicut scriptuz est: Dominus iesus christus in gloriā est dei patris. Ita igitur secundū diuinitatem dei filiū suā gloriā habet: vt patris et filij vna sit gloriā. Nō est ergo minor i claritate: quia vna gloriā. Nō minor diuinitate: quia plenitudo diuinitatis i christo est. Et quomodo inquit scriptum est: Pater venit hora: clarifica filiū tuū? Qui hoc dicit: clarificatione inquit indiget. Hucusq; oculos habes: qd̃ reliquū est nō legisti. Sequitur em̃: Ut fili⁹ tu⁹ clarificet te: nūquid et pater indiget: quia clarificandus a filio est? Pari modo obedientiam filio obijcere solent: qz scriptum est: Et specie inuentus vt homo humiltauit semetipsum fact⁹ obediens vsq; ad mortem: Et hominez premisit: et vsq; ad mortem dixit: vt intelligerem⁹ obedientiam mortis nō diuinitatis fuisse sed incarnationis: in qua et officia nostra suscepit et nomina. Didicimus itaq; vnā esse potentiam trinitatis: quam nos in ipsa quoq; docuit passione. Filius enim patitur: In manus patris commēdatur spirit⁹. De⁹ quoq; pater maxima voce atq; post ipsam docuit passionem. Fili⁹ enī patitur per corpo-

ris sacramētū: ap̃lis spū sanct⁹ infūdīt: p̃ q̃ maxima voce signat. Didicim⁹ vnā patris et filij esse imaginem: vnā similitudinem: vnā sanctificationem: didicim⁹ vnā esse operationem: vnā gloriā: vnā quoq; diuinitatez. Unus ergo et solus deus: qz scriptum est: Dominum deum tuum adora bis: et illi soli serues. Un⁹ deus: nō vt ipse sit pater et filius: sicut impius sabellius asserit: sed qz patris et filij spiritusq; sancti vnā diuinitas sit: vbi autē vna diuinitas: vna voluntas et vna p̃ceptio. Deniq; vt scias et patre esse: et filiū esse: et vnū opus patris et filij esse: apostolum sequere qui dixit: Ipse autē deus et pater noster et domin⁹ iesus dirigat viam nostrā ad vōs. Et patrem loquitur: et filium loquitur: sed vnitas directionis est: quia vnitas potestatis est. Sic et alibi habes: Ipse autē domin⁹ noster iesus christus et deus et pater noster qui dilexit nos: et dedit consolationem eternā: et spem bonā in gratia: consoletur corda vestra et cōfirmet. Quantam vnitatem ostēdit: vt consolationis vnitas nō pluralitas sit: Lonticefcāt ergo perfidīa: aut si ratione non vincitur: morali humanitate flectatur. Consideremus q̃ moraliter egent dominus: vt nos non solum fidem sed etiam mores doceret. Namq; in forma hominis constitutus: subditus erat ioseph et marię. Nunquid ergo minor et hominibus qz subditus? Aliud pietatis: aliud potestatis est: sed nō p̃iudicat pietas potestati. In eo ergo legis subditum patri: in corpore scilicet: in quo erat subditus matri. Agamus et nos moraliter: persuadeam⁹ illis qd̃ sibi prosit: obsecrem⁹ et ploremus ante dominum qui fecit nos. Nō em̃ vincere volum⁹ sed sanare: nō insidiosē agimus: sed religiose moneamus. Sēpe flectit hūanitas: quos nec virtus potuerit superare nec ratio. Deniq; dominus illum hominē qui ex hiericho descēdens incidit in latrones: quem nō asperioribus legis medicamentis: nō prophético rigore curauerat: oleo curauit et vino. Cleuiant ergo ad hunc omnes qui sanari volunt: accipiāt medicamentum qd̃ et a patre detulit et p̃parauit in celo: ex illis cōfectū immortalibus succis: hoc ex terra non pululat. Expers enim omnis natura huius

Matth. 4.

1. Thessal. 5.

2. Thessal. 2.

Sancti

confectionis. Diuino enim cōsilio suscepit hanc carnem: vt ostenderet legem carnis legi esse subditam mentis. Suscepit carnē vt quasi homo vinceret qui homines erudiret. Quid mihi prodesset: si quasi de^o exerta potestate diuinitatem suam tantūmodo inuisolabilem demonstrasset? Aut cur susciperet carnem: nisi vt temptari se naturę atq; infirmitatis meę cōditione pateretur? Temptari debuit: compati mihi debuit: vt scirem quēadmodū temptat^o vincerem: cōpassus euaderē. Uicit per cōtinentiam: vicit per cōtemptum diuitiarum: vicit p̄ fidē: calcavit ambitionem: fugauit intemperantiam: lasciuia religauit. Hoc medicamentū petrus vidit: et retia sua instrumēta videlicet questus et subsidia dereliquit: Renunciāns carnis concupiscētię tanquā corruptę nauis: in quā quasi sentina quedam multarū ingreditur passionum. Magnū ergo medicamentum: qđ nō solum cicatricem vetusti vulneris amputauit: sed etiam causā passionis incidit. *S* fides thesauris omnib^o opulēti^o: *S* fides vulnery nostrorū peccatorūq; medicina prestanti^o. Consideremus: quia nobis prodest bene credere. *A* mihi em̄ prodest scire: quia propter me christus suscepit meas infirmitates: mei corporis subūt passioēs: pro me peccatū: hoc est pro omni homine: pro me maledictum factus est: et pro me atq; in me subditus atq; subiectus: pro me agnus: pro me vitis: pro me lapis: p̄ me seruus: pro me filius ancillę: pro me diē iudicij ignorans: pro me nesciēs diem aut horam. Nam quomodo posset diem nescire qđ dies fecit et tempora? Quomodo posset diem ignorare iudicij: qui et horam iudicij futuri expressit et causam? Factus ergo maledictum nō secūdum diuinitatē: sed secundum carnem. Scriptum est enim: *M*aledictus omnis qui pendet in ligno. Secundum carnem utiq; pependit: et ideo maledictum: quia nostra maledicta suscepit. Ille fleuit: ne tu hō diu fleres. Ille iniurias passus est: ne tu iniuriam tuam doleres. Grande remedium: solatium habere de christo. Ille em̄ p̄ nobis hęc patienti^o tulit: et sum^o qui patienter hęc pro illius nomie ferre nequeamus. Quis appetitus nō discat igno-

Deut. 21.

Ambosq;

scere: quādo pro persecutoribus suis christ^o et crucifix^o orabat? *V*ides ne illas q̄s tu putas christi infirmitates: tuas esse virtutes? *L*ur de remedijs nostris ei questionem mouemus? *L*achrymę illę nos lauant. *F*letus illi nos abluunt: *A*c dubitatio illa nos firmat: ne tu si ceperis dubitare desperes. *Q*uāto maior est iniuria: tanto vberior debetur gratia. Sed et in ipsis iniurijs cognosce diuinitatē. *I*n cruce pendeat: et elemēta ei omnia seruibāt. *S*ol refugit: dies occidit: *O*bfusę et circūfusę tenebrę: *T*erra tremuit: nō tremuit qui pependit. *Q*uid alijs hęc q̄ auctoris reuerentiam signant? *Q*uia in cruce est vides: quia regnū dei donat. nō vides: quia mortem gustauit legis: quia latronē quoq; ad paradysum inuitauit nō legis: *A*dulieres flentes intueris ad tumultū: nō intueris angelos excubātes? *Q*uid dixerit legis: qđ gesserit nō legis? *D*icia chanaanę mulieri dixisse dominū: *N*on sū missus nisi ad oues quę perierunt domus isrl: *N*ō dicias: quoniā id qđ ab ea rogatus ē fecit. *U*nde intelligere te conuenit: quia missus nō id significat qđ alieno sit coactus imperio: sed qđ voluntario functus sit arbitratu: *A*lioquin contemptuz ostendis patris. *S*i enim vt tu interpretaris paternorum famulus p̄ceptorum christus venerat in iudeam: vt solis ei^o incolis mederetur: et chanaanę prius filiaz vt legimus, liberauit: nō utiq; alieni fuit executor imperij: sed voluntarij liber arbitrij. *U*bi autem libertas voluntatis: ibi nulla p̄uaricatio missionis. *N*ec vereare ne displiceat patri qđ fecit filius: cum ipse dicat: *Q*uęcunq; placita sunt ei facio semper. *E*t alibi: *O*pera quę ego facio: ipse facit. *Q*uomodo ergo patri potuit displicere qđ ipse fecit per filium? *U*n^o enim deus: sicut scriptum est: qui iustificauit circumcissionem ex fide et p̄putium p̄ fidem. *O*mnia lege: omnia diligenter aduerte: inuenies sic demonstrasse se christum: vt de^o in homine cerneretur. *N*ec maliciose accipias de patre filium gloriāntem: cum audias patrem in filio complacētē. *S*ed si morali bus flecti nō queunt: prouocemus ad iudicem. *A*d quem tandem ibimus? *N*empe ad eum qui iudiciū habet. *N*unquid ad pa-

Matth. 15.

Job. 8.

Job. 14.

Ro. 3.

De Fide

Liber II

Job. 5. tres? Sz pater nō iudicat quemquā. Omne enim iudicium dedit filio. Dedit utiq; generando: nō largiendo. Uide q̄ te noluerit filio suo derogare: ut tibi ipsum iudicem daret. Uideamus ergo ante iudicium quis causam meliorem habeat: ego an tu. Mempe prudētis actoris ē: pri⁹ cōciliare sibi iudicē. Hoies honoras: deū nō honoras? Quid ergo conciliat cognitorē: honorificentia: an iniuria? Pone me peccasse qd̄ non est: Num offenditur honore suo christus? Peccamus omnes. Quis ergo veniam promerebitur: qui defert honorificentiaz: aut qui irrogat contumeliā? Aut si te ratio nō mouet: species saltē iudicij ipsa cōmoueat. At tolle oculos ad iudicē tuos: ituere q̄ sedeat: cū quo sedeat: vbi sedeat. Sedet christ⁹ ad dexterā patris. Aut si oculis hoc non potes cōprehēdere: audi dicentē prophetā: Dixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam. Sedet ergo ad dexteram patris filius. Dic nunc qui de secularibus arbitris estimanda diuina: Num tibi videatur inferior qui ad dexteram sedet? Nuz iniuriam patris: qui ad sinistram sedet? Pat honorat: et tu iniuriam putas? Pater ma uult id esse pietatis exemplum: et tu putas preceptionis imperium? De morte surrexit et ad dexteram dei sedet. Sed dixit inquis pater: Accipe etiā vbi nō dicit pater et predicit filius. Amodo videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis. Et hoc de assūptione corporis dicit. Hinc dicit: Sede ad dexteram meam. Nam si de eterna sede diuinitatis queris: interrogatus a pilato si ipse eēt rex iudeorum: ait: In hoc sum natus. Unde et apostolus monet: hoc esse nobis utile si christum nō ex precepto neq; ex gratia sed quasi dilectissimū filium ad dexteram dei sedere credamus. Sic enim habes: Que sursum sunt querite vbi christus est ad dexteram dei sedens: que sursum sūt sapite. Hoc est enim superiora sapere et credere: quia christus ut sedeat: non quasi iustus obsequitur: sed quasi filius dilectissim⁹ honoratur. Propter rationem ergo corporis dicit: Sede ad dexteram meam: donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorū. Qd̄ si et hoc ad calūniā trahis: qz pater ad filiū dicit: Ponam inimicos tuos: etiam

Ps. 109. cōprehēdere: audi dicentē prophetā: Dixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam. Sedet ergo ad dexteram patris filius. Dic nunc qui de secularibus arbitris estimanda diuina: Num tibi videatur inferior qui ad dexteram sedet? Nuz iniuriam patris: qui ad sinistram sedet? Pat honorat: et tu iniuriam putas? Pater ma uult id esse pietatis exemplum: et tu putas preceptionis imperium? De morte surrexit et ad dexteram dei sedet. Sed dixit inquis pater: Accipe etiā vbi nō dicit pater et predicit filius. Amodo videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis. Et hoc de assūptione corporis dicit. Hinc dicit: Sede ad dexteram meam. Nam si de eterna sede diuinitatis queris: interrogatus a pilato si ipse eēt rex iudeorum: ait: In hoc sum natus. Unde et apostolus monet: hoc esse nobis utile si christum nō ex precepto neq; ex gratia sed quasi dilectissimū filium ad dexteram dei sedere credamus. Sic enim habes: Que sursum sunt querite vbi christus est ad dexteram dei sedens: que sursum sūt sapite. Hoc est enim superiora sapere et credere: quia christus ut sedeat: non quasi iustus obsequitur: sed quasi filius dilectissim⁹ honoratur. Propter rationem ergo corporis dicit: Sede ad dexteram meam: donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorū. Qd̄ si et hoc ad calūniā trahis: qz pater ad filiū dicit: Ponam inimicos tuos: etiam

Matth. 26. Amodo videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis. Et hoc de assūptione corporis dicit. Hinc dicit: Sede ad dexteram meam. Nam si de eterna sede diuinitatis queris: interrogatus a pilato si ipse eēt rex iudeorum: ait: In hoc sum natus. Unde et apostolus monet: hoc esse nobis utile si christum nō ex precepto neq; ex gratia sed quasi dilectissimū filium ad dexteram dei sedere credamus. Sic enim habes: Que sursum sunt querite vbi christus est ad dexteram dei sedens: que sursum sūt sapite. Hoc est enim superiora sapere et credere: quia christus ut sedeat: non quasi iustus obsequitur: sed quasi filius dilectissim⁹ honoratur. Propter rationem ergo corporis dicit: Sede ad dexteram meam: donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorū. Qd̄ si et hoc ad calūniā trahis: qz pater ad filiū dicit: Ponam inimicos tuos: etiam

Job. 18. In hoc sum natus. Unde et apostolus monet: hoc esse nobis utile si christum nō ex precepto neq; ex gratia sed quasi dilectissimū filium ad dexteram dei sedere credamus. Sic enim habes: Que sursum sunt querite vbi christus est ad dexteram dei sedens: que sursum sūt sapite. Hoc est enim superiora sapere et credere: quia christus ut sedeat: non quasi iustus obsequitur: sed quasi filius dilectissim⁹ honoratur. Propter rationem ergo corporis dicit: Sede ad dexteram meam: donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorū. Qd̄ si et hoc ad calūniā trahis: qz pater ad filiū dicit: Ponam inimicos tuos: etiam

Col. 3. Que sursum sunt querite vbi christus est ad dexteram dei sedens: que sursum sūt sapite. Hoc est enim superiora sapere et credere: quia christus ut sedeat: non quasi iustus obsequitur: sed quasi filius dilectissim⁹ honoratur. Propter rationem ergo corporis dicit: Sede ad dexteram meam: donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorū. Qd̄ si et hoc ad calūniā trahis: qz pater ad filiū dicit: Ponam inimicos tuos: etiam

Ps. 109. donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorū. Qd̄ si et hoc ad calūniā trahis: qz pater ad filiū dicit: Ponam inimicos tuos: etiam

pater trahit ad filium quos filius suscitet atq; viuificet. Nemo enim inquit potest venire ad me: nisi pater qui misit me attraxerit eum: et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et tu filium dei pro infirmitate dicis esse subiectū: cui pater attrahit: quos ille in nouissimo die suscitet? heccine tibi videtur esse subiectio: in qua regnum patri paratur cum pater ad filium trahat: et calumnię locus non sit cum patri regnuz filius tradat: nec aliquid preferatur? hec enim documenta pietatis sunt: qz et pater filio et filius patri tradat. Ita enim sibi tradunt: ut neq; ille qui accipit quasi alienum acquirat: nec qui tradit amittat. Ad dexteram quoq; sedere nulla prelatio ē: neq; ad sinistrā iniuria. Diuinitas enim gradum nescit: nec loco ali quo circumscribitur: nec temporib⁹ definit. Angustis animis homines ista pensamus. Nulla differentia charitatis: nullum discrimen est vnitat. Sed cur longi⁹ euagamur? Circūspectasti omnia: vidisti iudicē: aduertisti angelos predicantes. Illi laudant et tu vituperas? Dominationes et potestates venerantur: et tu calumniaris? Adorant omnes sancti eius: non adorat dei filius: non adorat spiritus sanctus. Seraphin dicunt. Sanctus: sanctus: sanctus. Quid sibi vult sub vno noie sanctitat: trina repetitio? Si trina repetitio: cur vna laudatio? Si vna laudatio: cur trina repetitio? Trina repetitio cur nisi qz pater et filius et spū sanct⁹ sanctitate vnum sunt? Non dixit semel: ne filium sequestraret: non bis: ne spiritum preteriret: non quater: ne creaturam sibi coniungeret. Et ut ostenderet trinitatis vnaz esse deitatem: cum tertio dixisset: Sanctus sanctus sanct⁹: addidit singulariter: Dns de⁹ sabaoth. Sanctus igitur pater: sanctus filius: sanctus et dei spiritus. Adoratur igitur trinitas nō adorat. Laudatur trinitas non laudat. Ego malo sicut seraphin credere: et sicut oēs potestates virtutesq; celestes adorare. Igit psecutionē tuaz videam?: quemadmodum concilies tibi iudicem. Dic sane: dic inquā: ego te chiste puto esse dissimilem patri. Respondebit et ille: Discerne si potes: Discerne inquā: quo putef esse dissimilem? Dic aliud: Creaturam in-

quies te arbitror. Respondebit et christus: Si duorum hominum testimonium verum est: tu nec mihi nec patri saltem credere debuisti: qui genitum nominavit? Bonus nego. Dicit et ille: Fiat tibi secundum fidem tuam: ut tibi bonus non sim. Omnipotentem non arbitror. Respondebit et ipse: Non possum ergo tibi tua peccata donare. Subiectum dico. Referet ad hoc: Cur igitur libertatem ac veniam ab eo petis quem putas pro seruitio esse subiectum? Uideo herere persecutionem tuam: non urgeo: quia peccatorum meorum ipse sum conscius: non inuideo veniam: quia ipse opto indulgentiam: votum tuum scire desidero. En alligo apud iudicem desideria tua non prodo crimina. Seriem tuorum expecto votorum. Dic utique ea que in communi voto sunt. Dic inquam: Domine fac me ad imaginem dei. Respondebit et ille: Ad quam imaginem: quam negasti? Dic: fac me incorruptibilem. Referet utique: Quomodo te incorruptibilem facere possum: quem tu creaturam dicendo: capacem corruptibilitatis esse voluisti? Abortui resurgit incorrupti: et tu corruptibilem dicis quem deum cernis? Dic bonum esto mihi. Dicit tibi: Quid postulas quod negasti? Ego te bonum volui: Ego dixi: Estote sancti: quoniam ego sanctus sum: Et tu mihi id negare contendis? Tu expectas veniam peccatorum? Sed nemo potest donare peccata nisi solus deus. Itaque cum verus et solus tibi deus non sim: non possum utique tua peccata donare. Hec arrianus dicit. Et fortinianus: Hego te inquit deum. Respondebit et dominus: Dixit insipiens in corde suo non est deus. De quo dictum putas de iudice: de gentili: an de diabolo? De quo vis dictum sit fortiniane: tolerabilior est ille qui tacuit: Tu vero et voce ausus es dicere ut insipientem te insipientior probareris. Hegas ergo inquit deus: cum ego dixerim: Dii estis et filii excelsi omnes. Et tu deum negas: cuius opera diuina circumspicis? Dicit et sabellianus: Ego te ipsum patrem et filium et spiritum sanctum arbitror. Respondebit et dominus: Non audis patrem: non audis filium? Nunquid hic vlla confusio est? Scriptura ipsa te docet: patres esse qui detulit iudicium: filium esse qui iudicat. Non audisti me dicentem: Solus non sum: sed ego et qui me misit pater?

Leuit. 19.

Ps. 52.

Ps. 81.

Job. 2.

Dicit et manicheus: Ego auctorem carnis nostre diabolum credo. Respondebit ei: Ergo quid facies in celestibus? Uade ad auctorem tuum. Ego eos volo mecum esse quos dedit mihi pater. Tu te a diabolo creatum manichee arbitraris: ad illius ergo festina sedes: ubi ignis et sulphur: ubi non restinguitur eius incedum: nec unquam pena morietur. Omitto alia hereticorum portenta: non nomina qui dicunt: Qui dies erit iudicij: qui erit forma sententiae? Respondebit his omnibus: et ille moraliter: Populus meus quid feci tibi aut quid contristavi te? Nonne ex egypto eduxi te: et ex domo seruitutis liberaui te? Sed parum est ex egypto liberaisse: et ex domo seruitutis eripuisse: plus est te ipsum dedisse pro nobis. Dices: Nonne vestras omnes suscepi iniurias? Nonne corpus meum pro vobis obtuli? Nonne mortem appetui: quod non erat diuinitatis mee sed vestre redemptionis. Hecce referuntur gratie: hoc profecit sanguis meus: sicut in propheta ipse ita dixit: Que utilitas in sanguine meo quod descendit in corruptionem? Hoc ergo profecit ut me impie negaretis: pro quibus ista sustinui. Ego vero tunc domine iesu et si grauium peccatorum mihi ipse sum conscius: dicam tamen: non te negaui: habes quod ignoscas fragilitati carnis. Delictum fateor: peccatum non abnuo. Si vis potes me saluare: quia hoc qui dixit: et meruit: ne queso in iudicium intres cum seruo tuo. Non quero ut iudices sed ignoscas. Quid putamus christum iudicaturum? Ego scio: iudicaturum dico: immo iam iudicauit. Tenemus eius sententiam: ut omnes inquit honorificent filium: sicut honorificant patres: Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum. Si displicet sententia: appella ad patrem: rescinde iudicium quod pater attulit. Dic quia dissimilem habet filium. Respondebit tibi: Ego ergo meritus sum: qui dixi filio: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Dic quia creaturam putasti? Dic quod minorem generauit filium. Respondebit metire videamur. Dic quia ei non debuisti credere: Referet ad hoc: Non tibi dixeram: Hic est filius meus dilectissimus in quo complacui: ipsum au-

Michae 6.

Ps. 29.

Job. 9.

Sca. 1.

Matth. 17.

De Fide

Liber II

dites: Quid est: ipsū audite: Dicentē vtiq; omnia quę pater habet mea sūt. Hoc audierūt apostoli: sicut scriptum est: et ceciderunt in faciem suam et timuerunt valde. Si ceciderūt qui confessi sunt: quid facient qui negarunt? Si illos iesus tetigit et leuauit: vos iacere patiet: ne videatis gloriam quā negastis. Videamus ergo quoniā quē fili⁹ damnat et pater damnat. Et ideo honorificemus filium sicut honorificamus patrem: vt per filiū ad patrem peruenire possimus. Hęc ergo iperatoz auguste carptim et breuiter impolita magis proposui q̄ enodata digessi. Qd si qua arriani inconsumata arbitrat̄ur: ego vix fateor inchoata. Si qua adhuc superesse opinant̄: ego prope omnia. Infidelibus enī totum deest: sed abundat fidelibus. Deniq; vna confessio petri: abūdaui ad fidē xpo: Tu es christ⁹ filius dei viui. Sat est enī generationē scire diuinaz: nō diuisam: nō diminutaz: nō diriuatoriaz: nō creatam. Hoc etiam totis scripturarum exponitur libris. Nec adhuc ab impijs creditur. Incrassatum est enī: vt scriptum est: cor eorum: et auribus suis grauiter audierūt: et oculos suos grauauerūt: nequando oculis suis videant: et auribus audiant et corde intelligāt. Itaq; more iudaico aures suas arriani claudere solent: aut serere tumultum: quotienscūq; verbum salutis auditur. Et quid mirum si humanis vocibus credere nō solent infideles: qui nō credūt diuinis? Filius dei dicebat: sicut habes i euāgelio: Pater clarifica nomē tuū. Vox p̄ris de celo audita ē dicētis: Et clarificaui et iterum clarificabo. Infideles hęc audiebant: sed nō credebant. Dicebat filius: respondebat pater. Dicebant iudei: Tonitruū factū est illi: alij dicebant: angelus locutus ē ei. Paulus quoq; sicut scriptū est in actib⁹ apostolorum: cū voce christi vocaret̄ ad gratiam: pluresq; comites pariter incederēt: sol⁹ vocem christi audisse se dixit. Ideo sancte imperator: qui credit audiat: et audit vt credat. Qui nō credit nō audit: sed nec vult nec potest audire ne credat. Atq; vtinā qd i me est audire vellent vt crederent: audire cum bona mansuetudine vt verum querentes: nō veritatē impugnantēs. Scriptū est enī: vt nō. intendamus fabulis et genealogijs interminabilib⁹ quę quęstiones magis prestant q̄ edificationem dei quę in fide ē. Si-

Matth. 16.
Esa. 6.
Job. 12.
Act. 9.
Tit. 1.
1. Timoth. 1.

nis autem precepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide nō ficta: A quibus quidam aberrātes cōuersi sūt in vaniloquijs: volentes esse legis doctores: nō intelligentes: neq; quę loquunt̄: neq; de quibus affirmant. Alibi quoq; idem apostol⁹ dicit: Stultas autē et sine disciplina quęstiones deuita. Tales deserēdos apostol⁹ dicit: Qui quęstiones asserāt hos esse hereticos. De quib⁹ alibi dicit: q̄ discedent q̄daz a fide intēdētes spiritib⁹ erroris et doctrinis demoniorum. Et iohannes dicit: hereticos esse antichristos: arrianos vtiq; designans. Hęc enī heresi post omnes hereses cepit et ex omni heresi venena collegit. Sic enī de antichristo scriptū est: Quia aperuit os suum in blasphemia ad deum: blasphema mare nomen eius et bellum facere cum sanctis eius. Ita et isti filio dei derogant: nec martyribus pepercerunt: et qd fortasse ille nō faciet: scripturas falsauere diuinas. Itaq; qui dicit: Quia iesus nō est christus: hic est antichristus. Qui negat saluatorem mūdi: negat iesum: qui negat filiū: negat et patrem: q̄ scriptū est: Dis q̄ negat filium: negat et patrem. Neq; vero te imperator pluribus tenere debeo bello intentum: et victoriam de barbaris trophea meditātē: Progredere plane scuto fidei septus et gladius spiritus habēs: progredere ad victoriā superioribus promissam tēporibus et diuinis oculis prophetatam. Itaq; et futuram nostri depopulationem et bella gothoz ezechiel illo iam tempore prophetauit. Sic enī habes: Proplea pphetiza fili hoīs et dico gog hec dicit domin⁹: In die illa cū cōstituetur habitare populus meus israel in pace: surges et venies de loco tuo ab extremo aquilonis: et gētes tecuz multę: sessores equorū omnis cōgregatio multa et magna et virtus copiosa: et descēdet ad pplm meū isrl: vt nubes operiet terrā in nouissimis diebus. Et Gog iste gothus est: quē iam videm⁹ exisse: de quo pmittit nobis futura victoria dicēte dño: Et desp̄dabūt eos q̄ desp̄dati eos fuerāt: et despoliabūt eos q̄ sibi spolia detraxerūt dicit dñs. Erūtq; in die illa: dabo gog: s̄ est gothis locū noiatū monumētū i isrl multoz viroz cōgestum: qui superuenerūt ad mare: et per circuitū struet has valles: istuz et eos: et obruet illic gog et totam multitudinem eius: et vocabitur gepoliamdrium

2. Timot. 1.
1. Timot. 4.
Apoc. 13.
Ezech. 39.

gog: et obruet eos domus israel ut purgetur terra. Nec ambiguum sancte imperator: quod qui per fidem alienam pugnam excepimus: fidei catholice in te vigent: habituri sumus auxilium. Euidens enim antehac diuine indignationis causa precessit: ut ibi primum fides romano imperio frangeretur: ubi fracta est deo: Non libet confessorum necesse: tormenta: exilia recordari: piorum sacerdotum: proditorum munera. Nonne de thracie partibus per ripensem datiam et myssiam omnemque valeriam pannonicorum: totum illum limitem sacrilegis pariter vocibus et barbaricis motibus audiui in horrentem? Quid poterat nobis viciniam feralis inuehere? Aut quemadmodum res romana tali tuta poterat esse custodia? Sed iam satis superque omnipotens deus nostro exilio: nostroque sanguine: confessorum necesse: exilia sacerdotum: et nefas tantę impietatis eluimus: satis claruit eos qui violauerunt fidem: tutos esse non posse. Conuertere domine: fideique tue attolle vexilla. Non hic aquile militares: neque volatus auium exercitum ducunt: sed tuum domine iesu nomen et cultus. Non hic infidelis aliqua regio: sed ea que confessores mittere solet italia: aliquando temptata: mutata nunquam. Quam dudum ab hoste barbaro defendisti: nunc etiam vindicasti: non hic imperatoris mens lubrica: sed fides fixa. Ostendit nunc euidens tue maiestatis indicium: ut is qui te verum virtutum dominum et celestis militię ducem: is qui te veram dei virtutem credit esse atque sapientiam: non temporalem utique nec creatam sed sempiternam: sicut scriptum est: Dei virtutem et diuinitatem: tue maiestatis fultus auxilio: fidei sue trophęa mereatur.

1. Cor. 1.

Sancti Ambrosij episcopi liber secundus de fide ad Bratianum Augustum: explicet.

Capitulorum libri tertij de fide ad Bratianum Augustum: recollecta annotatio.

Qua ratione auctor ea que in superioribus libellis breuiter digesta sunt: in hoc libro latius exequi curauerit. Cur etiam illicitum putari non debeat quod ad informationem vite humane comparatione a poeticis fabulis deriuatam induxerit. Ca. I.

Quod nos magis quam poetę illecebram secularis lasciuie perniciosam debeamus iudicare: Quod nostre salutis gratia christus corporis infirmitates susceperit: licet secundum diuinitatem equalis sit patri in altitudine et immortalitate. Quod preterea (contra hereticorum insaniam) cum de deo dicitur: solus: non separetur filius. Ca. II.

Quomodo filius factus intelligatur. Quomodo admodum etiam omnia per ipsum facta sint: cum diuersorum hereticorum confutatione. Ca. III.

Quid significet quod de incarnatione domini scriptum est: Deus creauit me principium viarum suarum. Et quod christus dicatur principium: non solum per relationem ad diuinitatem: sed etiam ad documenta virtutum. Quomodo etiam intelligatur id quod scriptum legitur: Puer natus est nobis: et quo multe hereses extinguuntur. De solutione quoque dubitationis: quomodo de incarnatione christi dictum sit: Dominus creauit me. et cum ante incarnationem eius creatura mundi fuerit. Ca. IIII.

De solutione obiectionis sumptę ex eo quod scriptum est: Post me venit vir qui ante me factus est: cum confutatione erroris Arrianorum. Et quomodo iuxta mysticam intelligentiam historie de Booz et Ruth designatus fuerit christus: qui ecclesiam sibi copulauit. Quomodo etiam sepe ad causam pertineat cum christus dicitur factus. Quomodo denique ipse idem sacerdos sit et hostia. Ca. V.

Quod patris et filij vnum sit regnum et non diuisum: sicut arriana seuitas asseruit. Ca. VI.

Quod vna sit maiestas et vna gloria: vna quoque substantia patris et filij: cum redargutione arrianorum: et quemadmodum fraudem eorum cauere debeamus. Ca. VII.

Finis.

Sancti ambrosij epistolae liber tertius
de Fide ad Gratianum Augustinum: feliciter incipit.

Qua ratione auctor ea que in superioribus libellis breuiter digesta sunt: in hoc libro latius exequi curauerit: Cur etiam illicitum putari non debeat quod ad informationem vite humane comparationem a poeticis fabulis derivatam induxerit. Ca. 1.

Donianam clemen

q
tissime imperator instruendi tua gratia: aliqua de fide mihi scribenda mandaueras: et verecundantem: coram etiam ipse fueras

adhortatus: ideo quasi in punctu positus: duos tamen scripti libellos: quibus vias quasdam fidei et semitas demonstrarem. Sed quoniam mens prava quorundam: serendis intenta questionibus: stilo lacescit verberiore configi: Tuque quoque pia me cura clementie: ad interna vocat: volens in pluribus experiri quem in paucis probasti: ea que per paucis superius digesta sunt: placuit paulo latius exequi: ne ea quasi diffidentia assertionis deseruisse potius quam securitate fiducia proposituisse videamur. Et quod hydre numinis et scyllae littoris comparationem induximus: ut ostenderemur vel rediuisa plataria caueda perfidie: vel famosa naufragia: si quis contra licitum putat callorem disputationis eiusmodi a poeticis fabulis derivatum: et cum in fide nihil quod vituperare possit inuenierit: aliquid in sermone reprehendit: agnoscat non solum sententias: sed etiam versiculos poetarum scripturis insertos diuinis. Cui enim illud: huius et genus sumus: quod paulus versus propheticus doctus usurpat? Haec et gigantes et vallem titanum prophetici sermonis serues non refugit: Et elatas sirenas et filias passerum dixit: Et hieremias de babilone memorauit: que habitabunt in ea filie sirenum: ut ostenderet babilonis: hoc est secularis confusionis illecebras: vetustis lasciuie fabulis comparandas: que velut scopuli in istius vite litore: dulcem sonare quandam cantilenam ad capiendos animos adolescentium videntur. Quam sapiens etiam ab ipso poeta greco inducit: ut quasi quibusdam prudentie sue circumdatus vinculis preterisse videatur. Ita non difficile iudicatum est ante aduentum christi etiam fortiores posse capi speciosos delictus

voluptatis.

Quod nos magis quam poete illecebram secularis lasciuie perniciose debeamus iudicare. Quodque nostre salutis gratia: christus corporis infirmitates suscepit: licet secundum diuinitatem equalis sit patri in altitudine et immortalitate: Quod propterea (contra hereticorum insaniam) cum de deo dicit: solus non separet filius. Ca. II

Quod si poeta ille: perniciosam mentibus hominum: et subeundis obnoxiam naufragis: lasciuie secularis illecebram iudicauit: quid nos estimare oportet: quibus scriptum est: Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis: Et alibi: Castigo corpus meum et seruitutem redigo: ne alijs predicans ipse reprobus efficiar? Non enim per luxuriam nobis christus: sed per ieiunium salutem attulit. Neque ille emerendum gratie sue carum: sed nostre eruditiois gratia ieiunauit. Neque infirmitate corporis victus est: ut esuriret: sed esuriendo suscepti corporis fide prestitit: ut non solum corpus: sed etiam infirmitates nostre corporis doceret a se esse susceptas. Si cut scriptum est: Quoniam infirmitates accepit et egrotudines nostras portauit. Corporis est igitur: hoc est nostrum est quod esurit: nostrum est quod fleuit: quod tristis fuit usque ad mortem: Cur ad diuinitatem que sunt nostra referunt? Corporis est etiam factus assertus. Denique sic habes: Mater syon dicit homo: et homo factus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus. Homo inquit factus est: non deus factus est. Qui autem idem altissimus: idem homo: nisi mediator dei et hominum: homo christus iesus: qui dedit semetipsum redemptionem pro nobis? Et hoc utique ad incarnationem pertinet. Redemptio enim nostra per sanguinem: remissio per potestatem: vita per gratiam.

Quasi deus donat: quasi homo precatur. Aliud creatoris: aliud redemptoris est. Distincta licet: vni tamen auctoris beneficia sunt: decuit enim ut ille nos redimeret qui creauit. Quis autem neget christum esse altissimum significatum? Nam qui aliter sentit: deo patri factum incarnationis ascribit. Sed hinc dubitari non potest quod altissimus christus sit: cum etiam alibi dixerit de mysterio passionis: Dedit vocem suam altissimus: et mora est tra. Et in euangelio habes: Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preberis enim ante faciem domini parare vias eius. Ergo quod altissimus deus est et christus. Et solus utique cum deo: non separatus etiam dei filius. Qui enim altissimus

Ro. 13.
1. Cor. 9.

1. Cor. 55.

Ps. 86.

1. Timoth. 2.

Ps. 17.

Luc. 10.

solus sicut scriptum est: Cognoscāt quoniā dominus nomē est tibi: tu solus altissimus sup oēm terraz. **Uñ** etiā illud explosū est qđ solēt ad calūniā deriuare: qđ de deo scriptū est: **Qui** solus habet immortalitatez: z lucē habitat inaccessibilē. De deo eniz scriptū ē: qđ ē cōmune nomē patri z filio. **Itaz** si vbiq; deū legūt: negāt etiā filiū designari. **Et** impj sunt diuinitatis potētā filio denegādo: z incarnatū patrē sabelliana impietate astruere videbunt. **Dicāt** em̄ quomodo illud nō impie de patre itelligere possint: qđ ap̄ls ait: **In** quo z consurrexistis p fidem operationis: qui suscitauit illū a mortuis: **Et** aduertāt de sequentib⁹ quid incurrant. **Sequitur** enim: **Et** cum mortui esset delictis z p̄putio carnis vestre: viuificauit nos cum illo: donās nobis delicta: delens qđ aduersū nos erat chirographū decreti: qđ erat cōtrariū nobis: z ipsuz tulit de medio affigens illud cruci: exuens se carnem. **Ergo** nō de⁹ pater solus intelligendus ē qui suscitauit carnē: z nō etiā filius cuius templū resuscitatū est. **Qui** suscitauit vtiq; z viuificauit. **Qui** viuificauit: z delicta donauit. **Qui** chirographū tulit: affixit illud cruci. **Qui** affixit illud cruci: carnē se exiit. **Sed** pater nō se exiit carnē. **Nō** em̄ pat̄ caro fact⁹ est: sed verbū: sic legim⁹: caro factū est. **Uidetis** ergo q arriani dum separant a patre filium: in id periculum incidunt vt patrem passum eē cōmemorēt. **Nos** autē facile docem⁹ de filij dictū opatione. **Itam** z ipse corpus suū resuscitauit: sicut ipse dixit: **Soluite** templū hoc: z in triduo resuscitabo illud: **Et** ipse viuificat nos cum suo corpore. **Sicut** enim pater suscitāt mortuos z viuificat: sic z filius quos vult viuificat. **Et** ipse delicta donauit dicēs: **Dimissa** sūt tibi peccata tua. **Et** ipse chirographū affixit cruci: qui crucifixus est per corporis passionem. **Nec** alius se carnē exiit: nisi dei filius qui carnem se induit. **Ipsē** ergo significat deus: qui opus nostre resurrectionis operatus est. **Ergo** cum legis deum: nō separez patrem: nō separez filiū: qz diuinitas patr̄ z filij: vna eadēq; ē. **Et** ideo nec ibi separez vbi legis: q beatus et solus potens. **De** eo enī dictū est: sicut habes: **Precipio** corā deo qui viuificauit oīa: sed etiā christ⁹ viuificat. **Cōuenit** z patri z filio dei nomē: quādo cōuenit z operationis effectus. **Prosequa-**

mur z cetera. **Precipio** inq̄t corā deo qui viuificat oīa z christo iesu in deo. **Hic** etiā verbum est: sicut scriptum est: **In** deo laudabo verbū: in deo sempiterna sua virt⁹ ē iesus. **In** deo igit̄ vnitate diuinitatis: in xpo aut̄ incarnationis testificatus est sacramentuz.

Deniq; vt de icarnatiōe xpi se dixisse ostēderet: subdidit: **Qui** testimonium reddidit sub pontio pilato bonā cōfessionē: vt fues mandatū sine macula vsq; in aduentū dñi nostri iesu christi: **Quē** suis tēporib⁹ ostēdet beatus z solus potens: z rex regū z dñs dominantium: **Qui** solus habet immortalitatez z lucē habitat inaccessibilē. **Quē** vidit hoīm nemo: sed nec videre pōt. **Ergo** de deo hęc scripta sūt: cui⁹ noīs z dignitas z veritas cōmunis est filio. **Lur** igit̄ hoc loco filius sepat: cum etiā filio hęc cūcta cōueniant: **Aut** si nō cōueniunt: nega deū vt neges quē deo sunt cōuenientia. **Beat⁹** negari nō pōt: q beatitudines donat. **Beati** em̄ quibus remisse sunt iniquitates. **Beatus** negari nō potest: q sanaz doctrinā tribuit: sicut scriptū est: quē est secundū euangeliū claritatis. **Beat⁹** dei potēs abnui nō pōt: de quo pater dicit: **Posui** adiutorium sup potentē. **Immortalitatē** aut̄ eius quis audeat diffiteri: cū etiā alijs immortalitatem ipse largitus sit: sicut scriptū est de sapiētia dei: **Per** hanc habeo immortalitatē. **Sed** alia immortalitas sup nature: alia nostre ē. **Nō** sunt fragilia cōparāda diuinis: vna sola substantia diuinitatis q̄ mori nescit. **Uñ** z ap̄ls cū sciret animam z angelos immortales: q solus de⁹ immortalitatem habeat p̄dicauit. **Itam** z anima morit⁹: **Nā** em̄ quē peccauerit ipsa moriet⁹. **Nec** z angelus immortalis est naturalit⁹: cui⁹ immortalitas in voluntate est creatoris. **Nec** ad p̄iudiciū trahas: q non morit⁹ gabriel: nō moritur raphael: nō morit⁹ vrihel. **Et** in ipsis em̄ nature capacitas vitio obnoxia: sed nō obnoxia disciplina. **Omnis** enim rōnalis creatura accidentia recipit: z subiecta iudicio est. **In** accidentib⁹ autē z pena iudicij z corruptela est z profect⁹. **Unde** z ecclesiastes ait: **Quō** omne opus suū deus adducet in iudicium. **Ergo** corruptelē z mortis etiā si nō moriat⁹ aut peccet: capax tamē omnis est creatura. **Nec** ex immortalī natura habet sed ex disciplina vel gratia: si se in aliq̄b⁹ ad vitia non mutat. **Alia** ergo immortalitas q̄ donat

Ps. 55.

1. Timoth. 6.

Ps. 31.

Ps. 88.

Sap. 8.

Ezech. 18.

Ecc. 11.

alia que sine capacitate mutabilitatē ē semper. An negatur immortalis diuinitas christi: quia in carne pro omnibus mortem gustauit? Iam ergo melior gabriel quam christus: quia ille non est defunctus: hic mortuus est. Sed non est seruus supra dominum: alia enim carnis infirmitas: alia diuinitatis eternitas. Adors carnis est: immortalitas patris. Quod si diuinitas fecit nec caro videret corruptionem: que utique corruptele erat obnoxia pro natura: quomodo mori posset ipsa diuinitas? Quod autem lucem inaccessibilem non habitat filius: cum in sinu patris filius sit: Lux autem pater: lux etiam ipse sit filius: quia deus lux est. Aut si aliam lucem inaccessibleē nisi diuinitatis putamus: nunquam melior pater lux est: ut non sit in luce: quia sicut scriptum est: Et apud patrem est et in pace? Non ergo separaret filium cum legunt solum deum: nec patrem separaret cum legunt filium solum in terris. Si filius sine patre non est: et putas quod pater sine filio sit in celo: in carne est filius. **Lū dico in carne ē vel in terris: secundum carnem non iam nouimus christum: Ergo in carne est filius: et solus non ē: secundum quod scriptum ē: Et non sum solus quia pater mecum est: et putas quod sit pater solus in luce? An ne hoc argumentum putes: accipe etiam testimonium. Deum inquit nemo vidit unquam: nisi unigenitus filius qui ē in sinu patris: ipse enarrauit. Quomodo solus pater si in sinu patris filius est: quomodo enarrat quem non videt? Non ergo solus pater. Accipe nunc et solum patrem: et solum filium. Solus pater: quod alius pater non est. Solus filius: quod alius filius non est. Solus deus quod vna diuinitas trinitatis est.**

Quomodo filius factus intelligatur. Quoadmodum etiam omnia per ipsum facta sint: cum diuersorum hereticorum confutatione. Ca. III.

Atis ergo claret: et solum deum non esse patrem sine filio: et solum deum non intelligi filium sine patre. In quo autem factus sit: per os sancti patriarche locutus asseruit dicens: Quia repleta est malis anima mea et vita mea in inferno appropinquauit: Estimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Et hic sicut homo inquit: non sicut deus: factus sum. Et repleta est malis anima mea. Anima utique non diuinitas. Factus est in eo in quo erat infernus debitor: factus est in eo in quo cum alijs estimatus: diuinitas enim similitudine collationis abiurat: et tamen in ipsa carne morti ob-

noxia maiestate aduerte diuinitatis in se. Et si factus est sicut homo et sicut caro factus est: tamen inter mortuos liber: et liber sine adiutorio. Sed quomodo hic sine adiutorio fuisse se filius dicit: cum supra dictum sit: Posui adiutorium super potentem? Ergo et hic distingue naturas. Adiutorium caro habet: diuinitas non habet. Liber igitur est qui mortis vincula nesciuit: non captus ab inferis: sed qui operatus sit in infernis: sed sine adiutorio ē: quod non per nuntium neque legatum: sed ipse per se dominus saluum fecit populum suum. Quomodo ergo potuit adiutorium sui corporis querere suscitandi qui alio suscitauit? Ac licet homines quos resuscitauerint mortuum: non in sua tamen virtute fecerunt sed in christi nomine. Aliud ē rogare: aliud impare: aliud mereri: aliud donare. Helias ergo suscitauit: sed orauit non imperauit.

Heliseus suscitauit conformato mortuo: suscitauit etiam ipsius mortui corporis tactus: ut esset typus venturum eum qui missus in similitudine carnis humane etiam sepultus mortuos suscitaret. Petrus quoque cum eneant curaret ait: In nomine iesu nazareni surge et ambula. Non in suo ait: sed in christi nomine. Surge autem verbum ē imperatis: sed fiducia de merito est: non presumptio de potestate: et de nobis operatio non de sua virtute precepti onis auctoritas. Quid igitur arriani dicunt?

In nomine christi et petri imperat: et illi non sunt impasse dei filium sed rogasse: sed lectum est quod rogauit. Disce distantiam: Rogat quasi filius hominis: Imperat quasi dei filius.

An non desertis hoc dei filio: quod etiam diabolus detulit? Et vos maiore sacrilegio derogatis. Ille dicit: Si filius dei es: dic lapidi huic ut fiat panis. Ille dicit imperat: Vos dicitis obsecra. Ille credit quod iubente dei filio elementorum rerumque in aduersum natura vertat: vos creditis quod nisi roget dei filius nec voluntas ipsius impleat. Et diabolus ex potestate estimandum putat dei filium: vos de infirmitate. Tolerabiliora sunt temptamenta diaboli: quam argumenta sint arrii. Nec moueat quod potentem filium dixit hominis: cum dominum maiestatis legeris crucifixum. Que autem maior potentia: quam supra celestes potestates habere dominatum? Habebat autem qui thronis: dominationibus: angelis imperabat. Itaque et si erat inter bestias: sicut scriptum est: tamen angeli ministrabant. Et ut agnoscas aliud incarnatiois esse: aliud

2. Cor. 5

Job. 8.

Job. 1.

Ps. 88.

Act. 9.

Luc. 4.

Marci. 1.

potestatis: scdm carnem itaq; temptatura
bestijs: scdm dignitatē ab angelis adoraf.
Dicim⁹ igit factū eē hoiez: ⁊ ad hoīem hoc
Ro. 1. esse referendū. Deniq; ⁊ alibi habes: Qui
factus est ei ex semine dauid scdm carnem:
vtiq; ex semine dauid factus est. Deus autē
ante sc̄cula ex deo nat⁹ est. Nec semp tamē
factū esse ad creationē referf. Scriptum est
Ps. 89. em: Domine refugiu; factus es nobis: Fa-
ctus es mihi in salutē. Nō vtiq; creationis
diffinitio vel editio declaraf. Sed refugiu;
factus mihi ⁊ puerus mihi dicit ad salutē:
1. Cor. 1. sicut ⁊ ap̄stolus dixit: Qui factus est nob
sapientia a deo: ⁊ iusticia: ⁊ sanctificatio: ⁊
redemptio. Nobis factū: nō creat⁹ ex p̄fe
dixit. Deniq; quō dicat factā nobis eē sa-
pientiam: in posteriorib⁹ exposuit dicens:
1. Cor. 2. Sed loquimur dei sapiam in mysterio: que
abscondita est: quā p̄destinavit deus ante
tēpora secularia in gloriā nostram: quā ne-
mo principum huius sc̄culi cognouit. Si co-
gnouissent nunq; dñm maiestatis crucifixi-
sent: vbi mysteriū passionis exprimit: non
vtiq; generatiōis eterne series declaratur.
Sapientia igitur mea: crux domini ē: redē-
1. Petri. 1. ptio mea: mors dñi est. Sanguine em̄ p̄cioso
redempti sum⁹: vt ap̄ls petrus dixit. San-
guine igit suo quasi homo: dñs nos rede-
mit: idemq; quasi de⁹ p̄ctā donauit. Non
q̄ in verbis quasdā cōstituamus insidias: ⁊
verborū tendiculas aucupemur: vt q̄ ⁊ aliō
scdm impios significare reputaf sermo qui
legit: Nō id qd̄ sensus exprimat: sed qd̄ lra
ostendat interpretemur. Sic perierunt iu-
dei dum sensuum p̄funda despiciunt: ⁊ se-
2. Cor. 3. quunt nuda verborū. Lra em̄ occidit: sp̄ri-
tus autē viuificat. Et tamē inter duo grauiā
sacrilegia fortasse detestabilius sit ad diu-
nitatem referre que carnis sunt q̄ ad lram
referre que sp̄ritus sunt. Illi timuerunt in
deō carnem credere: ⁊ ideo redemptionis
gr̄am perdidērūt: qz causā salutis abiurāt:
Isti diuinitatis maiestatem ad carnis in-
firma deducunt. Detestandī iudei qui car-
nem domini crucifixērūt: detestabiliores ta-
men eos arbitror: qui diuinitatē christi cru-
ci subditam crediderūt. Deniq; q̄ cum iu-
Titū. 3. deis sepe tractabat: hereticū inquit p̄ vnā
coreptionē deuīta: nec tamen sine iniuria
p̄ris factam nobis esse sapientiam: ad illaz
inenarrabilem nec vllis tēporibus momen-
tisq; obnoxā christi gnatiōz sacrilega inter-

pretatiōe deriuāt. Nā preter id qd̄ filij in-
iuria patris est cōtumelia: etiā in patre sa-
crilegia ista procedunt. De quo scriptū est:
Est autē deus verax: ois autē hō mendax. Ro. 5.
Aut si de filio putāt dicitur: generationi qd̄
dem non p̄iudicat: quia deū verū huius le-
ctionis auctoritate qd̄ abnuunt cōfitentur.

Prolixū ē si velim singula recensere quo-
tiens factum legerim⁹: nō vtiq; p̄ naturā s̄
per gratiam. Nam ⁊ moyses dicit: Adiu-
tor ⁊ protector factus est mihi in salutē. Et
dauid dicit: Esto mihi in deū protector: ⁊
in domū refugij: vt saluum me facias. Et
esaias dicit: Factus es omni ciuitati humi-
li adiutor. Nō vtiq; sancti deo dicūt: creat⁹
es: sed protector ⁊ adiutor per gratiam tuā
factus es nobis. Unde nec illud verēduz
est qd̄ solent arriani sc̄ua interpretatiōe com-
ponē dicentes: Factū esse dei verbū: Quia
scriptum est inquit: Qd̄ factum ē in ipso
Job. 1. vita erat. Primū intelligāt: si ad substan-
tiam diuinā referant: qd̄ factū est: maniche-
orum se questionib⁹ implicari. Obijciunt
em̄ manichei. Si qd̄ i ipso factū ē: vita ē: est
ergo aliquid qd̄ in ipso factū nō sit: ⁊ mors
sit: vt duo impie inducant principia. S; b̄
dānat ecclesia. Deinde vnde possunt doce-
re sic pronunciaffe euāgelistā. Pleriq; enim
docti ⁊ fideles sic pronunciant: Dīa p̄ ipsū
facta sunt: ⁊ sine ipso factum est nihil qd̄ fa-
ctum est. Alij sic: Dīa per ipsū facta sūt: et
sine ipso fact⁹ est nihil. Deinde: Qd̄ factū
est pronūciant: ⁊ subiūgūt: In ipso: hoc est
quicqd̄ autē factū est in ipso. Quid ē i ipso?

Ap̄ls docet dicens: In ipso sum⁹ ⁊ viuimus
⁊ mouemur. Tamē si quēadmodū velit p̄-
nūciēt: nō possūt hinc calūniari deo verbo:
si ad subam ei⁹ velint referre qd̄ factum est
qn̄ ⁊ calumnient ⁊ p̄ri deo: de q̄ scriptū est:
Qui autē facit veritatē venit ad lucē: vt ma-
nifestent opa eius qd̄ in deo sūt facta. Ecce
hic opa hoīs i deo facta legim⁹: ⁊ ad subam
tñ diuinā referre nō possum⁹. S; aut p̄ ipm̄
facta cognoscim⁹: vt est illud apostolicū: qd̄
oia p̄ ipsū ⁊ in ipso creata sunt: ⁊ ipse ē ante
oēs: ⁊ oia in ipso p̄stant. Aut vt docet p̄sen-
tis lectio testimonij: virtutes quibus vitē
eterne fruct⁹ acq̄rit i deo facta estimare de-
bem⁹: charitatē: pietatē: religionē: fidem: ⁊
alia hmōi: q̄ in volūtate dei facta sūt. Er-
go sicut in dei p̄ris: ita etiā in xp̄i volūtate
⁊ virtute facta sunt: sicut legim⁹: Creati in

Ro. 5.

Epo. 15.

Ps. 30.

Job. 1.

Act. 17.

Job. 3.

Col. 1.

Eph. 3.

De Fide

Liber III

Ps. 127. xpo in opib⁹ bonis. Et in psalmo: Siat pat^r
Ps. 103. in virtute tua. Et alibi: Oia in sapia fecisti.
 In sapientia inquit fecisti: no sapiam feci
 sti. Ma cu oia in sapia facta sint: xps autem
 dei sapia sit: no accedes vtriq³ s³ subsistens r
 pmanes in eternu: si facta e sapia: ia deteri
 ore coditione facta est q³ oia: eo q³ sapia fie
 ri p seipsa no potuit. Ergo si factu ee frequen
 ter ad aliud no ad natura refer: etiam crea
 tum esse ad causam refer.

Quid significet qd de incarna
 tione domini scriptum est: De⁹ cre
 auit me principium viarum suaru.
 Et q³ christus dicatur principium:
 no solum per relatione ad diuinita
 tem: sed etiam ad documenta virtu
 tum. Quomodo etia intelligatur
 id qd scriptum legitur: Puer nat⁹
 est nobis: rē. quo multe hereses ex
 tinguuntur. De solutione quoq³ du
 bitationis: quomodo de incarna
 tione christi dictum sit: Domin⁹ cre
 auit me. rē. cu in ante incarnatione
 eius creatura mundi fuerit. Ca. III.

Job. 8. Ade intelligim⁹ illud qd de incar
 natione dñi scriptum est: Dñs crea
 uit me principiu viar suar in opa
 sua: id significare q³ ad redimenda opa p^ris
 dñs iesus ex virgine sit creat⁹. Neq³ enim
 dubitan pot de incarnationis dictu ee myste
 rio: cu prop^t opa sua corruptele seruitio li
 berada dñs susceperit carne: vt illu q³ impe
 riū habebat mortis: p sui corpis destrueret
 passionē. Caro em⁹ xpi prop^t opa: diuinitas
 an⁹ opa: q³ ipse an⁹ oia: r oia in ipso costant.
 Ad q³ dñitas prop^t opa: s³ prop^t dñitatez
 opa: sicut ap^lus declarauit dicens: q³ prop^t
 filiū dei oia. Sic em⁹ habet: Decebat aut⁹ eū
 p que oia r prop^t que oia multis filiis i glo
 ria adductis: ducē salutis eoz p passioz cō
 sūmari. Mōne euiden⁹ exposuit q³ dei filius
 q³ prop^t dñitate suā oia creauit: is postea p
 pter populi salutē r carnis susceptionem r
 mortis assumpserit passionē: Prop^t q³ autē
 opa sit creat⁹ ex v^rgine: ipse dñs cū illuz cē
 tū curaret ostēdit dicens: In illo me oportet
 opari opa eius q³ misit me. Et addidit: vt de
 incarnatione dictū crederem⁹: Lū i hoc mun
 do sū: lux sū hui⁹ mundi. Etem quasi hō in
 hoc mūdo p tpe ē: nā q³si de⁹ semp ē. Deni
 q³ alibi ait: Ecce vobiscū sū vsq³ ad cōsūma
 tionē mūdi. Nec de principio residet ali

Deb. 2.
Job. 9.
Mat. 28.

qd questionis: cū interrogatus fcarne: Tu
 qs es: Respōderit: Principiū: qui r loquor
 vobis. Qd nō solū ad diuinitatis eternita
 tē refer: sed etia ad documēta v^rtutū. Ex h⁹
 em⁹ r deū se pbauit eternū: q³ dñm ipse pn
 cipiū ē: r vniuscuiusq³ virtutis auctor est:
 q³ ecclē caput ē: sicut scriptū est: Quia ipse
 caput corpis ecclē: qui ē principiu p^rmoge
 nit⁹ ex mortuis. Liqueat igit⁹ r de incarna
 tione dictū esse principiu viar suar: qd ad sa
 cramētū suscepti corpis videt ee referēduz.
 Deniq³ vt scias q³ vial suas oipotēs pat^r fm
 incarnationē p^rscripserit filio: habes in za
 charia: Jesū indutū vestimēta sordida: Ab
 angelo dictū: hec dicit dñs oipotēs: Si in
 v^ris meis ambulaueris: r pcepta mea custo
 dieris. Qd ē vestimentū illud sordidū nisi
 carnis assūptio: Uē igit⁹ dñi velut quidā
 tramites bonē vitē sūt: qui dirigūt a xpo:
 qui ait: Ego sū via r vitas r vita. Uia q³ sū
 perna ē dei v^rtus. Christ⁹ em⁹ nobis via est:
 r bona via q³ credētib⁹ celi regna patefecit.
 Uē aut⁹ dñi viē recte sūt: sicut scriptū ē: U
 as tuas dñe notas fac mihi. Uia castitas:
 via fides: via abstinētia. Est nāq³ via vir
 tutis: est et via iniqtatis. Scriptū ē enī: Et
 vide si ē via iniqtatis in me. Principiū ita
 q³ nifē v^rtutū ē xps: Principiū integritat⁹: q³
 docuit v^rgines nō viriles expectare cōcubi
 tus: s³ integritate mētis r corpis: scō magis
 dicare spūi q³ marito. Principiū parfumo
 nis xps: q³ paup fact⁹ ē cū eēt diues. Princ
 piū patie xps: q³ cū maledicere nō maledi
 xit: cū pcutere nō repcussit. Principiū hu
 militatis xps: qui formā serui accepit: cum
 pfem deū maiestate virtutis eq³ret. Ex illo
 enī accepit virt⁹ vnaqueq³ principiu. Et id
 vt hec v^rtutū genera discerem⁹: Fili⁹ datus
 ē nob: cui⁹ p^ricipiu sup humeros ei⁹: Prin
 cipiū illō crux dñi ē: principiu fortitudinis:
 quo via scis ē referata martyribus ad sacri
 certamis passioz. Vidit h⁹ p^ricipiu esaias:
 et id ait: Puer nat⁹ ē nob: fili⁹ dat⁹ est nob.
 Uiderūt magi: r id cū paruulū in p^rsepi cer
 nerēt: adorauerūt dicētes: Puer nat⁹ ē no
 bis. Lū stellā spicerēt p^rdicātes: fili⁹ dat⁹ ē
 nobis. Aliud mun⁹ est terr: aliud mun⁹ est
 celo: r vtrūq³ vn⁹ in vtroq³ pfect⁹ r sine mu
 tabilitate dñitat⁹: r sine hūanē iminutiōe
 nature. Unū adorauerūt: eidēq³ mūera ob
 tulerūt: vt ostēderēt ipsū ee celi dñm q³ i pre
 sepib⁹ videret. Distigue singulor⁹ momē

Job. 8.

Col. 1.

Zacharie. 3

Job. 14.

Ps. 15.

Ps. 138.

1. Petri. 2.

Esa. 9.

ta vbor: Puer natus est nobis: filius est nobis. Et si ex pfe nat: non tñ nobis natus: quia non filius propter nos: sed nos propter filium. Neque enim nobis natus est: qui et ante nos natus est: et totus est conditor creature. Neque nunc primum nascitur quod erat semper et erat in principio: sed illud quod non erat nobis nascitur: hoc est puer ex virgine: corpus ex maria. Hoc enim post nos: illud autem ante nos. Alij sic habent: Puer natus est nobis: filius datus est nobis. Qui datus sit: audi prophetam dicentem: Et salutare tuum da nobis. Quod enim super nos est datus: quod de celo est datus. Sicut etiam alibi

Ro. 5. de spiritu legitur: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Sed vide quemadmodum hic locus multas hereses extinguit. Puer natus est nobis: non iudeis: nobis non manicheis: nobis non marcionitis. Propheta dicit: Nobis: hoc est credentibus non incredulis. Et ille quidem non misericordia sua omnibus natus est. Nam et lumen dei oriri iubet super bonos et malos: sed oriri non videntibus non videtur. Si ergo puer non omnibus natus est: sed fidelibus: sic filius non infidelibus datus est: sed fidelibus nobis datus est: non fortinianis. Illi enim non datum nobis dei filium dicunt esse: sed ab initio inter nos natum. Nobis: non sabellianis. Illi enim nolunt filium datum: eundem asserentes personam esse quem filium. Nobis: non arrianis: et ipsi enim non habent filium pro salute datum: sed pro infirmitate transmissum. Non habent consiliarium quem putant futura nescisse: non habent filium quem sempiternum non putant: cum scriptum sit de verbo dei: quod erat in principio. Et alibi: In principio erat verbum. Denique ut ad propositum revertamur exemplum. In principio inquit antequam terra faceret: et antequam produceret fontes aquarum: ante omnes colles genuit me. Fortasse dices: quod de incarnatione christi dictum esse memoraverim: Dominus creavit me: cum autem incarnationem christi creatura sit mundi? Sed considera quod mox est scripturis dicitur: et futura propteritis dicere: et geminam in christo significare substantiam: divinitatis et carnis: ne quis autem divinitatem neget et carnem. Nam sicut in esaias habes: Puer natus est nobis: filius datus est nobis: ita hic quoque ante promissit creaturam carnis: et subterxit assertionem divinitatis: ut scires non duos christos: sed unum esse: quod et ante secula generatus sit ex patre: et ultimis temporibus creatus ex virgine. Hoc est: Ego sum ille creatus ex homine: creatus ad causam: qui sum generatus ante secula. Denique dicitur: Dominus creavit me: promi-

ssit: commemorabo quod a seculo sum. Dicitur genuit: promissit in principio antequam terra faceret. Ante omnes colles genuit me. Ante: cum dicitur: in infinitum retro sine aliqua diffinitione porrigitur. Denique ante abraham inquit ego sum: non utique post adam: et ante luciferum: non utique post angelos. Sed ante: cum dicitur: non se itra aliquem sed omnia intra se dicit. Sic enim moris est eternitatem dei: scripturis significare divinis. Denique alibi habes: Priusquam motus fieret aut formaret orbis terre: a seculo usque in seculum tu es. Ante omnia generatio: inter omnia et propter omnia creatura. Nam ex parte supra legem: factus ex maria sub lege.

De solutione obiectionis sumpte ex eo quod scriptum est: Post me venit vir qui ante me factus est: cum confutatione erroris Arrianorum. Et quomodo iuxta mysticam intelligentiam historie de Booz et Ruth designatus fuerit christus: qui ecclesiam sibi copulavit. Quod etiam sepe ad causam pertineat cum christus dicit factus. Quod denique ipse idem sacerdos sit et hostia. La. v.

Ad scriptum est: Post me venit vir qui ante me factus est: quia prior me erat. Tunc dicitur: Ecce quod erat: factus est. Ipse verba proferam: post me inquit vir. Vir ergo qui venit ipse quod factus est: vir autem nomen est sexus. Sexus autem non utique divinitati sed nature deputat humane. Possit ergo dicere: Erat in precogitatione quidem corpus: sed eternitate virtutis. Nam et ecclesia erat: et sancti erant predestinati ante secula. Sed non id loco hoc dico: sed illud assero factum esse: non ad divinitatem sed ad incarnationis pertinere naturam. Sicut ipse iohannes dixit: Hic est qui dixit: Post me venit vir qui ante me factus est. Itaque cum ibi geminam: sicut super dixi: in christo substantiam proposuit: ut utrumque intelligas et divinitatem et carnis: hoc loco cepit a carne. Est enim scripturis promiscua consuetudo divinis: ut interdum a divinitate christi incipiant: et ad incarnationis exordium sumant: et ad gloriam divinitatis assurgant: ut in prophetis: evangelistis frequenter et in paulo. Ergo et hic iuxta memoratam consuetudinem ab incarnatione domini cepit de eius divinitate dicitur: ut non confunderet humana atque divina: sed ut distingueret. Uterque arriani velut iudaici cauponis: misceret a quam cum vino: quia divina generationes humanamque primum

De Fide

Liber III

dicit: ad dinitatē referētes qđ de carne sit di-
ctū. Nec metuo qđ obiecturi vident: qđ i su-
priorib⁹ nō hz vix. Sic em̄ habet: Qui post
me venit. Sz vide ante ibi: quid p̄miserit:
Uerbū inqt caro factuz ē. Et iō nō addidit
vix: qz carnē dixerat. Per carnē aut vix in-
telligim⁹: z p vix carnez. Ergo qđ dixerat:
Uerbū caro factū ē: vix h loco noiare sup/
fluū fuit: quē iā carnis exp̄ssioē significave-
rat. Quo exēplo i posteriorib⁹ qđ z agnū p̄-
miste qui tolleret pctm̄ mūdi. Et vt incarna-
tū itelligeres quē ante memoravit ait: Hic
est de qđ ante dixi: qui an̄ me fact⁹ ē: hoc est
vix dixi: nō deū factū: Sz vt ipsū icarnatū
declararet eē: qui āte scula erat: Ne duos
filios crederem⁹ ait: Quia p̄or me erat. Nā
si fact⁹ ē: ad dinā gnātioz retulisset: qđ op⁹
fuerat vt adhuc adderet tertū: atqz iteraret
qđ supra dixerat: Sz qđ ante de incarnatōe
tñ dixerat: Post me venit vir qđ ante me fa-
ctus ē: iō addidit: Quia p̄or me erat: qm̄ di-
uinitatis p̄nitatis fuerat exp̄mēda. Et hec ē
cā p̄latiois: vt merito antelat⁹ videat: qui
ppriū p̄fis sempitna stus ē. Dat tñ intel-
lect⁹ sp̄ritualis vbertas: vt excurrere z eua-
gari ad cōcludēdos libeat arrianos: qđ vo-
lūt factū hoc loco nō ad virū s̄ ad dinitatē
referre. Quid ē em̄ tenere qđ posuit: cum
dixerit baptista: Post me venit qui āte me
fact⁹ ē: hoc ē supra meritū meū fact⁹: supra
meaz grām: tpe carnis posterior: dinitatis
honore venerabilis. Post me em̄ venit: tē-
pori ē: prior me erat p̄nitatis: ante me fact⁹
est: honoris ē: qđ etiā incarnationis myste-
riū sup̄ humanā ē grām. Deniqz in inferio-
rib⁹ quid sup̄ p̄teruisset exp̄ssit dicēs: Post
me venit vir: cui⁹ nō sū dign⁹ calciamenta
portare. P̄statiā vtiqz dignitatis nō p̄ter-
nitatē dīne gnātiois exponēs. Qđ eo vsqz
ad incarnatiōz ptinet: vt typū in hoib⁹ my-
stice calciamēta ante p̄miserit. Lege em̄ p̄-
rimo defuncti: vel s̄i copula deferebat ei⁹
vxoris: vt semē s̄is vl̄ p̄ximi resuscitaret.

Unde qđ ruth licet ipsa alienigena: tñ quia
marituz habuerat ex iudeis qđ reliqr̄at sup-
stite p̄ximū: eaqz colligentē maniplos suę
messis: quib⁹ alebat z socruz: booz vidit et
amavit: nō alit̄ eā accepit vxorē nisi calcia-
mentū ei⁹ ante soluisset: cui vxor debebat
ex lege. Historia simplex s̄ alta mysteria:
aliud em̄ gerebat: aliud figurabat. Nam si
fm̄ l̄am sensū torqueam⁹: ppe quidam pu-

dor ē: z horroz in x̄bo ē: si ad cōmixtiōis cor-
porē p̄suetudinē sniaz itellectūqz referam⁹
Designabat aut futur⁹ ex iudeis: ex q̄bul
x̄ps fm̄ carnē qđ p̄ximi sui: h̄ ē ip̄li mortui se-
men doctrinę celestis semie resuscitaret: cui
calciamentū nuptiale ecclie copuladē p̄scri-
pta legis sp̄ritalia deferebat. Nō moyses
sp̄s. Illi em̄ dī: Solue calciamentū pe-
dū tuoz: vt dño suo cedat. Nō iesus naue
filii sp̄s. Nā z ip̄i dicit: Solue calciamē-
tū pedū tuoz: ne ex similitudine nois sp̄s
ecclie crederet. Nō ali⁹ sp̄s s̄ sol⁹ x̄ps:
z sp̄s de qđ dixit iohes: Qui hz sponsam
sp̄s ē. Illis etiā calciamentuz soluit: huic
solui nō p̄or: sicut dixit iohes: Nō sū dign⁹
soluere corrigiā calciamēti ei⁹. Sol⁹ x̄ps
ē sponsus: cui illa veniēs ex gentib⁹ sponsa
ante inops atqz ieiuna. Sz etiam x̄pi messe
diues innubat: quę manipulos secundę se-
getis x̄bi qđ reliquias gremio legat mentis
interno: vt exhaustā illā viduā morte filij:
atqz inopē defuncti ip̄li m̄rez: nouis pascat
alimētis: nō relinques destitutā viduam z
nouos q̄rens. Solus x̄ps ē sponsus: qui
nec synagoge ip̄li manipulos suę messis in-
uidebat. Utinā seipsam nō excluderet. Na
buit qđ p se colligeret: s̄ quia sp̄s eius ē
mortu⁹: qđ filio egeno defuncto p eccliam
maniplos q̄bus viueret colligebat: qđ veni-
entes in exultatiōe portabūt: sic scriptuz ē:
Veniētes aut venient i exultatiōe: tollēt
maniplos suos. Quis em̄ sibi ali⁹ sp̄sam
audeat eccliam v̄dicare: qđ a libano vnus
z solus vocavit dicēs: Ades huc a libano:
Aut de qđ alio potuit ecclia dicere: Fauces
ei⁹ dulcedines z totus desiderij. Et qz de
calciamentō pedū tractatuz sūpsim⁹: cui ali⁹
nisi x̄bo del icarnato puenit dicit: Lura ei⁹
colūne marmoreę fundatę sup̄ bases aure-
as. Solus em̄ x̄ps inambulat animis: et
gradit̄ in mōte scōz: in quib⁹ velut aureis
basib⁹ fundamētisqz p̄ciosis: solidata vesti-
gia x̄bi celestis h̄serunt. Claret igit̄ hinc z
typum ad incarnatiōis spectare mysterij:
nō ad subam dinitatis s̄ ad incarnationē.
Sepe nōnunqz etiā ad causam p̄tinet: cū
dicit fact⁹. Nā si ad dinitatē refers: qđ z i op-
probrium de⁹ fact⁹ ē. Sic em̄ habes: Tu au-
tē repulisti z ad nihilum redigisti: dispulisti
x̄pm tuum. Et infra: Fact⁹ ē in opprobriū vi-
cinis suis. Et vicinis inqt: nō ciuib⁹: nō do-
mesticis: nō adhrentib⁹. Qm̄ qui adheret

Job 1.

Ruth 2.

Exo. 5.

Josue. 5.

Job. 3.

Job. 16.

Ps. 125.

Lanc. 4.

Lanc. 5.

Abi. 3.

Ps. 88.

1. Cor. 6.

dñs: vn^o spirit^o ē: Qui vn^o est: nō adhe-
 rer: fact^o ē in opprobrium: qz crux dñi iudeis
 scādalu: grecis stulticia. Itā sapientib^o per
 eandē crucē excelsor fact^o ē cel^o: excelsor an-
 gelis: z melioris testamēti factus ē sponzor:
 ipse qui erat prioris. Uide q̄ nō refugiaz
 ista: vt etiā cōgerā. Sz quō fact^o sit consi-
 dera primū: q̄ purificatiōe facta confedit in
 dextera magnitudinis in excelsis: tanto me-
 lior factus angelis: vbi purificatio hostia:
 vbi hostia corpus: vbi corpus oblatio: vbi
 munus oblationis: ibi sacrificiū passionis:
 Heb. 7. Deinde sponzor melioris testamenti: vbi
 testamētū mors necesse ē pcedat testatoris:
 sicut subter est scriptū. Adors autē nō ad di-
 uinitatis eternitatē: sed ad fragilitatē refer-
 tur humanā. Excelsor q̄ celis fact^o: quō
 sit ostēdit. Immaculat^o inquit segregat^o a
 peccatoribus z excelsor celis factus: qui nō
 habet quotidie necessitatē: sicut sacerdotes
 prius pro suis delictis hostiā offerre: dein-
 de p populi. hoc em̄ fecit semel se offerēdo
 sicut scriptū ē. Nemo excelsor factus dicit:
 nisi qui in aliquo fuerit humilior. In eo igitur
 excellentior fact^o est: sedendo ad dexte-
 ram p̄fis: in quo se minor angelis fact^o ob-
 tulit passioni. Postremo ipse ap̄s ad phi-
 lipenses ait: q̄ in similitudinē hoīs fact^o est:
 specie inuētus vt hō: humiliavit semetipsū
 fact^o obediens vsqz ad mortē. Uide vbi
 fact^o sic in similitudine inquit hoīs: nō in po-
 testate dei. Et fact^o obediēs vsqz ad mortē:
 vt obediētā quidem hoīs habuerit regnū
 diuinitatis. Quantis igitur adhuc vtemur
 exemplis ad incarnationē: v̄l aliquid referē-
 dū esse q̄ factus ē. Qd autē z factū ē: idē
 est z creatum. Dixit em̄ et facta sunt: mōda-
 uit z creata sunt. Creatū q̄ supra ostēdim^o
 in libro primo de incarnationē dictū videri.
 Ipse etiā ap̄s asserēdo seruiendū nō esse
 creature: significauit ex deo filiū nō creatū
 esse sed genitū: tñ etiā alibi vt manifestaret
 quō in salomone sit lectū: Dñs creauit me:
 quid i xpo creatū eē ostēdit. Itaqz toti^o se-
 riem capitū recensēam^o. Sic em̄ habes: Er-
 go qz filij p̄cipēs sunt sanguis z carnis: et
 ipse filij p̄cipēs fact^o ē eorū dē: vt p mortem
 destrueret hunc: qui mortis habebat impe-
 riū. Quis igitur est qui nos p̄cipēs suę voluit
 esse carnis z sanguis? Utiqz dei filij. Quō
 nisi per carnē p̄cipēs factus ē noster: aut p
 quā nisi p corporis mortē: mortis vincia dis-

soluit: Adorti em̄ mors facta est susceptio
 mortis in xpo. Ergo de incarnationē ppo-
 suit. Uideam^o sequētia. Nec em̄ statim an-
 gelos inquit assumpsit: sed semē abraę: vn-
 de habuit p oīa fratrib^o filari: vt misericors
 fieret z fidelis p̄cipēs sacerdos a deo vt ex-
 piaret pctā populi. In quo em̄ passus ē ipse
 z tēptat^o: p̄t z tēptatos iuuare. Prop̄ qd
 frēs sanctissimi vocatiōis celestis p̄cipēs
 intuemini ap̄m z principem sacerdotū con-
 fessiois nostrę iesū fidelē esse creatori suo: si-
 cut moyses in domo eius asserit. Hęc nēpe
 verba sunt ap̄i. Uideris in quo creatū di-
 cat: in quo assumpsit inquit semen abraę:
 corporale vtiqz generationē asserit. In quo
 autē nisi i corpore expiauit p̄p̄ peccata. In q̄
 passus ē nisi i corpore: sicut z supra dixim^o:
 Christo passo fm carnē. In q̄ sacerdos nisi i
 eo q̄ sacerdotali assūpsit ex genere? Et sa-
 cerdos em̄ aliquid debet offerre z fm legez
 in sancta intrare. Per sanguinē igitur: quia san-
 guinē tauroz hircorūqz repudiauerat de^o:
 hūc vtiqz sacerdotem per suuz sanguinē: sic
 legisti: i sancta sanctorū celi sūma penetratē
 oportebat intrare: vt eterna nostrorū eēt ab-
 lutio peccatorū. Idē igitur sacerdos: idē z ho-
 stia: z sacerdotiū tñ z sacrificiū hūanę cōdi-
 tionis officiū est. Itā z agnus ad imolāduz
 ductus ē: z sacerdos erat fm ordinē melchis-
 sedech. Nemo igitur vbi ordinem cernit hu-
 manę cōditionis: ibi ius diuinitatis ascri-
 bat. Itā z illū melchisedech p quē abraam
 hostias suas obrulit: nō angelū vtiqz fm iu-
 daica ludibria intelligit ecclia: s̄ virū factū
 ac sacerdotem dei: qui typum gerēs dñi: et
sciebam quod semper me audis: sed propter turbam que circumstat dixi: ut credat quod tu me misisti. Et quavis ex persona hominis in carnis susceptione loqueretur: unitatem tamen paternę voluntatis et operationis exprimeret: quod pater omnia audit: omnia videt que vult filius. Videt ergo et pater facientem filium: audit voluntatem. Denique non rogavit: et ex auditu se esse dixit. Nec estimari potest quod non audit pater quod velit filius: et ut scias quod semper auditur a patre: nec quasi propheta sed quasi filius: Et ego inquit sciebam quod semper me audis: sed propter turbam que circumstat dixi: ut credant quod tu me misisti. Propter nos igitur gratias egit. Nec eundem patrem eundemque filium esse credamus: cum idem opus patris audimus et filij. Nam ut cognosceres non quasi infirmum gratias egisse: sed quasi dei filium: semper sibi divinam potentiam vedicare: clamavit: Lazare veni foras. Imperantis utique vox ista est: non precantis. Sed ad superiora redeamus: et proposita concludamus: facit quasi verbum filius voluntatem patris. Verbum hoc nostrum utique platiuum est: syllabe sunt: sonus est: et tamen a sensu nostro et mente non discrepat: et que interiori tenemus affectu: ea tanquam operantis verbi testificationi signamus. Sed non sermo noster operatur: solum est verbum dei quod nec prolativum est: nec epideicticum: sed quod operatur et vivit et sanat. Vis scire quale verbum: audi dicentes: Vivum est enim verbum dei et validum atque operativum et acutum: et omni gladio acutissimum penetrans usque ad divisionem anime et spiritus artuumque et medullarum. Verbum igitur audis dei filium: et a patria voluntate et potestate fecerunt. Audis quod vivit: audis quod sanat: noli ergo nostro comparare verbo. Si enim verbum nostrum quod non obtutu viderit: non auditu audierit loqui: et loquitur tamen cognita per quedam naturę humane interna mysteria: Quod non impius qui secundum divinitatem in dei verbo et obtutu quendam corporeum exigit: et auditum: et putet quod non possit a se quicquam facere filius nisi quod patrem facientem viderit: cum pervinitatem ut diximus eiusdem substantię: idem velle atque idem nolle et idem posse: et in patre sit et in filio et in spiritu sancto: Quod si homines plerumque sensuum qualitate discreti: tamen unum propositi intentione concordant: quid de patre nos et de filio congruit estimare: nisi id quod humana imitat charitas: suba divina possideat?

Abi. 3.

Abi. 4.

ponam? tamen sicut ipsi volūt q̄ quasi in exemplari: qđ viderit patrē facientē filiū faciāt. Et hoc vtiq; eiusdē subē. Nullus em̄ pōt alteri? imitationē opationis implere: nisi qui eiusdem naturę habeat vnitatem.

De solutione obiectionū quibus impij heretici inequalitatē patris et filij probare cōtendunt. Ca. III.

Imperator Auguste: quidam hoc etiā ad inequalitatē dei patris obijciendā vsurpare consueverunt: qz dicant omnipotentē patrē eē q̄ generauit filium: negent autē oīpotentē filium: dicētes q̄ generare nō potuit. Sed vide quemadmodum setia impietas: vt dialectica philoſophorum se ipsa cōmunicat. Hac em̄ questione: aut cōternū patri filium esse sua voce fateantur: aut si principium tēporis filio aliqđ ascribunt: principiiū potentie: necesse est tribuāt etiā patri. Ita cum omni potentē filium negant: incipiunt (qđ nefas dictu est) asserere p̄ filium patrē oīpotentes esse cepisse. Nam si per generatiōez omnipotens pater: vtiq; aut cōternus p̄ filiū est: qz semp omnipotēs pater: sempitern⁹ et filius: aut si fuit quando nō erat fili⁹ sempiternus: fuit ergo quādo nō erat omnipotens pater. Nam cum volunt filiiū dicere aliquādo cepisse: in illud recidunt: vt et patris potentia dicant nō semp fuisse: sed ex filij generatiōe cepisse. Ita dum filio dei cupiunt derogare: plus tribuunt: vt contra fas omne auctorem paternę potētie declinare videatur: cum filius dicat: Omnia que pater habet mea sunt: hoc est: nō que patri ipse tradiderit: sed que a patre iure generatiōis acceperit: Et ideo filium eē sempiternā didicimus virtutem. Si ergo sempiterna ei⁹ virt⁹ atq; diuinitas: vtiq; et potētia ei⁹ sempiterna. Filio igitur qui derogat: p̄i derogat: pietatem offendit: violat charitatē. Nos honorificemus filium in quo pater cōplacet. Placet enim patri vt laudetur filius in quo ipse complacuit. Respondeamus tamē intentioni eoz: ne epilogo quodam inuidiam questionis declinasse videamur. Generauit inquiunt pater: nō generauit fili⁹. Quid hic? Argumētū est nō eq̄litas. Generatio enim paternę proprietatis est: nō potentie: et pietas equat nō separat. Deniq; in ipso vsu nostrę infirmitatis: frequenter euenire cognoscim⁹: vt et infirmi filios habeat: et nō habeant fortiores: habeant serui et nō habeant domini: habeant inopes: nō habeant qui potentes sūt. Sed hoc dicūt et infirmitatis esse q̄ homines volunt filios habere nec possunt: quāuis humana nō sint conferenda diuinis: tamē intelligant inter ipsos quoq; homines nō potētie esse sed paternę proprietatis habere filios vel nō habere. Nec i potestate nostrę voluntatis esse generare: sed in corporis q̄litate. Nam si esset potētie: vtiq; potēti⁹ multos haberet: q̄ nō est potētie h̄re filios vel nō habere. Nunquid naturę est? Si naturę infirmitatem putatis: et ad humana cōfertis exempla: eadez patris est natura que filij est: itaq; aut verum filium dicitis: et patri in filio derogat per vnitatē eiusdem nature. Sicut enim pater natura de⁹: ita et filius: Deos autem ait apostol⁹: nō natura de⁹ os esse sed dici. Aut si negatis esse veruz filium: hoc est eiusdem nature: nō est ergo generatus: si nō est generatus filius: nō generauit pater. Colligitur itaq; iuxta sententiam vestram: vt nō sit omnipotēs de⁹ pater: qz generare nō potuit si non generauit filiu; sed creauit. Sed qz omnipotēs pater cum iuxta sententiam vestram solus generator omnipotens sit: generauit vtiq; filiu; nō creauit. Verū ipsi magis q̄ vobis credendum est. Ille ait: Geni: et frequēter ait: generationis suę test. Nō est ergo nature: nō est potētie in christo aliqua q̄ nō generauit infirmitas: quia generatio sicut sepe iaz diximus: nō ad subtilitatē potētie sed ad proprietatē refert naturę. Nam si ideo omnipotens pater qz filium habet: omnipotentior ergo eē potuit si plures haberet. An vero potentia eius in vna generatiōe deficit? At ego ostendam et christum habere filios: quos quotidie generat: sed ea generatione vel potius regeneratiōe que potestatis est: nō nature. Adoptio enim potestatis est: generatio proprietatis. Ad ipsa scriptura nos docuit. Dicit enim iohannes: Quia in hoc mundo erat: et mundus per ipsum fact⁹ est: et mundus eum nō cognouit: et sui eum non receperunt. Quotquot autē receperūt dedit eis potestatez filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Didicimus enī potestatis esse q̄ nos filios dei fecit: proprietatis autē generationes eē oracula diuina declarant. Dicit enī sapientia dei: Ex ore al

Eccl. 24.

Job. 16.

Gal. 4.

Job. 1.

Eccl. 24.

tissimi prodiui: hoc ē: nō coacta sed libera: non potestati obnoxia sed nata generationis arcano: priuilegio dominationis et iure potestatis. Deniq; de eadez sapientia: **Ps. 109.** hoc est de domo iesu: alibi pater dicit: *Et vtero ante luciferum genui te: quod vtiq; ideo dixit: non vt corporalem aliu declararet: sed vt proprietatem vere generationis ostenderet. Nā si ad corporalia referas: ergo oipotēs pater cuz dolore et cōceptiōe generauit. Sed absit: vt deum ex infirmitate corporis metiamur. Est quidam vterus paternę arcanum substantię: interiusq; secretum: qđ nō angeli: non archangeli: non potestates: nō dominationes: non aliqua creaturarum potuit penetrare natura. Cuz patre enim semper et in patre semper est filius. Cū patre per distinctionem indissociabilem trinitatē eternę. In patre per diuinā vnitatem nature. Quis igitur hic arbitri diuinitatis? Quis discutiat patrē ac filiū: ille quare regenerauerit: iste cur genuerit? Seruulum suum aut ancillam: cur nō genuerit nemo condemnat: isti condemnant cur nō generauerit christus. Condemnat enī sua opinione cum derogant. Nec cōiugibus in se cur non generauerit: aut charitas minuit aut meritum derogatur: isti q; nō generauit: christi minuunt potestatem. Cur inquit filius pater nō est: q; et pater filius non est? Cur nō iste nō generauit: cū nec ille generatus est? Nec ideo minus habet filius qđ pater nō est: nec pater minus habet qui filius non est. **Job. 16.** Dixit enī filius: Omnia que pater habet mea sunt. Adeo generatio in paterna proprietate: nō iure est potestatis. Est quedam indistincta distincte incomprehensibilis et inenarrabilis substantia trinitatis. Distinctionē eternam accepim⁹ et filij et spiritus sancti non confusionem: distinctiones nō separationē: distinctionē nō pluralitatem. Diuino itaq; admirandoq; mysterio: manentem semp accepimus patres: semper filium: semper spiritum sanctū. Nō duos patres: non duos filios: nō duos spiritus. **1. Cor. 8.** Unus enim deus pater ex quo omnis et nos in ipso: Et vnus dominus iesus per quem omnia et nos per ipsum. Un⁹ natus ex patre dominus iesus: et ideo vnigenitus. Unus et spiritus sanctus: vt ideo apostolus dixit. Sic accepimus: sic legimus: sic tenemus: distinctiōez nescimus: secreta ne-*

scimus: causas nō discutim⁹: secreta seruamus. Facin⁹ indignū: vt qui generatiōis suę facultatem nō habent: diuine generatiōis examen sibi arrogant: vendicent potestatem. Regent ergo equalem patri filius q; nō generauit filius. Regent equalē patri filium: q; patrem habet. Hoc si de hominibus dicerent: quorum aliqui volunt filios habere nec possunt: iniuriā putarem⁹. Sic etiā si in duos honore patres: habēt filios qui nō habet negaretur equalis. Et ideo b in quā graue et de ipsis hominibus videtur: vt quis minor putet q; patres habet. Nisi forte tanquā constitutum in familia: putet christū dolere q; emancipatus a patre non sit: et administrādi patrimonij nō habet facultatē. Sed nō christus in sacris qui sacra vniuersa distinxit. Quomodo tamen respōdeat: vera ne generatio sit: et verus filius ex deo patre natus: hoc est: ex substantia patris? An ex alia natus substantia? Si enī dicunt ex patre: hoc est ex dei substantia: cōuenit q; ex substantia patris filium dicant. Ergo q; vnus substantię: vni⁹ vtiq; potentię. Si vero ex alia substantia filius est: quomodo omnipotens filius est: et omnipotēs filius nō est? Quid enī prestantius si ex alia substantia filium deus fecit: cum vtiq; et filius ex alia nos substantia filios dei fecerit? Ergo aut vni⁹ substantię filius cū patre: aut vnus potentię. Friget igitur eoz questio qđ de christo iudicare non possunt: imo qđ vincit ille cū iudicat. Digni tamē sunt isti iudicio suo: qui hāc obijciūt questionē. Si enī iō equalis p̄i fili⁹ nō ē: q; nō generauit filiū. Et isti vtiq; fateant si nō habēt filios: qui serūt hmoi q̄stiones: suos sibi etiā seruulos p̄ferēdos: eo q; habētib⁹ filios equalēs eē nō possūt. Si aut filios nō putēt sibi merito: s; filioz iure deferrit: nō consistit igit hęc q̄stio: q; equalis fili⁹ patri: iō eē nō possit q; pat̄ gnāuit filiū: fili⁹ nullū ex seipō gnāuerit. Nā et fons fluiū gnāt: et fluit⁹ fōrē ex seipō nō gnāt. Et lux splēdorē generat: nō splēdor lucē: et vna natura ē splēdor et lucis. Quā cū equalē ex gnationis obiectu pbare nō potuerint: intelligāt etiā illā diuulgantē suę calūniā q̄stionis explosaz. Solēt em̄ opponere: quō equalis pōt eē fili⁹ p̄i. Nā si fili⁹ ē: aiquā generaret nō erat: aut si erat: cur nat⁹ ē? Et arrianos se negare cōsuerunt: qui pponūt arrij questiones.

Itaq; exigūt a nobis respōsiōne: vt si dixerimus q̄ antequā generaref erat: astute referant. Ergo antequā generaref creat⁹ est: et nō differt a ceteris creaturis: quia pri⁹ cepit creatura esse q̄ filius. Et adijciūt cur q̄ natus est? An q̄ imperfect⁹ erat vt et postea perfectior fieret? Si autē responderimus qd̄ non erat: obijciūt statim ei: ergo generatio contulit vt esset qd̄ nō erat antequā nasceretur: vt hinc colligāt: Erat ergo quādo nō erat filius. Sed quia hoc proponunt et obsecritate volūt inuoluere veritatē: dicāt ipi vtrum tēporaliter generet pater: an itēporaliter? Si enīz tēporaliter dixerint: qd̄ filio obijciunt: patri ascribēt: vt videat pater cepisse esse qd̄ nō erat. Si itēporaliter: qd̄ superest nisi vt ipsi soluāt quā pposuerint q̄stionē: vt cum generationē patris abnuant tēporalem: generationē quoq; filij tēporalem non esse fateantur? Si ergo nō est generatio eius ex tēpore: estimari datur q̄ nihil p̄cesserit ante filium qui nō sit ex tēpore. Si enim aliud ante filium: iam nō sūt in ipso creata omnia quę vel in celo sūt vel in terris: Et apostolus redarguit qui hoc in epistola sua scripsit. *Q̄ si nihil ante generationem: nō aduerto cur posterior asseratur quem nemo p̄cessit.* Connectēda est alia eoz plena impietatis obiectio: quę latentē habeat dolū: quo sensus faciliū mentesq; perstringāt. Interrogāt enim vtrū qd̄ sinez habet: aliquādo cepit? Et si acceperit huiusmodi respōsiōne: q̄ qd̄ sinez habet cepit aliquādo: referāt vtrū pat̄ desierit generare filium? Qd̄ cum tenuerint: nostro aspirante cōsensu contexant: cepit ergo generatio. Id si nō abnuas: psequi videtur: vt si cepit generatio: videat in eo cepta qui natus est: vt natus esse dicatur: qui ante non fuerit vnde diffiniāt: aliquando ergo fili⁹ nō fuit.

Adijciunt alias ineptias loquacitatis sugdicentes: Si verbuz patris filius est: et ideo genitus dicit quia verbum est: opus nō est. Multifariam locutus est pater: multos ergo generauit filios: si nō operatus ē sed locutus est verbum. Amētes homines quasi nō intelligāt qd̄ intersit inter prolatiuū sermonē et in eternū permanēs dei verbum ex patre natum: natū vtiq; nō prolatum: in quo nō cōposita syllaba: sed plenitudo diuinitatis eterne est: et vita sine fine. Subtexunt aliā impietatē: proponētes vtrū vo-

lens an inuit⁹ generauerit pater: vt si dixerimus nolentē: antiquiorē generatione voluntatē videamur fateri: et referant q̄ nō sit filius coeternus patri: quem aliquid antecessit: aut q̄ et ipse sit creatura: q̄ scriptū est: *Omnia quę voluit ipse fecit.* Cū hoc ipsum nō de patre et filio: sed de his quas filius fecit dictum sit creaturis. Sin autē inuitum patrē generasse responderim: inualidū patrem dixisse videamur. Sed nihil in sempiterna generatione p̄cedit nec velle nec nolle: ergo nec inuitum dixerim: nec volentem: quia generatio nō in voluntatis possibilitate est: sed in iure quōdam et proprietate paterni videt esse secreti. Nam sicut bonus pat̄ nō aut ex voluntate est aut necessitate: sed per naturam: ita non generat ex voluntate aut necessitate pater. Esto tamen: sit generatio in voluntate generantis: quando hanc voluntatē fuisse dicunt? Si in principio: vtiq; si sempiterna voluntas: sempiternus et filius. Si cepit voluntas: displicuit igitur sibi qd̄ erat deus pater vt mutaret statuz. Displicuit ergo sibi sine fine: placere cepit in filio. Jam illa consequētia vt dicamus: Si studium generandi nostro more assumpsit: ergo et cetera quę generationē p̄cedere solent nostro more assumpsit: nōstrō aut vsu generationis votum est nō voluntas. Produunt igitur impietatem suam qui volunt generationem cepisse xp̄i: vt videatur nō generatio illa verbi manentis: sed prolatio fluentis esse sermonis. Deinde multos inducēdo filios: negent in xp̄o dīne proprietatē nature: vt nec vnigenit⁹ nec primo genitus estimetur. Postremo vt si principium esse credat: accepisse: etiā finem videatur habiturus. Sed neq; principii assumpsit aliquādo dei filius qui erat in principio: neq; finem qui est principium vniuersitatis et finis. Nam cum sit principii: quomodo qd̄ habeat accepit: aut quomodo sui finem habebit: cum omnī ipse sit finis: vt in illo sine: sine fine maneam⁹? Dei enim generatio cum temporalis nō sit: nec ante se nec in se tempus inuenit. Frigida igitur eorū et vana questio: et in creaturis ipsis nō habet locum. Ipsa etenim quę temporalia sunt: discretionem in quibusdam habere temporis nō vident. Lux nempe splendore generat: nec comprehendī potest qd̄ splēdor luce posterior sit: aut lux splendore antiquior: q̄ vbi

lumē et splēdor est: et vbi splēdor et lumē est. Itaq; nec sine splēdore lumē: nec splēdor potest esse sine lumine: qz in splēdore lumē et splēdor in lumine est. Unde et apostolus: **Deb. 1.** splēdorem paternę glorię filium dicit: qz splēdor paternę lucis est filius: cōternus propter virtutis eternitatem: inseparabilis propter claritudinis vnitates. Ergo si tēporalia hęc et acria hic cōprehendere et separare nō possumus quę videmus: deuz quē nō videmus: qui super omnē ē creaturā: in ipso suę generationis arcano possum⁹ cōprehendere: possumus eum a filio tempore separare: cum omne tempus opus filij sit? Desinant ergo dicere: et antequā generetur nō erat. Ante enim temporis est: generatio ante tempora: et ideo qđ posterus est prius nō est: nec opus ante auctore potest esse: cum opera principium de operatione sua sumant. Nā quomodo ante operationē suam vsus operis estimatur: cū omne tempus opus sit ei: omne opus de operatore suo vt esset: accepit? Experiri igit ad huc istos volo qui sibi videntur astuti: vt de nostris respōdeant qui calumniantur diuinis: longeq; refugiunt ab inscrutabili supernę generationis exemplo. De filio dei dicunt qđ antequā generaretur nō erat: hoc est de dei sapiētia: de virtute dei: de dei verbo: cuius generatio nihil ante se nouit: Quia si aliqui vt volunt non fuit (qđ nefas dictu est) nō fuit ergo in deo perfectiōis aliquando plenitudo diuinę: si postea processum generationis accepit. Tamē vt sciānt qđ yana sit et solubilis eoz quęstio: licet nihil in eo humanis diuinisve cōmune: tamen docebo homines antequā nasceretur fuisse. Aut negent iacob sanctum fuisse priusq; nasceretur: qui fratrem supplantauit in materni adhuc vteri postus arcano. Negent hieremiam anteq; nasceretur sanctum **Diere. 1.** fuisse: cui dicitur: Priusq; te formare in vtero matris tuę noui te: et priusq; exires de vulua sanctificauit te: et prophetam in gentibus posui te. Quid hoc euidentius tanti exemplo pphete: qui sanctificat⁹ est antequā natus: et antequā formare est cognitus? Quid etiā de iohāne loquar: de quo mater religiosa testatur: qđ inter materna situs adhuc viscera: presentiā dñi spiritu cognouit: exultatione signauit: sicut scriptuz **Luc. 1.** minimus matre dicente: Ecce enim vt facta

est in auribus meis vox salutationis tuę: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Erat igit qui prophetabat: an nō erat? At certe erat. Erat eniz qui venerabat auctore: erat qui loquebat in matre. Deniq; helizabet filij spiritu replebatur: mat filij spiritu sanctificabatur. Sic enim habes: qđ exultauit **Abi. 3.** infans in vtero eius: et repleta est spiritu sancto. Vide singulorum verborum proprietates. Vocem quidē marie prior: helizabet audiuit: Sed iohannes prior domini gratiam sensit: pulchre sibi cōueniūt: oracula oralis: femina mulieri et pign⁹ pignori. Iste gratiam loquitur: illi intus operantur: pietatisq; mysterium maternis adoriunt profectibus: dupliciq; miraculo licet honore diuerso: prophetant matres spiritu paruulorum. Quis igitur auctor huius miraculi: nōne dei filius qui fecit esse nō natos? De rebus humanis quęstio nostra nō potest cōuenire: Potest ne de diuinis cōuenire secretis: vt qui antequā generaret nō erat? Nā quid pater aliqua tempora conceptiōis accepit: vt filium tēpora p̄uenirēt? Aut femineq; more nature generationis suę molitus est partum: vt molitio ipsa filio cēt antiquior? Quid ē hoc? cur dina scriptura discutimus proprietatem legi diuinę generationis: nō qualitatē? Facinus indignuz: vt ex se quidam celestia metiant: qui tanquaz vnum de spadonibus putant christum nō nasci potuisse sed fieri. Aut tanquā vnum de spadonibus patrem: qui filium quē generare nō potuerit adoptauerit.

De solutione quęstiois quā pleriq; faciunt: ex eo qđ scriptū est: Sicut misit me viuens p̄r: et ego viuo propter patre: et qui manducat me: et ipse viuit propter me. **Ca. V.**

Veriq; etiam hinc faciunt quęstionem: qz scriptuz est: Sicut misit me **Job. 6.** viuus pater et ego viuo propter patrem: et qui manducat me: ipse viuit propter me: dicentes. Quomodo equalis est patri filius qui dixit: qđ propter patrem viuit? Qui hoc proponunt: primuz respōdeant cuiusmodi vita sit filij: vtrū ea quā pat lar gitus sit nō habenti? Sed quomodo vitaz aliquando potuit nō habere: cum ipse styta: sicut ait: Ego sū via veritas et vita? **Job. 14.** Ita vtq; sempiterna sicut virtus est sapiētie. Aliquando ergo: vt sic loquar: si vitaz non

De Fide

Liber III

habuit: considerate quid lectum sit hodie de domino Iesu: quod mortuus est pro nobis: ut si ue vigilemus siue dormiamus: simul cum illo viuamus. Cuius mors visa est: huius diuinitas vita non est: cum diuinitas vita sit sempiterna? An vero vita eius in patris potestate? Sed nec corporis quidem sui vitam in alterius fuisse potestate memorauit: sic scriptum est: Ego pono animam meam et iterum sumam illam: Nemo tollit illam a me: sed ego pono eam a meipso: Potestatem habeo ponendi animam meam: et iterum potestatem habeo sumendi eam: hoc mandatum accepi a patre meo. Cuius ergo vita secundum diuinitatem in alterius potestate iudicatur: cuius vita secundum corpus alienae non erat subdita potestati? Aliena enim potestas erit: si non erat unitas potestatis. Sed sicut potestatem suam esse significat ponere animam et liberam voluntatis: ita etiam quod secundum mandatum deposuit patris suae ac paternae voluntatis significat unitatem. Ergo si vitam filius neque aliquo accepit ex tempore: neque alienae habet potestatem subditam: videamus quae ratione dixerit: Sicut misit me uiuus pater: et ego uiuus propter patrem: Ita et qui manducat me ipse uiuit propter me. Si panem eligunt: hoc significat quod sicut missus sum a patre et descendit a patre: ita uiuus propter patrem. Quis autem missus est atque descendit: nisi filius hominis: sicut ipse supra sapientia dixit: Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis. Ergo si quasi filius hominis missus est atque descendit: Ita quasi filius hominis uiuit propter patrem. Denique et qui manducat quasi filium hominis: Actum ergo incarnationis suae aduentum comparauit. Quod si secunda complacuit: nonne et equalitatem filii cum patre: et similitudinem eius cum homine manifesta distinctio colligimur? Nam quid est: sicut ipse uiuit propter patrem et nos uiuimus propter ipsum: nisi quod uiuificat filius hominis: sicut pater in filio carnem uiuificauit humanam? Sicut enim pater suscitauit mortuos et uiuificat: sic et filius quos uult uiuificat: ut ipse dominus supra dixit. Equalitas ergo filii ad patrem: per unitatem quoque uiuificationis astruitur: quando sic uiuificat filius ut pater. Agnosce ergo eius vitam et potentiam sempiternam. Similitudo etiam nostra ad filium et quaedam secundum carnem unitas declaratur: quoniam quaedam

dum filius a patre: sicut homo est uiuificatur in carne. Sic enim scriptum est: Quod sicut dominus Iesum Christum a mortuis suscitauit: ita etiam nos quasi homines uiuificamur a deo. Secundum hanc ergo expositionem humanam non solum ad conditionem humanam deriuatur gratia largitatis: sed etiam diuinitatis eternitas predicatur. Diuinitatem quae ipsa uiuificat: humanam autem conditionem quae uiuificata est et in Christo. Quod si quis utriusque ad Christi refert diuinitatem: ergo filius dei hominibus comparatur: ut ita filius propter patrem uiuat: sicut nos propter filium dei uiuimus. Sed filius dei vitam largitur eternam: nos autem largiri nequimus: ergo nostri comparatione nec ille largitur. Habet igitur ariani fidei suae premium ne vitam eternam adipiscantur a filio. Liber iam ulterius progredi. Nam si illis placet hunc locum ad diuinitatem perpetuitatem referre substantiae: accipiant tertiam expositionem. Nonne eundem uidentur dicere: Quod sic uiuus pater est: ita uiuit et filius. Quod utique quis non aduertat ad unitatem uitae: quod eadem patris et filii uita sit esse referendum. Sicut enim pater uitam habet in semetipso: sic dedit filio uitam habere in semetipso. Dedit per unitatem: Dedit non ut auferat sed ut clarificetur in filio: Dedit ut complacere: Dedit non ut pater custodiret: sed ut filius possideret. Sed obijciendum putant quod dixit: Ego uiuus propter patrem. Et utique si ad diuinitatem referunt: propter patrem uiuit filius: quod ex patre filius est propter patrem: quod unitatis substantiae cum patre propter patrem: quod eructatus est uerbum ex patris corde: quod a patre processit: quod ex paterno generatus est utero: quod pater filii est: quod radix pater filii est. Sed dicunt fortasse: Si unitatem putas patris ac filii uitae esse: cum filius dixerit: Et ego uiuus propter patrem: Nunquid unitas est filii uitae atque hominis: cum dixerit filius: Qui manducat me et ipse uiuit propter me? Immo plane: sicut unitatem fateor esse uitae celestis in patre et filio per diuinam unitatem substantiae: ita uel diuinae naturae uel dominice incarnationis: excepto privilegio: societatez non bibeat uitae spiritualis in filio esse profiteor per humanam unitatez naturam: Qualis enim celestis: tales et celestes. Denique sicut in illo sedemus ad dexteram patris: non quod cum ipso sedem: sed quod sedem in Christi corpore. De

quod postea dicemus plenius) sicut inq̄ se-
demus i christo per corporis vnitatem: ita
et in christo viuimus per corporis vnitatem.

Non solum autem non vereor quod scri-
ptum est: Et ego viuo ppter patrē: sed etiā
si per patrem dixisset: non vererer

De solutione obiectiōis quā Ar-
riani sumūt ex hoc q̄ dominus dixit: Nec infirmitas nō est ad mor-
tem: La. VI.

- Job. 11.** **I**dent enim etiam illud obſcere q̄
hec dixit: Hec infirmitas non est ad
mortem: sed p claritate dei: vt clari-
ficetur filius eius per ipsum. Non solum
enim per patrem: et a patre filius clarificat:
Job. 17. quod scriptum ē: Clarifica me pater: et ali-
Job. 13. bi: Hic clarificatus ē filius hominis: et de-
us clarificatus est in eo: et deus clarificauit
eum: sed etiam per filium et a filio clarificat
pater: qz veritas dixit: Ego te clarificauit su-
per terrā. Sicut ergo clarificatur per patrē:
ita etiam ppter patrem viuūt. Unde et qui-
dam opinionē magis purauerūt esse q̄ glo-
riam: et ideo sic interpretati sunt: Ego te cla-
Job. 17. rificauit super terram: opus consummaui qd̄
dedisti mihi: et nunc clarifica me pater: hoc
est: Ad q̄ op: vt sit hic sensus: opinionē de
te hoib⁹ huiusmodi infudi: vt cognoscant
te verum deum: et tu hāc de me confirma il-
lis opinionē: vt credant me tuum filium et
deum veruz. Jam illud ridiculum est: qd̄
quidā ex illo apostolico: discretionē iter pa-
trem et filium faciunt potestatis: quod scri-
1. Cor. 3. ptum est: Nobis tamen vnus deus pater:
deus ex quo omnia et nos in ipsum: et vnus
domin⁹ iesus per quem omnia et nos p ipsū.
Aunt enim nō mediocrem diuine maiesta-
tis esse distantiam: q̄ dictum est: ex illo om-
nia: et per hunc omnia. Nihil autem exps-
sus q̄ q̄ hoc loco omnipotens fili⁹ euiden-
ti ratione signatur. Nam vt ex illo omnia:
ita per hunc omnia. Inter omnia pater nō
Job. 118. est: cui dictum est: Quoniaz vniuersa serui-
unt tibi. Inter omnia filius non est: qz omnia
per ipsū facta sunt: et omnia in ipso pstant:
et ipse est super omnes cēlos. Nō ergo inter
omnia fili⁹: sed sup omnia: q̄ fm carnem qui-
dem est ex familia iudeoz: idem tamen sup
Job. 3. omnia deus benedict⁹ in secula: cui⁹ est no-
men sup omne nomē. Et d̄ quo dicit: Om-
nia subiecit sub pedibus eius. Subiiciēdo
dicit omnia: nihil reliquit ei nō subiectuz: si-

cut apostol⁹ dixit. Quod si hoc etiam fm incar-
nationis locut⁹ est sacramentū: quē admo-
dū possum⁹ de supne generationis incom-
parabili maiestate dubitare? Nihil igit pot-
estatis inter patrē et filiū certū est iteresse.

Deniqz eouſqz nihil interest potestati: vt
idem ap̄ls: ex eo dixerit esse omnia: p quem
omnia: sicut habes: Qm̄ ex ipso: et p ipsū: et in
ipso sunt oia. Si igit pater sicut putat tan-
tūmodo signatur: nō pōt idē omnipotens
esse: qz ex ipso omnia: et omnipotens nō eē qz
p ipsum omnia. Aut igit inualidū nec omni-
potētē patrem sua assertionē memorabūt:
aut certe omnipotentē etiā filium inuiti vo-
ce ppria fatebunt. Eligant tamen vtz hic
patrē declaratū putēt. Si patrē: ergo et per
ipsum omnia. Si filium: ergo et ex ipso oia.
Si autē et p patrem omnia: nihil vtiqz filio
derogandū. Et si ex filio omnia: similiter et fi-
lio deferendū. At ne insidari nos vnus
arbitrent obreptione d̄sculi: totū capitulū
recenseam. **O** altitudo inquit diuinarū
sapiētīe et scientīe dei: q̄ inscrutabilia sunt
iudicia eius: et inuestigabiles vię eius. Quis
enim cognouit sensum domini: aut quis con-
siliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi et
retribuatur ei? Qm̄ ex ipso: et per ipsū: et in
ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula. De
quo igitur dictum putant: de patre: an d̄ fi-
lio? Si de patre: sed non est sapiētia dei pa-
ter: qz sapiētia dei filius est. Quid est autē
qd̄ non possit sapiētia: de qua scriptū est:
Lum sit vna omnipotens et pmanens: in se
omnia innouat: Non ergo accedentē legim⁹
sed pmanentē. Habes ergo iuxta salomo-
nem: omnipotentē et pmanentē sapiētiaz.
Habes ergo etiam bonam: qz scriptum est:
Sapiētia autem non vincit malicia. Sz
ad ppositum reuertamur. **I**nscrutabilia
sūt inqt iudicia eius. Si igit omne iudiciū
pater dedit filio: filius videt declarare qui
iudicat. Deniqz vt scias q̄ non de patre:
sed d̄ filio dicit: addidit: Quis prior inquit
dedit illi. Dedit etiaz pater filio: s̄ dedit iu-
re generationis: non munere largitatis. Et
ideo qd̄ negari nō p̄t: a patre accepisse filiū:
fm qd̄ scriptum est: Omnia mihi tradita sūt
a patre meo. Dicendo tñ: quis prior dedit
illi: non accepisse p naturā a patre filiū de-
negauit: sed priorem nō posse dici inter pa-
trem et filium declarauit: qz etsi pater dedit
filio: non tñ q̄s posteriori dedit: qz increata

Ro. 11.

Abi. 3.

Sap. 7.

Abi. 5.

Matth. 11.

inestimabilis trinitas: que vnus est eter-
 nitatis et glorie: nec tempus nec gradu vel
 posterioris recipit vel prioris. **¶** Si grecos
 magis codices sequendos putamus: quod ha-
 bent $\rho\omicron\iota\varsigma$ $\eta\pi\omicron\varsigma$ $\tau\epsilon$ $\acute{\alpha}\lambda\epsilon\kappa\tau\alpha\iota\omicron$: vides quo-
 niam cui nihil addi potest: non dispar a pleno
 est. Ergo si filio magis puenit hoc totum apo-
 stolicum capitulum: videmus et de filio esse cre-
 dendum: quod ex ipso omnia: sicut scriptum est:
¶ *Qui ex ipso: et per ipsum: et in ipso sunt omnia.*
¶ Etiam tamen de patre dictum putet. Itaque me-
 minerimus quod sicut ex ipso legimus omnia: ita
 etiam per ipsum omnia: in vniuersitate quippe
 totius creature patris et filii: per futura aucto-
 ritas. Atque superius omnipotentem filium
 paterno probauerimus exemplo: tamen quod illis
 derogare studium est: considerent quod et patri
 derogent. Si enim infirmus filius: quod per ipsum
 omnia: nunquid et infirmus pater: quod et per
 patrem omnia? Sed ut agnoscant nullam
 discretionem inter hoc esse: vix demonstra-
 bo: eiusdem esse ex quo aliquid: et per quem al-
 quid: et ostendam vtrumque de patre lectum.
¶ Sic enim habemus: Fidelis deus per quem vo-
 cati estis in comunione filii eius. Quid apo-
 stoli dixerint: considerent. Per patrem voca-
 mur: et nihil est questionis. Per filium crea-
 mur: et hoc vult estimabimus. Patrem in co-
 munione filii vocauit: et religiose hoc sicut
 debemus accipimus: filius omnia creauit: et
 putant non libere esse potestatis arbitrii:
 sed coacti atque seruilis operationis obsequium.
¶ Ut autem agnoscas plenius nihil distare
 inter patris et filii potestatem: cum per patrem in co-
 munione filii eius vocemur: ex filio ipsa est
 comunio: sicut scriptum est: *Qui de plenitu-
 dine eius nos omnes accepimus: et per gratiam
 euangelium: ex plenitudine eius et intelligere
 debeamus.* Ecce et per patrem comunio: et
 ex filio comunio: sed non discrepans: sed vna
 comunio. Sicut idem iohannes in epistola sua
 dixit: *Et comunicatio sit cum patre et cum fi-
 lio eius iesu christo.* Accipite etiam quod non so-
 lum ex patre et filio: sed etiam ex spiritu sancto
 vnaque nobis comunio scriptura memora-
 uit. Gratia inquit domini nostri iesu christi
 et charitas dei: et comunicatio sancti spiritus
 cum omnibus vobis. Quero autem in quo minor
 videatur is per quem omnia: quam is ex quo omnia:
 an quod opator asseritur? Sed opatur et pater:
 quod verus est qui dixit: *Pater meus usque mo-
 do opatur: et ego operor.* Sicut igitur pater

opatur: opatur et filius. **¶** Non ergo opator in-
 firmus aut vilis est: quam operatur et pater: et
 ideo quod commune est filio cum patre: vel propter
 patrem inferiore loco accipi non oportet: ne
 patri potius in filio ab hereticis derogetur.
¶ Nec mediocre illud quod alibi etiam idem sanctus
 iohannes ad refellendas arrianorum perditionis ques-
 tiones ait: *Scitis quam iustus est: scitote quam qui
 fecit iustitiam ex ipso natus est. Iustus autem
 quis nisi dominus qui iustitias dilexit: aut
 quem sicut superiora indicant reprobationem
 vite habemus? Si igitur filius dei vitam no-
 bis promissit eternam: et ipse iustus est: et ex ipso
 vitam nati sumus: Aut si ex filio nos per gratiam
 natos negant: nec iustum filium constituetur.*
¶ Credas igitur necesse est etiam ex dei filio om-
 nia: quod omnium sicut deus pater: ita et filius et au-
 ctor est et creator. Videmus ergo inanem
 esse hanc questionem cum et de filio credi con-
 ueniat: quoniam ex ipso: et per ipsum: et in ipso
 sunt omnia. Diximus quoque ex ipso: quo-
 modo etiam per ipsum. In ipso autem omnia esse
 quis dubitet: cum alibi scriptum sit: *Quo-
 niam in ipso condita sunt omnia in celis: et
 in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes: et
 omnia in ipso constant.* Habes ergo ex ipso
 gratiam: ipsum operantem: in ipso omnium fir-
 mamentum.
¶ De dissolutione obiectionis quam
 ex hoc faciunt quod a domino dictum legit:
*Ego sum vitis vera: et pater meus
 agricola est. Ca. VII.*
¶ Quod ad separanda patris et fi-
 lii diuinitate obicere consueuerunt:
 quod dominus dixit in euangelio: *Ego sum
 vitis vera: et pater meus agricola est: agri-
 cola et vitem diuersimodis dicentes esse nature: et
 vitem esse in agricolae potestate.* Sic ergo
 vultis esse filium secundum diuinitatem: sicut vitis est:
 ut sine cultore nihil valeat: quod possit deseri
 vel recidi: et ex ista calumniam copatis: quod dominus
 vitem se esse dixit: incarnationis sue signifi-
 cans sacramentum. **¶** Tamen si placet ut ex ista
 argumentemur: fateor et ego: immo profiteor
 quod vitem se filium nominauit. **¶** Quod enim mihi si sa-
 cramentum salutis publice derogauero. Quomodo
 ergo vultis accipere quod se vitem dei filium
 nominauit? Si secundum diuinam substantiam dictum ac-
 cipitis: et sicut inter agricolam et vitem: ita etiam
 inter patrem et filium diuinitatis creditis esse
 distantiam: geminam filio: geminam patri facitis
 iniuriam. **¶** Filio: quod si secundum diuinitatem inferos

Ro. 11.

1. Cor. 1.

Job. 1.

1. Job. 16

1. Cor. 13.

Job. 5.

1. Job. 3.

Ro. 11.

Col. 1.

Job. 14.

est q̄s agricola: inferio: etiam paulo aposto-
lo: nostra assertionē necesse est estimetur: qz
z paulus agricolā se esse dixit: sicut habes:
1. Cor. 3. Ego plātaui: apollo rigauit: deus autē incre-
mentum dedit. Num q̄ vultis: vt paul⁹ me-
lior sit dei filio? Habetis vnam iniuriā. Al-
teram qz fm substantiaz generationis eter-
Job. 15. ne vitis est filius: cum dixerit: Ego sum vi-
tis: vos palmites estis: vnius nobiscū etiā
illa diuina generatio videbitur esse substā-
1. Cor. 3. 35. tiq̄. Sed quis similis tui in dñs domine: sicut
1. Cor. 3. 38. scriptum ē: Et rursus i psalmo: Quoni-
am quis in nūbibus equabitur domino: aut
quis similis erit domino inter filios dei?
Nec tamen soli filio derogatis: sed etiā pa-
tri. Nā si in agricolę nomine omnis pater-
ne prerogatiua est omnis potestatis: cum
etiam paulus agricola sit: patri utiqz (cui si-
lum negatis equalem) apostolo compara-
1. Cor. 3. tis. Deniqz cum scriptus sit: Sz neqz q̄ plā-
tat est quicqz: neqz qui rigat: sed qui dat in-
crementū deus: in eo nomine vos summā
paternę maiestatis locabit: qd̄ videtis in-
firmuz. Si enim qui plantat z qui rigat ni-
hil est: sed qui dat incrementuz deus: vide-
re quid vestra asserere moliatur impietas:
vt z pater nomine sit p̄tendendus agrico-
le: et deus incrementum paterno operi qui
tribuat requirendus. Impie igitur ex nomi-
ne agricolę dei patris p̄ferendā estimant
potestatem: in quo sit patri deo cum homi-
ne appellatiōis cōmune consortiū. Quid
autem egregium si ei vt vultis hęretici filio
p̄ferat: cuius diuina substantia ab huma-
na conditione non discrepet? Nāz si vitem
filium fm diuinam substantiam appellatuz
putatis: non solum corruptelę incertisqz ele-
mentorum obnoxium iudicatis: sed etiam
humanę tantūmodo cōsortem nature: sicut
vites z palmites: vt non per incarnationis
sacramentuz dei filius assumpsisse videat:
sed principium sumpsisse de carne. Ego au-
tem dicam plane: carnem eius lz nouo ge-
nerationis mysterio: vni⁹ tamen nature su-
isse nobiscum: z hoc salutis sacramētuz esse
non diuine generationis exordium. Vitis
enim est qui meas sustinet passiones: quā-
doquidem in illo nixa fragilis prius huma-
na cōditio secundis rediunt fructibus pieta-
tis adoleuit. Uerūtamen si te pompa dele-
ctat agricolę: dicas velim quis ille sit qui lo-
Diere. 11. cutus sit in propheta: Domine notum mihi

fac vt sciam: tunc vidi cogitationes eorum.
Ego vt agnus ductus sum innocēs ad im-
molādum z nesciebam: aduersum me cogi-
tauerūt consilium dicentes: Venite mitta-
mus lignum in panem eius. Si enim filius
incarnationis future loquitur sacramētū:
qd̄ impium est vt de patre credas: filius est
vitiqz qui dixit: Ego plantaui te vitem fru-
Diere. 2. ctiferam: quomodo cōuersa es in amaritu-
dinem vitis alienę. Itaqz z filius vides esse
agricolam: vnius nominis cum patre: vni-
us operis: vnius dignitatis atqz substātię.
Ergo si agricola z vitis est filius: vitem vti-
qz fm incarnationis accepim⁹ sacramētū.
Sed non solum se esse vitem dixit: sed etiā
botrionem voce p̄phetica nuncupauit: tūc
quando ad vallem botrionis exploratores
moyses iussu dñi direxit. Que est illa vallis
nisi humilitas incarnationis et secunditas
passionis? Et puto botrionem ideo dictū:
qz ex vinea illa translata ex egypto: hoc est
ex familia iudeorum: vtilis mundo fructus
emicit. Nemo certe botrionē potest ad ge-
nerationē referre diuinaz: aut qui refert ali-
ud nihil relinquit: nisi vt botrionem illā na-
tum ex vite credamus. Itaqz ascribit insipi-
ens patri: qd̄ reprehēdit i filio. Uerū si iam
dubitari non potest qz vitis fm incarnatio-
nem dei filius nominatus sit: videtis fm qz
ad sacramētū domin⁹ sit locutus: quoniā
Job. 14. pater maior me est. Nā cum hoc i superioribus
dixerit: continuo subiecit: Ego sum vi-
tis vera: z pater me⁹ agricola ē: vt agnosce-
res fm id patrē esse maiorem: qz sicut agri-
cola viti: ita pater dñicę carnis est cultor: qz
z augeri potuit per pietatē: z passionem re-
cidi: vt omne genus ab estu secularium no-
pio voluptatuz: diffuse salutaribus brachijs
crucis vmbra velaret.

Sancti Ambrosij episcopi liber
quartus de fide ad Bratianuz Au-
gustum: explicit.

Capitulorum libri quinti de fide ad Gratianum Augustum: recollecta annotatio.

De intentione auctoris et transitu ad hunc quintum librum. Et qua ratione quinque libros de patris ac filii et spiritus sancti inseparabili diuinitate digesserit. De postulatione quoque venie si quos prolixitas huiusce sermonis offenderit: cum excusatione sui et ministrorum dei inequalitate atque commendatione. Ca. I.

De ampla ac disertis confutatione impiorum arrianorum dicentium christum a solo et vero deo separatum: per rationes et testimonia scripturarum: quibus euidenter comprobatur quod cum de deo solus legitur: nequaquam a patre filius separetur. Ca. II.

De solutione obiectionis qua argui potest inequalitas patris et filii ex hoc quod filius deum patrem adorare legitur. De solutione quoque atque confutatione obiectionis arrianorum qua probare conantur dissimilitudinem patris et filii ex responsione eiusdem filii data ad ea que mater filiorum zebedei postulabat. Ca. III.

De redargutione eorum qui unitatem in diuinitate negare cupientes: extenuare student patris et filii charitatem ex hoc quod scriptum est: Et dilexisti eos: sicut et me dilexisti. Quomodo etiam intelligendum sit quod filius missus dicitur: et quemadmodum dominum dicat: quem patrem nouit: cum diuersorum hereticorum condensatione qui ex falsa superiorum intelligentia errauerunt. Ca. IIII.

De confutatione arrianorum qui ideo aliam patris: aliam filii: aliam spiritus sancti dicunt esse personam: quia scriptum sit: Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti: ex verborum ordine differentiam diuine personarum facietes. Qui propterea idcirco negant in christum esse credendum quod scriptum sit: Qui credit in me: non credit in me: sed in eum qui me misit. Ca. V.

Quod non debeamus deducere filium in hanc humilitatem: ut nisi qui audierit: facere aut loqui nesciat: cum arrianorum confutatione. Et unde maxime unitatem diuine maiestatis intelligere possim. Quibus etiam rationibus dei filii creatura dici non possit. Ca. VI.

Quemadmodum intelligere debeamus filium esse subiectum patri: cum hereticorum condensatione. Quod etiam non solum de patre filio: sed et filio

ipse sibi subiecerit omnia. Et quod de causa filii subiectus sit in nobis. Quod eadem sit charitas dei patris et christi. Quod propterea nihil sit quod diuinitas sempiterna non possit: nihil quod lateat veritatem: fallat iusticiam: pretereat sapientiam.

Ca. VII.

De condensatione execrabiliu arrianorum dicentium quod dei filius nesciat tempora et annos: argumentorum quoque suorum destructione: cum finali et conclusua confutatione erroris eorumdem: quo asserunt filium esse minorem patre. Ca. VIII.

De humili ac deuota auctoris ad deum personatione recteque fidei professione: cum disertissima huiusmodi conclusio: ad laudem et gloriam inestimabilis: inenarrabilis: incircumscripse et immense ac sanctissime trinitatis: perfidissimorumque arrianorum personatione et damnatione. Ca. IX.

Sancti Ambrosii episcopi: liber quintus de fide ad Gratianum Augustum: feliciter incipit.

De intentione auctoris et transitu ad hunc quintum librum: Et qua ratione quinque libros de patris ac filii et spiritus sancti inseparabili diuinitate digesserit. De postulatione quoque venie si quos prolixitas huiusce sermonis offenderit: cum excusatione sui et ministrorum dei inequalitate atque commendatione. Ca. I.

Vis nam est fide Matth. 24

lis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore cibum: Beatus ille

seruus quem veniens dominus eius inuenit sic facientes. Non vilis hic seruus est. Magnus aliquis esse debet. Quis sit iste consideremus. Est petrus ipsius domini ad pascedum gregem electus iudicio: qui tertio meretur audire: Pasce agnuculos meos: pasce agnuculos: pasce ouiculas meas. Itaque pascendo bene cibo fidei gregem christi: culpam lapsus prioris aboleuit. Et ideo tertio admonetur ut pascat. Tertio utrum dominum diligat: interrogatur. Ut quem tertio ante crucem negauerat: tertio fateretur. Beatus et ille seruus qui potest dicere: Lac vobis potum dedi non escam: nondum enim poteratis. Nouit enim quod quemadmodum pascat. Quis enim nostrum bene facere potest? Quis nostrum potest vere dicere: Factus sum infirmis infirmus: ut infirmos lucrifaciam?

mus? Et tamē ille tantus ad curā gregis electus a christo: qui sanaret infirmos: curaret inualidos: hereticus a cōmisso sibi ouili statim post vnam correptionem repellit: ne vnus erraticę ouis scabies serpenti vlcere totuz gregē contaminet. Zuber p̄terea stultas quęstiones et cōtentiones esse vitādas. Quid igitur nos agem? iter messis antiquę noua zizania: imprudentes accole stituti? Si raceamus: credere videbimur. Si contendamus: verendū est ne nos quoq; iudicemur esse carnales. Scriptum ē enī de huiusmodi quęstionibus: q̄ generant lites. **2. Timoth. 2.** Seruum autem domini non oportet litigare: sed mansuetuz esse ad omnes: docibilem: patientem: cuz modestia docentem eos qui resistunt. Et alibi: Si quis contentiosus est: nos talem consuetudinē non habemus neq; ecclesia dei. Eoq; scribere aliquid sententię fuit: vt sine streptu aliquo impietati hereticoruz per nostra scripta respondēamus. Quintum itaq; imperator auguste hūc libru param' ordiri. Nam et q̄rtum librum oportuit in illa vitis disputatione finiri: ne coaceruasse mag' librum eundem quodam videremur quęstionū tumultu: q̄ fructu spiritalis vineę repleuisse: nec inconsumatam fidei vindemiaz tantis adhuc supfluentibus disputationibus decuit derelinqui. Quinq; igitur libros d̄ patris ac filij et spiritus sancti inseparabili diuinitate digerimus: sequestrata interim pleniore disputatione de spiritus sancto: puocati magisterio euangelicę lectionis: vt credita nobis quinq; fidei talenta quasi quadam horum quinq; sorte librorū humanis sc̄neremur affectibus: ne forte cum venerit dominus: et inuenerit in terram absconditam pecuniam suam: dicat mihi: Serue male et piger: sciebas q̄ meto vbi non semino: et congreco vbi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam numularijs: et veniens ego recepissem quod meū est. Aut **Luc. 19.** quęadmodum in alio libro est: Et ego inquit veniens cum vsuris vtiq; exigissem. Date ergo veniam si quos plixioris huiusce sermonis offendit audacia. Officij contemplatio cogit credere qd̄ accepimus. Dispensatores sumus mysteriorū celestiu. Admissi sumus: nō ex equo omnes: sed vnicuiq; inquit sicut dominus dedit. Ego plantauit: apollo rigauit: sed dominus incrementum

dedit. Unusquisq; igitur enitat vt mercedem possit accipere s̄m suum laborem. Dei enim sumus: vt apostolus ait: cooparij: dei cultura: dei edificatio. Beatus itaq; ille q̄ tales sc̄noris sui cernit vsuras. Beatus et ille qui fructus sui operis intuetur. Beatus quoq; qui superedificat supra fundamentū fidei aurum: argentum: lapides preciosos. Vos nobis estis omnia qui hęc auditis et legitis. Vos sc̄natores vsurę: verbi vsurę: nō pecunię. Vos agricolę reddit'. Vos edificatores: aurū: argētum: lapidesq; preciosos superedificantes. In vestris meritis sacerdotalis summa laboris est. In vestris animis fructus episcopalis operi enitescit. In vestris p̄fectibus: aurum domini refulget: multiplicatur argentum: si eloquia diuina teneamus. Eloquia enim domini eloquia casta: argentuz igne examinatum et p̄batum terre: purgatum septuplum. Vos ergo facietis sc̄natores diuitem: agricolā fructuosum. Vos penitus probabit' architectū. Non arroganter dico q̄ tam mea sūt q̄ vestra que voueo. Si mihi liceat secure de vobis tūc temporis dicere: Domine q̄n' **Matt. 25.** q̄ talenta mihi dedisti: ecce alia quinq; lucratus sum: et ostendere vestrarum talenta preciosa virtutum. Habemus enī thesaur' in vasis fictilibus. Hęc sunt talenta q̄ habet dominus spiritaliter sc̄nerari: Aut duo granou et veteris testamenti: que spoliato illi **Luc. 10.** a latronibus samaritanus ille euangelicus ad curāda vulnera dereliquit. Neq; ergo fratres vori auarus ideo opto hęc: vt super multa constituar: Satis est mihi premium de vestro prouentu. Utinam nō indignus eo inueniar qd̄ accipi: ea que sūt me maiora melioribus tribuēdo: non exigo. Licet **Matt. 20.** soleas domine dicere: Volo autē et huic nouissimo dare sicut et tibi: Accipiat potestatem supra decem ciuitates que meretur. Sit ille talis qualis moyses qui legis decem verba consumpsit. Sit ille iesus naue: qui subegit quinq; reges: et ciuitates in deditioez **Josue. 10.** accepit: vt esset typus venturum eius nominis virum: cui' imperio corporales delictę vincerentur: cōuerterentur gentes: vt fidem iesu chasti mag' q̄ pristina studia sua et vota sequerent. Sit ille dauid: cui occurrerunt psallentes iuencule: dicētes: Saul **1. Reg. 18.** triumphauit i milibus: dauid in decē milib'. Adhibi satis est: si nō in exteriores tenebras

extrudar: quemadmodum ille qui commissū sibi talentum in terra quadā suę carnis abscondit: Sicut principes synagoge ceteriq; principes iudeoz: Qui credita sibi eloquia dei: humo quadaz sul corporis occuparūt: delitūsq; carnis intenti: quasi in quādā exaltati cordis foueaz fenus celeste merferūt.

Hos igitur non intra latibula carnis absconditam domini teneamus pecuniaz vel mnam illam: sed tāq; boni in sudario reponamus nūmularij: cum sudore quodā mentis et corporis equo et parato semper libremur affectu: vt prope sit verbum in ore tuo et in corde tuo. Hoc verbum dei preciosus est talentum quo redimeris. Hęc est pecunia p mensis animarum sepe cernenda: vt frequenter agitando in omnem terram: bonorum sonus factus sit exire nūmorum per quā vita partitur eterna. Hęc est autē vita eterna quam largiris omnipotēs pater: vt cognoscamus te solum verū deuz: et quē misisti iesum christum.

De ampla ac disertā cōfutatione impiorum Arrianozū dicentū christum a solo et vero deo separatū: per rationes et testimonia scripturarum: quibus euidenter comprobatur qd cum de deo solus legitur: nequaquā a patre filiū sepetur: La. II.

Hęc aduertāt arriani qd impij sint qui d spe nostra et voto nobis faciunt quęstiones. Et quoniaz hic p ceteris vociferari solent dicentes: separatū a solo et vero deo christum: intellectus impios pro nostris viribus confutemus. Hoc enim loco magis intelligere debent: qd hęc utilitas: hęc merces est pfectę virtutis: hoc diuinū et incōparabile munus: vt cognoscamus cum patre christum: nec separemus a patre filium: sicut scriptura non separat.

Itaq; hoc magis ad vnitatem qd ad distātiā diuinę proficit potestatis. Qd idē premium vnum honorem nobis dat patris filijq; cognitio. Quoniaz mercedem habere non poterit nisi qui et patrem cognouerit et filium. Sicut enim patris: ita filij cognitio vitam acquirit eternam. Itaq; sicut in principio statim verbum cum deo patre pā cōfessione iunxit euāgelista dicens: Et verbū erat apud deum: ita et hic scribendo verba domini: Et cognoscāt te solum verum deum: et quem misisti iesum christum. Coniun-

ctione illa: patrem vtiq; copulauit et filium: vt christum verum deuz a maiestate patris nemo secernat. Nunq; enim coniunctio separatur: Et ideo dicēdo: Et cognoscāt te solum verum deuz: et quem misisti iesum christum: et sabellianos interfecit: et iudeos excludit: eos vtiq; qui audirent loquentem: Ne aut illi eundez patrem putarent esse quem filium: si non addidisset: Et christū: aut isti in patre filium separarent. Quęro autem cur non sic putent subaudiendum: et ex superioribus colligendum: vt qd pmissit: solum verum deum patrem: subaudiamus etiam iesum christum solum verum deum. Expri-mendum enim alterū non fuit: ne duos deos dicere videretur. Itaq; neq; duos dicim⁹ deos: et eiusdem cum patre diuinitatis filium confitemur. Itaq; queramus quā ratione diuinitatis hic putent factam esse distātiā: vtrum deum negēt christum? Sed negare non possunt. An verum deuz negēt christū? Sed dicant si verum negant: vtz fallum an nūcupatiū deuz iudicent. Itaq; fm scripturas: aut verus deus est: aut tantūmodo nūcupatiuus: aut falsus. Cler⁹ vt pater: nūcupatiuus vt sancti: falsus vt demones atq; simulacra. Dicant igitur qui filium dei confessione designent: vtrum falso pceptum dei nomen: an vero quasi nūcupatiuo inspiratione tm diuinitatis non esse arbitremur? Falso pceptum nomē nō puto qd dicant vt apertiore se crimine impietatis inuoluant: ne vt demonijs et simulacris: ita etiam christo falso dei inditum nomen insinuando se prodant. Sin autē ideo dictum putant deum: qd inspirationem diuinitatis habuit: sicut et sancti dei multi viri. eos enim scriptura deos dixit: ad quos sermo fiebat dei. Ergo non vltra homines deum pferunt: sed comparādum hominibus arbitrantur: vt hoc euz putent esse qd hominibus ipse donauit: dicēs ad moysen: Posui te in deum pharaoni. Unde et i psal. ^{Exo. 7.} ^{ps. 81.} mo dictus est: Ego dixi dñs estis. Et hanc tamen sacrilegorū opinionem paulus excludit qui ait: Nam et si sunt qui dicantur ^{1. Cor. 8.} dñi: siue in celo siue in terra. Non dixit sunt dñi: sed sunt qui dicantur. Christus autem ^{heb. 19.} sicut scriptum est: heri et hodie ipse est. Est inquit: non solum nomine: hoc est: sed etiā veritate. Et bene scriptum est: heri et hodie ipse est: vt arrij impietas astruēdi sacri-

Sancti

legi locum inuenire non posset. Qui cum legeret in psalmo sc̄o: dicentes filio patre:
Ps. 2. Filius me⁹ es tu: ego hodie genui te: adno-
tauit hodie non heri: ad eternitatem diuine
generationis referens: quod de carnis as-
sumptione memoratum est. Sancto igitur
spiritu repletus apostolus: vt iam eli-
Deb. 13. deret sceuitatem: ait: Heri et hodie ipse est: et
in secula. Heri propter eternitatem: hodie p-
pter corporis susceptionem. Est ergo christus:
et est semper. Qui enim semper est: est: Christus
Exo. 3. autem semper est: de quo dicit moyses: Qui est
misi me. Erat utique gabriel: erat raphael:
erant angeli: sed semper esse qui aliquando
non fuerint: nequaquam pari ratione dicunt.
2. Cor. 1. In christo autem sicut legimus: non fuit est: et
non: sed est in illo fuit: unde vere dei solus
est esse: qui semper est. Ergo etsi nuncupa-
tum deum non audent dicere: et falsum euz
dicere maioris est impietatis: restat vt deus
verus sit: veri patris: non dissimilis sed qua-
lis. Qui cum et iustificet et sanctificet quos
velit: non foris assumens: sed in se habens
sanctificandi potestatem: quomodo non est
verus deus? Nam et apostolus eum utique
verum deum dixit: qui naturaliter verus de-
Gal. 4. us esset: sicut habes: Quia tunc inquit nesci-
entes deum: seruistis his qui natura non
erant dii: hoc est: qui veri dii esse non pote-
rant: quibus hoc naturaliter minime supe-
tebat. Clerum copiose iam verum deum chri-
stum in superioribus libris scripturarum le-
ctionibus approbauimus. Ergo si christus
vt edoctum est: deus verus est: queramus
qua ratione: cum solum verum deum patrem
legunt: a patre filium cupiunt separare? Si
dicunt quod verus solus deus pater est: negare
non possunt: quod et filius solus deus veritas
est: et quod christus veritas est. Nunquid veri-
tas vero minor est: cum sine appellatione no-
minum: verus plerumque a veritate dicatur:
sapiens a sapientia: iustus a iusticia: hoc nos
inter patrem non sentimus et filium: quod pa-
tri nihil deest: quod pater est verax et filius: quod ve-
ritas est equalis est vero. Ut sciant au-
tem cum solum legunt nequaquam esse a patre
filium separandum: meminerint in prophetis
a deo dictum: Ego extendi celum solus. Et
utique non extendit sine filio pater. Ipse enim
Prover. 8. filius qui sapientia dei est dicit: Quando pa-
rabat celum: cum ipso aderam. Et paulus
Deb. 1. de filio dictum esse confirmat: In initio terram

Ambrosij

tu fundasti domine: et opera manuum tua-
rum sunt celi. Siue ergo filius celum fecit: si-
cut et apostolus voluit intelligi: et ipse utique
non sine patre celum solus extendit: Siue vt
in prouerbis habes: Deus in sapientia fun-
Prover. 1. dauit terram: parauit autem celos in intel-
lectu: ostenditur quod nec pater solus sine filio
celos fecit: nec sine patre filius: et tamen qui
celum extendit solus deus est. Quod vero et
de filio aperte intelligendum sit: quod solus ap-
pellatur: etsi nunquam inscio patre aliquid fe-
cisse credatur: etiam alibi habes vbi scriptum
est: Extendens celum solus: et ambulans
Job. 9. quasi in pavimento super mare. Namque
euangelium domini docuit nos: quod in ma-
ri non pater: sed filius ambulauit: quando
petrus rogauit eum dicens: Domine iube
Matth. 14. me venire ad te. Sed etiam prophetia ipsa
documento est. Sanctus enim iob aduen-
tum domini prophetabat: de quo vere dixit:
Magnum cetum erat debellaturus: et fa-
ctum est. Nam feralem illum cetum: zabu-
lum scilicet vltimis temporibus venerabi-
lis corporis sui passione prostratum pertulit
et affixit. Est ergo solus et vere dei filius:
Hec enim et filio prerogatiua defertur. De
nullo enim qui creatus est: proprie dici potest
quod solus. Nam cui inest communitas creatu-
re: quemadmodum quasi solus potest a ce-
teris separari: Itaque homo rationalis vi-
detur inter omnia terrena animata: sed tamen
non est solus rationalis. Scimus enim ra-
tionabilia esse et celestia opera dei: angelos
et archangelos rationabiles consistemus. Si
ergo angeli rationabiles: non utique solus ra-
tionabilis homo dicitur. Sed dicunt so-
lum dici posse solem: quia sol alter non est.
Sed et ipse sol habet communia multa cum
stellis: quod percurrit celum: quod est ibi illius cele-
stis substantie est: quod creatura est: quod in om-
nia dei opera computatur: quod cum omnibus
deo seruit: cum omnibus benedicit deum:
cum omnibus laudat. Non ergo solus pro-
prie dicitur: quod nec a ceteris separatur.
Itaque cum patris et filij spiritusque sancti
diuinitati: que sola non inter omnia: sed
super omnia est: nulla possit creatura con-
ferri (vt de spiritu interim assertio reseruetur)
sicut pater dicitur solus deus verus: cui nihil
comune cum ceteris: ita etiam solus est filij ima-
go veri dei: solus dextra patris: solus virtus
dei atque sapia. Solus ergo filij facit sic et pater:

Job. 14. qz scriptum est: *Quęcumq; facio ipse facit. Cum enim vnum opus sit patris et filij: bene de patre et filio dicitur: qz deus solus operatus est: vnde etiam cum creatore dicimur et patrem et filium confitemur. Nam vtiq; cum paulus diceret: Qui seruiert creaturę potius qz creatori: nec patrem creatorem negauit ex quo omnia: nec filium per quem omnia. A quo alienum vtiq; nõ videt: qd scriptum est: Solus habet immortalitatem. Quomodo em̄ immortalitatem nõ habet: qui vitam habet in semetipso? Habet vtiq; in natura: habet in substantia: et habet nõ per gratiam temporalem: sed per sempiternam diuinitatem: habet nõ ex dono quasi seruus: sed ex generationis proprietate qsi filius coeternus. Et habet sicut pater. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: ita et filio dedit vitam habere in semetipso: sicut habet inquit: sic dedit. Didicisti supra quemadmodum dederit: ne putares esse gratię largitatez: vbi generationis arcanum est. Cum ergo inter patrem et filium vite nulla distantia sit: quemadmodum qz immortalitatem solus habeat pater: filius nõ habeat estimari potest? Unde intelligant ne hoc loco a solo vero deo patre filium separadum: Quia pbare nõ possunt: qz solus et verus dei filius nõ sit: cum presertim et hic aut subaudiatur vt diximus: et xpm solum verum deum esse: Aut certe aliud ad diuinitatem patris et filij: aliud ad incarnationem xpi relatum intelligendum sit: quia nõ est perfecta cognitio nisi eius qui et secundum eternitatem vnigenitum deum verum dei filium iesum christum et secundum carnem generatum ex virgine pfiteretur. Qd alibi hic ipse euangelista nos docuit dicens: Omnis spiritus qui confitetur iesum christum in carne venisse: de deo est. Deniq; qz nõ alienum sit etiã incarnationis: hoc loco intelligere sacramentum: docet nos ipsius series lectionis. Sic em̄ habes: Pater venit hora: clarifica filium tuum: vtiq; cum et horam venisse comemoret et clarificari petat: quod nisi fm̄ carnis assumptionem locutum em̄ cõuenit estimari? Nam nec ulla sibi tẽporę prescripta momenta diuinitatis habet: nec clarificatione indiget lumen eternum. Ergo in solo vero deo patre: et filium dei solum verum fm̄ diuinitatem intelligimur vnitate: et in iesu christi nomine: qd ex virgine natus accepit: incarnationis agnoscimur sacramentum.*

Act. 4. *Et si cum solum deum legunt patrem: filium cupiunt separare: ergo cum de filij incarnatione legunt: hic est lapis qui reprobatus est a vobis edificatib;: qui factus est in caput anguli. Et infra: Nõ est aliud nomẽ sub celo datum hoibus: in quo oportet vos saluos fieri: patrem estimat ab impertiende vobis salutis beneficio separandum. Sed neq; sine patre salus: neq; vita eterna sine filio. Sed asserunt arriani solum verum deum sicut patrem: ita et filium dicitis: et vnus substantię p̄rem et filium cõfitemini: nõ vnum deum sed duos deos inducitis: quia qui vnus substantię sũt: nõ vnus deus sed duo dñi videtur: sicut duo homines aut due oues plures vt dicuntur: homo autem et ouis: nec duo homines dicuntur: nec due oues: sed vnus homo et vna ouis. Hęc arriani dicunt: et hac disputatiõ eversuta simpliciores capere nituntur. Tamen si legimus scripturas diuinas: inueniemus pluralitatem in ea cadere: que diuerse discreteq; substantię sũt: h est et sp̄s v̄s id. Idem in salomonis libris habemus expressum: eo loco scz in quo dicit tria sunt impossibilia intelligere: et quartum nõ agnosco. Vestigia aquile volantis: et viam serpētis supra petram: et semitas nauis nauigantis: et vias viri in iuuentute. Vtiq; aquila et nauis et serpens vni nõ sũt generis atq; nature: sed differētis discreteq; substantię: et tamẽ tria sũt. Cõtra se igitur sua esse intelligat argumẽta testimonijs scripturarum. Itaq; dicẽdo: patris et filij discretam esse substantiam: differenteq; deitatem: duos vtiq; ipsi deos asserunt. Nos autem cum patre cõfitemur et filium: asserendo: tamẽ vnus esse diuinitatis: nõ duos deos sed vnus deum dicimus. Et hoc dominicus eloquijs aprobamus: quia ibi plures sunt: vbi aut nature aut volutarum et operationum est differentia. Deniq; vt suis sibi testimonijs reuincatur: duo homines dicuntur: qz licet vnus nature sint iure nascendi: tamen et tempore et cogitatione et opere et loco distat: et ideo nõ potest vnus homo dici in significatione et numero dierum: qz non est vnitas vbi est diuersitas: vnus autẽ deus dicitur: et patri et filij ac sp̄s sancti glia et plenitudo signat. Deniq; tanta vnitas vnitate est: vt etiã qm̄ natura sola gnatiõis aut carnis significat hũang: et vnus hõ de multis dicat: sic habes: Dñs mihi adiutor: nõ timebo quid fa-*

Prouer. 30.

Ps. 117.

ciat mihi homo: id est nō vna persona ho-
minis: sed vna caro et vna fragilitas genera-
tionis humane. Et addidit: Bonū est spe-
rare in domino q̄ sperare in homine. Nec
hic vtiq; specialē hominem sed generalem
cōditionem designauit. Deniq; statim sub-
iecit de pluribus: Bonū est considerare i do-
mino: q̄ considerare in principibus. Sed vbi
homo dicitur: nature interdū: vt supra dixi-
mus: cōmunis inter omnes vnitas signifi-
catur: vbi principes variarum quedā diffe-
rentia potestatum est. Sed inter homines
aut in hominibus vnus alicui rei vnitas
est: aut charitatis: aut cupiditatis: aut car-
nis: aut deuotionis et fidei. Generalis autē
vnitas: et que in se secūdm diuinitatis glo-
riam complectat omnia: solius est patris et
filij et spiritus sancti. Unde et dominus cum
diuersitatem inter se hominū designaret: q̄
nihil habēt inter se qd possit ad vnitatē in-
diuidue substātie pertinere: In lege vestra
inquit scriptum est: q̄ duorum hominum
testimoniū verum est. Et cum premisisset:
duorum testimoniū verum est: vbi venit ad
suum et patris testimoniū: nō dixit: verum
est testimoniū nostrum: qd duorum deoꝝ
testimoniū est: sed ego inquit sum qui testi-
moniū perhibeo de me ipso: et testimoniū
perhibet de me qui misit me pat. Sup̄ quod
q̄ similiter ait: Et si iudico ego: iudiciū me-
um iustum est: q̄ solus nō sum: sed ego et q̄
misit me pat. Itaq; et infra et supra patrem
signauit et filium: et pluralitatez non admi-
scuit: nec diue vnitatē substātie separauit.

Euidens igit q̄ qd vni substātie: separa-
ri nō potest: et si nō sit singularitatis: s̄ vni-
tatis. Singularitatem hanc dico que gr̄ce
μόνος dicit. Singularitas ad personā
pertinet: vnitas ad naturā. Ea vero que
diuerse substātie sunt: nō solum vnū s̄ etiā
per plura dici solere: licet etiā ex propheti-
co claruerit testimonio: exp̄sius tamē ipse
ap̄s declarauit dicens: Nā et si sūt q̄ dicāt
dij: siue in celo siue in terra. Vides igit q̄
hi qui ex diuersis substātijs sūt: et nō ex vni
us veritate nature dij appellant. Pat̄ autē et
filius q̄ vnus subē sūt: nō duo dij s̄ vnus de-
us. Pat̄ ex quo oia: et vnus dñs iesus x̄ps per
quē oia. Unus inqt deus pat̄ et vnus dñs iesus.
Et supra: Unus deus nō duo. Et infra: Unus
dñs et nō duo: pluralitas q̄ excludit nō vni-
tas seq̄strat. Sed que admodū cū legimus

dñm iēsū: nec patrē: vt supra diximus: a do-
minatiōis iure secernim: qd ei cōmune cū
filio ē: ita dū legim solū verū deum p̄rem:
nec filium a soli veri dei possumus separare:
qd ei cōmune cū p̄re est: Aut dicāt qd ali-
ud sentiāt: quid ve arbitrent: cū legim: Do-
minū deū tuū adorabis: et illi soli seruiēs:
vtrū x̄pm nō adorādū: et ch̄sto nō estimēt
seruiendū? Q̄ si illa que adorauit euz cha-
nanea impetrare meruit: qd poposcit: Et
paulus ap̄s seruū se ch̄sti prima scriptoz
suozū p̄fatione p̄fetur: apostolus eē me-
ruit: nō ab hominibus neq; per hominē: s̄ p̄
iesum ch̄stū: dicāt qd arbitrent sequēdū:
vtrum euz arrio malint sibi societatem esse
perfidie: vt solum et verum deum ch̄stum
negādo ostendāt: q̄ nec adorādū deū: nec
seruiendū ei iudicēt: An vero cōsortiū ma-
lint habere cum paulo: q̄ seruiēdo atq; ado-
rādo etiā ch̄stum: vtiq; solū verū deum
voce affectuq; nō diffidebatur que pio ser-
uicio fatebatur.

De solutione obiectionis qua ar-
gui potest inequalitas patris et fi-
lij ex hoc q̄ filius deum patrē ado-
rare legit. De solutiōe quoq; atq;
confutatione obiectionis arriano-
rum qua probare conatur dissimi-
litudinem patris et filij ex respōsi-
one eiusdem filij data ad ea que ma-
ter filiorum zebedei postulabat.
Ca. III.

Quod si quis dicat: Quis deū patrē
adorat et filius: q̄ scriptū est: Vos
adoratis qd nescitis: nos adoramus
qd scim: cōsideret qm et apud quē et cui sus-
cepto loquat affectu. Deniq; et in sup̄iori-
bus nō imerito p̄missū ē: q̄ iesus fatigatus
ex itinere sedebat et a samaritana bibere po-
stulabat: q̄ sc̄m carnē hois loquebat. Nā
secūdm diuinitatē nec fatigari poterat nec
sistere. Deinde samaritana quasi iudcum
appellaret: et prophetaz putaret: quasi iude-
us qui spiritalit̄ mysteria legis doceret: re-
spōdit dicens: Vos adoratis qd nescit: nos
adoramus qd scimus. Et vt ostēderet q̄ se-
cūdm incarnationē respōderat: addidit:
Q̄ salus ex iudeis est. Sed statim post hoc
sequestrauit hois affectu: dicens: Veniet
inqt hora et nūc est: quādo veri adoratores
adorabūt p̄rem. Nō dixit adorabim. Qd
vtiq; dixisset si p̄ortū nr̄i subiret obsequij.

Job. 8.

Abi. 3.

1. Cor. 8.

Matth. 4.

Matth.

Job. 4.

Terum cum legerimus: q̄ Maria adora-
 uit eum: intelligere debemus q̄ non potest
 per eandem naturā ⁊ adorare quasi seruus:
 et adorari quasi dominus: sed potius q̄ vt
 homo inter homines adorare dicitur: ⁊ qua-
 si dominus ⁊ filius adoratur. Multa er-
 go secundum incarnationis legimus ⁊ credi-
 mus sacramentū. Sed in ip̄a naturē huma-
 nē affectione: maiestatem licet spectare di-
 uinam. **Job. 4.** Fatigatur ex itinere iesus: vt res-
 ciat fatigatos. Petit bibere: sitientibus po-
 tum spiritalē daturus. Esurit: cibos esuriē-
 tib⁹ salutis traditur⁹: moritur viuificatur⁹:
 sepelitur resurrecturus. Tremulo pendet in
 ligno: cōfirmaturus tremētes. Lelum cali-
 gine obducit: vt illumiet. Terras tremefa-
 cit: vt solidet. Maria cōturbat: vt mitiget.
 Referat tumulos mortuorum: vt ostendat
 domicilia esse viuorum. Creatur ex virgine:
 vt ex deo natus esse credatur. Mescire se si-
 mulat: vt scire faciat nescientes. Adorare q̄
 si iudeus dicit: vt quasi verus dei fili⁹ ado-
 retur. Quomodo inquirunt filius dei: sol⁹
 verus deus potest esse similis patri: cuz ip̄e
 dixerit filiis zebedei: Calicem quidē meum
 bibetis: sedere autez ad dexteram meā vel
 ad sinistram non est meū dare vobis: s̄ qui-
 bus paratū est a patre meo. Hoc igitur ve-
 strē differentie vt vultis nō equalitatis est
 argumētum: cū in eo magis venerari domi-
 ni clementiam: adorare gratiam deberetis:
 Si tamen virtutis atq̄ sapientie dei pfun-
 da secreta possētis aduertere. Considerate
 enim que cum filiis petat: mater ē vtiq̄: cui
 pro filiorū honore sollicitē imoderatior qui-
 dem sed tamē ignoscenda mensura vtorū
 est. Atq̄ mater gr̄ate lōgeua: studio religio-
 sa: solatio destituta: que tunc tēporis quan-
 do vel iuuanda vel alenda foret valide pro-
 lis auxilio: abesse sibi liberos patiebatur: ⁊
 voluptati sue: mercedē sequentium christū
 pretulerat filiorum. Qui prima voce voca-
 ti a domino: vt legim⁹: relictis retib⁹ et pa-
 tre sequi sunt euz. Hęc igitur studio mater-
 nē sedulitatis indulgentior: obsecrabat sal-
 uatores: dicens: Ut sedeāt hi duo filij mei:
 vnus ad dexteram tuam: ⁊ alius ad sinistra-
 tuā in regno tuo. Et si error pietatis: tamē
 error est. Nesciunt enī materna viscera pati-
 entiaz: ⁊ si voti auara: tamē venerabilis cu-
 piditas que non pecunie est auida sed gra-
 tię. Hęc inuerecunda petitio: que non sibi

sed liberis cōsulebat. Matrem cōsiderate:
 matrem cogitate. Sed nihil miruz si vilis
 vobis videt̄ circa filios affectus parentuz:
 quia etiā omnipotētis patris vilez putatis
 esse circa vnigenitū filium charitatē. Domi-
 nus celi atq̄ terraz verecundabatur (vt fm
 assūptionē carnis ⁊ virtutes animę loquar)
 verecundabat̄ inquam: et vt ipsius verbo
 vtar: confundebatur: matri pro filiis postu-
 lanti etiam sue sedis cōsortium denegare.
 Vos eterni dei filiū propriū: interdū p̄ mi-
 nisterio stare contenditis: interdū famula-
 toriū: hoc est: nō ex maiestatis vnitatis: s̄ et
 patris p̄ceptione vultis eius eē cōfessuz:
 ⁊ negatis hoc deo vero dei filio: qd̄ ille ho-
 minibus aperte noluit denegare. Cōsidera-
 bat enī matris dilectionem: que filioz mer-
 cede grandē solabat̄ senectam: ⁊ deside-
 riy fessa maternis: carissimoz pignoriū to-
 lerabat absentiam. Considerate etiam fe-
 minā: hoc est sexum fragilliorē: que domin⁹
 propria nōdum cōfirmauerat passione. Cō-
 siderate inquā euz illius primę mulieris hē-
 reditatē transfusam: in oēs imoderatē cupi-
 ditatis successionē labētez: quā domin⁹ ad-
 huc proprio sanguine non redemerat: non-
 dum inolitam affectib⁹ omnez imodici p̄tra-
 sas honoris appetētiā: suo xps cruore dilue-
 rat. Hereditario igit̄ mulier delinq̄bat erro-
 re. Et qd̄ mir⁹ si m̄ p̄ filioz suoz (qd̄ ē tole-
 rabili⁹ q̄ si ipsi) quando etiā apostoli ip̄i in-
 ter se: sicut legimus: de sui p̄elatione certa-
 bant? Non debuit igitur medicus omniū
 destitutam matrem: ⁊ egram adhuc mentē
 pudoris conuitio sauciare: ne postulato si-
 bi superius denegato quasi imoderatē pe-
 titiōis damnata: mereret. Deniq̄ domin⁹
 qui honorandam sciret esse pietatē: nō mu-
 lieri sed filiis eius respondit dicens: **Abi. 3.**
 Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sū.
 Dicentibus autē illis: Possumus. At illis
 iesus: Calicem quidem meum bibetis: se-
 dere autem ad dexterā meam v̄ ad sinistra-
 non est meum dare vobis: sed quibus pa-
 ratuz est a patre meo. ⁊ patiens ⁊ clemens
 dominus: q̄ alta sapiētia ⁊ bona charitas.
 Volens enī ostendere q̄ non perfunctoriā
 rem aliquam discipuli postularent: s̄ etiam
 quā ipetrare nō possent: p̄rogatiuz eius
 paternę honorificentie reseruauit: non me-
 tuens ne quid iuri proprio derogaret: qui
 nō rapinā arbitrat⁹ est eē se equalem deo: **Abi. 2.**

Job. 13. similes diligēs discipulos: quō sic habes: Et sic
 in finem dilexit eos. Noluit his quos dili-
 geret videri quō peterent denegasse sanctū et
 bonus dominus: quō mallet aliquid dissimu-
 1. Cor. 13. lare de ture quā de charitate deponere. Cha-
 ritas enim patens ē: benigna est: Nō emu-
 latur: nō inflatur: nō querit: que sua sūt. De-
 niq; vt agnoscatis: nō infirmitatis s; indul-
 Marc. 10. gentiē esse quō dixit: Non est meū dare vo-
 bis: vbi sine matre filij zebedei rogant: ni-
 hil de patre dixit. Sic enim habes: Nō est
 meū dare vobis: sed quibus paratum est:
 Ita marcus euangelista posuit. Ubi vero
 mater pro filiis rogar: hoc est sicut mattheū:
 Matth. 20. Nō ē inquit meū dare vobis: s; quib; patū ē a
 patre meo. Hic addidit: a patre meo: quā maiore
 indulgentiā maternā posebat affectū. Et si
 putat: dicēdo quibus paratū est a patre meo:
 et aut patri plus tribuit: aut sibi aliquid ir-
 rogauit: dicat vtrum et illic putent patri ali-
 quid derogatum: quia dixit in euāgelio fili-
 Job. 5. us de patre: Pater nō iudicat quēquā: Nō si sa-
 crilegum putamus dicere quō pater ita iudi-
 cium derulit filio: vt ipse nō habeat: Habet
 enim nec potest amittere quō habet natura-
 liter diuina maiestas: sacrilegum vtiq; esti-
 mare debemus: quō nō potest filius dare quē-
 quā: quō aut hoies mereri possunt: aut que-
 ris accipere creatura: presertim cū ipse dix-
 Job. 14. rit: Ego ad patrem vado: et quocūq; ab eo
 petieritis in nomine meo: hoc faciā. Si enim
 quō pater dare potest: filius nō potest: men-
 tita est ergo veritas. Nō enim potest facere
 quicquā quō in nomine eius pater fuerit ob-
 secratus. Nec enim ideo dixit: Quib; para-
 tum est a patre meo: vt tantūmodo a patre
 poscant. Nam omnia quēquā a patre fue-
 rint postulata se donare memorauit. Deni-
 q; nō dixit: Quocūq; a me petieritis hoc fa-
 ciam: sed quocūq; ab eo petieritis in nomi-
 ne meo: hoc faciā. Quero nūc: vtrum pos-
 sibile aliquid humanę cōditioni aut alicui
 creature: aut impossibile putent a zebedei
 piuge et filijs postulatū. Si possibile: quo-
 modo ad sinistram suam vel ad dexterā im-
 pertiendē apostoli sedis nō habuit potesta-
 tem qui omnia fecit esse cum nō erant: Aut
 quomodo non poterat iudicare de meritis
 hominū: cui pater dedit omne iudiciū: No-
 tum est quēadmodū dedit. Nā quomo-
 do quasi indigens accepit filius qui oīa cre-
 auit ex nihilo: quoz igitur naturas fecerat

eorum iudiciū nō habeat: dedit aut filio pa-
 ter omne iudiciū: vt omnes inquit hono-
 rificēt filius sicut honorificant patrem. Nō
 igitur potentia filij sed cognitio nostra pro-
 ficat. Neq; aliquid ad substantiā eius acce-
 dit: sed ad nostram vtilitatē quā a nobis cog-
 noscitur: vt cognoscendo dei filius: vitā ha-
 beamus eternam. Cum aut in cognitiōe fi-
 lij dei honor illius noster: nō illius sit pro-
 fectus: si quis putat quō dei virtus illo hono-
 nore cumulatur: necesse etiam deum patre
 credat posse cumulari: quod et ipse per cog-
 gnitionem nostrā clarificatur sicut filius: In-
 tra quō scriptū est: dicente filio: Ego te clari-
 Job. 17. ficauī super terrā. Ergo si possibile aliquid
 erat quō petebat: in potestate vtiq; filij fuit.
 Sed tamē ostēdant qui possibile putāt: quō
 de hoibus aut ceteris creaturis: aut ad dex-
 teram aut ad sinistram dei sedeat. Pater enim
 dicit filio: Sede ad dexteram meam. Itaq;
 si quis ad dexteram filio seder: inter ipsum
 vtiq; et patrem: vt humano vsu loquamur:
 filius medius reperitur. Nō ergo possibile
 homini aliquid petebat sed noluit dicere:
 cum homines secum sedere nō possent. Si-
 quidem diuinam suaz gloriā celare priusq;
 resurgeret nō diuulgare cupiebat. Nam cū
 supra inter famulos suos moysen et heliam
 apparuisset in gloria: monuerat discipulos
 ne cui dicerēt quō vidissent. Itaq; si possibi-
 le nō hominibus erat vel creaturis ceteris
 hoc mereri: nō debet videri filius min⁹ pos-
 se quō nō dedit apostolis: quō nec pat̄ homi-
 nibus vel creaturā dedit. Aut dicat cui hor-
 rum dederat pater: Nō vtiq; angelis: de quibus
 Apoc. 7. scriptura dicit: Quos angelī stabant
 in circumitu sedis. Deniq; et gabriel se stare
 Luc. 11. dixit: sicut habes: Ego suz gabriel qui asto
 ante deum: nō ergo angelis: nō seniorib; quō
 adorant sedentem. Illi enim nō supra sedē
 maiestatis sedent: sed vt dixit scriptura: in
 circumitu sedis. Sedes enim alię viginti et quat-
 tuor sunt: vt habes in apocalypsi iohānis:
 Et supra sedem viginti quattuor seniores
 Apoc. 4. sedentes. In euāgelio quoq; ipse domi-
 nus dicit: Cum sederit filius hominis in se-
 de maiestatis suę: sedebitis et ipsi super se-
 des duodecim iudicantes duodecim tribus
 Mat. 19. israel. Nō ergo sedis suę dixit apostolis da-
 ri posse consortium: sed alias illas sedes eē
 duodecim: quas tamē nō corporali conses-
 su: sed p̄ successu spiritalis gratiē estimare.

Debemus. Denique in libro regnorum dicit
 3. Reg. 22. Micheas propheta: *Uidi dominum deum
 israel sedentem super thronum suum: et om-
 nis militia celi stabat circa eum ad dextraz
 eius et ad sinistram: Quomodo igitur sta-
 tibus angelis ad dextram vel ad sinistram
 domini dei: stante omni militia celi: sedebunt
 homines ad dextram dei vel ad sinistram:
 quibus pro virtutibus premia angelorum
 similitudo promittitur: sicut dominus dicit:*
 Matth. 22. *Erit sicut angeli in celo? Sicut angeli in qd:
 non plus q̄ angeli. Si ergo nihil plus de-
 dit pater q̄ filius: nihil utiq; minus dedit fi-
 lius q̄ pater: nihil igitur minus filius potest
 q̄ pater. Posito tamen possibili impetratu
 hoib' qd' posceret. Quid est q' ait: Sedere
 aut ad dexteram meam vel ad sinistram: non est
 meum dare vobis? Quid est meum? Supra
 Matth. 20. dixit: *Calicem quidem meum bibetis: et in-
 fra posuit: non est meum dare vobis: et su-
 pra meum: et infra meum dixit: non immu-
 tavit. Ergo superiora docent propter quod
 dixerit. Rogatus enim a muliere quasi ho-
 mo: ut ad dextram vel ad sinistram suam fi-
 lios eius sedere pateretur: q' illa quasi ho-
 minem rogauerat: et dominus quasi tantu-
 modo homo de sua passione respondit: Po-
 testis bibere calicem quem ego bibiturus
 sum. Itaq; q' fm carnem d' passione sui cor-
 poris loquebatur: demonstrare voluit: q' fm
 carnem subeunde passionis nobis exemplum
 ac similitudinem dereliqueret: fm huma-
 nam autem conditionem sedis supernę co-
 sortia non donaret. Hoc enim qd' dixit: non
 est meum: Sicut alibi: *Ab ea doctrina non est
 mea: non est enim inquit fm carnem meaz:
 q' que diuina sunt: non sicut carnis eloquia.
 Indulgentiam autem suam circa discipulos
 quos diligeret: que expresse reuelauit pre-
 mittens: *Calicem quidem meum bibetis. Item
 q' non debebat id dare qd' petierant: aliud
 proposuit ut p̄us commemoraret quid his tri-
 bueret: q̄ quid negaret: quo magis equita-
 tem sibi petitionis q̄ studium dominicę li-
 bertatis intelligeret defuisse. Calicem qui-
 dem meum bibetis: hoc est: passionem qui-
 dem que carnis mee est non negabo. Qd' em
 humane assumptionis habeo: potestis imi-
 tari: donavi vobis victoriam passionis: he-
 reditatem crucis: sedere autem ad dextraz
 meam vel sinistram: non est meum dare vo-
 bis. Non dixit: non est meum dare: sed non****

est meum dare vobis: hoc est: non sibi pote-
 statem deesse asserens: sed meritum creato-
 ris. Accipe aliter: *Non est meum dare vo-
 bis. Quid est: non est meum: qui veni humi-
 litatem docere: non est meum: qui veni non
 ministrari sed ministrare: non est meum: qui
 iusticiam seruo: non gratiam? Denique ad pa-
 trem referens addidit: *Quibus paratus est:
 ut ostenderent patrem quod non petitioni-
 bus deferre solere: non meritis: q' deus per-
 sonarum acceptor: non est. Unde et apostolus
 ait: *Quos presciuit et predestinauit. Iure
 igitur reprehenditur mulier: que et impossi-
 bilia et speciali quodam privilegio ab eo do-
 mino postulauit: q' ea que sacris iudicauit
 esse donanda: non duob' apostolis sed om-
 nibus discipulis: etiam sine cuiusq; precati-
 one: voluntaria sui largitate protulerit: sicut
 scriptum est: *Duodecim vos sedebitis sup
 sedes iudicantes duodecim tribus israel. Er-
 go etiam si possibile putemus postulatum
 fuisse: calumnie locus non est: tamen cum le-
 gerim seraphin stare: quomodo possum q'
 homines ad dextram vel sinistram filio dei se-
 deant arbitrari? Supra cherubin dominus se-
 det: sicut habes: *Qui sedes super cherubin
 appare: Quomodo apostoli super cherubin
 sedebunt? Et hoc tamen colligo non ex meo
 ingenio: sed ex dominicę voce oraculo. Ipse
 enim dominus in posterioribus apostolos
 commendans: patri ait: *Pater quos dedisti
 mihi: volo ut vbi ego sum: et illi sint mecum:
 Et si iudicasset q' diuinam sedem pater
 hominibus daret: dixisset: *Volo vbi ego se-
 deo et illi sedeant mecum. Sed volo inquit
 ut sint mecum: non sedeant mecum: et vbi
 ego: non quomodo ego. Deinde sequitur:
*Ut videant claritatem meam: non ut habe-
 ant: sed ut videant. Seruus enim videt: do-
 minus possidet: Sicut et dauid docuit dicere:
*Ut videam voluntatem domini: Et ipse do-
 minus in euangelio reuelauit dicens: *Beati
 mundo corde: Ipsi enim deum videbunt.
 Videbunt inquit: non super cherubin cum deo
 sedebunt. Desinant ergo viliora fm diui-
 nitatem estimare d' dei filio: ne viliora quod
 de patre estiment. Qui enim male credi-
 derit de dei filio: non potest bene sentire de
 patre. De patre qui male crediderit: et d' spi-
 ritu: non potest bene sentire de filio. Eorum
 enim vna dignitas: vna gloria: vna chari-
 tas: vna maiestas est. In comune derogat**********

Act. 10.

Ro. 8.

Matth. 19.

Ps. 79.

Job. 17.

Abi. 5.

Ps. 26.

Matth. 5.

quicquid in aliquo putaueris derogandū.
 Fā em̄ non erit plenitudo quā discernas et
 diuidas in aliquas portiones.

De redargutione eorum qui vni-
 tatem in diuinitate negare cupien-
 tes: extenuare student patris et fi-
 lij charitatem ex hoc qđ scriptū est:
 Et dilexisti eos sicut et me dilexisti.
 Quomodo etiam intelligendū sit
 qđ filius missus dicitur: et quemad-
 modum dominum dicat: quem pa-
 trem nouit: cum diuersorum here-
 ticozum cōdemnatione qui ex fal-
 sa superiorū intelligentia erraue-
 runt: Ca. iiii.

Existunt tamen imperator auguste
 e qui in hac diuinitate vnitatem sub-
 stantię negare cupientes: extenua-
 re studeant patris et filij charitatem: quia
 Job. 17. scriptum est: Et dilexisti eos: sicut et me dile-
 xisti. Quod cum dicunt: quid aliud agunt:
 nisi inter dei filium et homines equalitatez
 quandam comparationis inducunt: Nun-
 quid sic diligi possunt a deo homines quę
 admodum filius: in quo complacuit pater?
 Ille per se complacet: nos per ipsum. In q̄-
 bus enim deus filium suum ad imaginem
 suaz cernit: eos per filium suum afficit in
 gratiam filiozum: vt quemadmodum p̄ ima-
 ginem ad imaginem sumus: sic per genera-
 tionem filij in adoptionez vocemur. Ali-
 igitur nature amor sempiternus: alius gra-
 tię. Aut si ex verbis faciunt quęstionē: qđ
 scriptuz est: Et dilexisti eos sicut me dilexi-
 sti: et comparationem factam putant. Ergo
 Luc. 6. et illud in comparatiōe dictum putat: Estote
 ergo misericordes sicut et pater vester qui
 Mat. 5. in cęlis est. Et alibi: Estote perfecti: sicut et
 pater me⁹ qđ in cęlis est pfectus est: Quia il-
 le s̄m plenitudinem maiestatis suę perfect⁹
 est: Nos autem perfecti s̄m virtutis accidē-
 tis profectum. Sic etiam filius diligit a pa-
 tre: s̄m semper manentis plenitudinez cha-
 ritatē: In nobis autem charitatem dei: vir-
 tutis emeretur pfectus. Vides igit̄ quaz
 gratiam deus dederit hominibus: et tu pa-
 tris et filij vis dissoluere naturalem et indiui-
 duam charitatē: et tu verba adhuc discutis:
 vbi vnitatem maiestati aduertis. Video
 totum hunc locum: ex cuius affectu loqua-
 tur. Habes enim dicentē ipsum: Clarifica
 me pater claritate eq̄. quam habui priusq̄

mūduſ esset apud te: et tamen vt scires ma-
 gnum deum et salutarem: et omnipotentem
 dei filium: iudiciū suę maiestatis admiscuit
 dicēdo: Et mea omnia tua sūt: et tua mea. Abi. 8.
 Omnia habet: et tu missum esse ad iniurias
 deriuas: qui s̄m carnem non accipis missū?
 Apostolus dixit: et ex verbo simplici p̄ciū-
 dicium struis: quo dicas inferiores a superi-
 oribus mitti solere. Quid ad illa respon-
 des: qđ fili⁹ ad homines missus ē? Num mi-
 nozem putas eum qui mittitur: eo videlicet
 a quo mittitur? Disce qđ et minor maiorem
 misit: et maiores ad minores missi sūt. Mā
 et tobiās raphael angelum misit. Et angel⁹
 ab balaam missus ē: et dei filius ad iudeos.
 Nunquid ergo minor etiam iudicis dei fili-
 us ad quos mittebatur? De ipso enim scri-
 ptum est: Nouissime autem misit eis filium
 suum vnicū. Et vide qđ ante seruos: post
 ea filium nominauit: vt scias qđ dei fili⁹ vni-
 genitus s̄m diuinitatis potentiam: nec no-
 men habet: nec consortium cōmune cuz ser-
 uis: reuerendus mittitur: non cum famulis
 reuerēdus. Et bene addidit: meum: vt non
 vnus de multis: nec degeneris nature: aut
 minoris alicuius potestatis: sed verus a ve-
 ro: paternę imago venisse substantię crede-
 retur: Esto tñ: minor sit qui mittit eo a quo
 mittitur: ergo et pilatus minor christus: quo-
 niam pilatus misit eum ad herodez. Sz p̄-
 iudicat potestati scriptura: quę missus a pa-
 tre dicit: missum dicit a p̄side. Unde si so-
 bie de dei filio quę digna sunt opinemur:
 ideo missum intelligere debemus: qđ ex il-
 lo incomprehensibili inenarrabiliq̄ secreto
 maiestatis profunde: dedit se comprehen-
 dendum pro captu nostro: mentibus nostris
 dei verbum: non solum cum se exinaniret:
 sed etiam cum habitaret in nobis: sicut scri-
 ptum est: Quoniā inhabitabo in illis. De-
 Luc. 26. 2. Cor. 6. Gen. 11.
 niq̄ et alibi habes qđ de⁹ dixit: Venite de-
 scendamus et confundamus linguas eozū.
 Non enim deus d loco aliquando decidit:
 qui ait: Ego cęlum et terram compleo: s̄ di-
 Hier. 23.
 co descendere videtur: si nostros dei verbū
 penetret affectus: sicut dixit propheta: Pa-
 rate viam dom̄o: rectas facite semitas ei⁹:
 Esā. 40.
 vt quemadmodum ipse promisit veniens
 cum patre: apud nos faciat māsionē. Eui-
 dens ē igitur quomodo veniat. Unde et
 euidentis est quomodo dominum dicat: quę
 patrē nouit. Ait enim: Confiteor tibi pater. Mat. 11

domine celi et terre. Ante patrem dixit sapientia suum: postea creaturam dominum nuncupauit. Itaque dominatum non esse ubi vera progenies est: ipse dominus ostendit in euangelio suo dicens: Quid vobis videtur de christo: cuius filius est? Dicit ei: Dauid. At illis iesus: Quomodo ergo dauid in spiritu vocat eum dominum dicitur: Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis? Et addidit: Si ergo dauid in spiritu vocat eum dominum: quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum. Quod caute propter arrianos etiam in hoc testimonio dominus fidei prosperit. Non enim dixit: Vocat eum spiritus dominus: sed quod dauid dixit in spiritu: ut cuius secundum carnem filius est dauid scilicet: eius etiam secundum diuinitatem et dominus et deus crederetur. Videtur igitur quod nomen pietatis et domini secretum est. Et bene dominus suorum quidem patrem: celi autem et terre dominum predicauit: ut tu cum legis et patrem et dominum: intelligas patrem filii: et dominum creaturam. In alio prerogatiua nature est: in alio auctoritas potestatis. Formam enim serui accipiens: eo utique dominum vocat: quo seruientem suscepit: equalis in dei forma: seruus in corpore: seruit enim carnis: dominatur autem diuinitatis est. Unde et apostolus ait: Deus domini nostri iesu christi pater glorie: hoc est: dei assumptionis humane asserens: patrem autem glorie. Num enim duos filios habuit deus: christum et gloriam? Absurde. Ergo si vnus dei filius christus: utique christus est gloria. Quid autem ei derogas quod patris gloria est? Si ergo et filius gloria est: et pater gloria: quod pater glorie: non potest aliud esse quam gloria: non diuisio gloriarum: sed vna est gloria. Itaque ad proprietatem nature gloria refertur: dominatus ad suscepti corporis seruitutem. Si enim caro etiam iusti anime subdita est: sicut scriptum est: Lastigo corpus meum et seruituti redigo: quanto magis subiecta est diuinitati: de qua dicitur: Quoniam vniuersa seruiunt ei? Una autem questione et sabellianos et fotinianos et arrianos dominus exclusit. Nam cum dominum cum domino dicit: sabellius excluditur: qui eundem patrem vult esse quem filium. Excludit fotinus qui secundum carnem iudicat: quod dominus da-

uid regis non poterat esse: nisi qui deus est. Scriptum est enim: Dominum deum tuorum adorabis: et illi soli seruias. Nunquid contra legem propheta sentiret: qui sub lege regnaret? Excluditur arrius: quod filius sedere audit ad dextram patris: ut si ex vultu argumentetur humano: ipse se perimat et venenum sacrilege disputationis suae in se refundat: ut dum inequalitatem patris et filii ex consuetudine hominum interpretatur: in utroque a vero deuius: eum preferat cui derogat: confessurum priorem quem audit ad dextram. Excluditur etiam manicheus. Non enim negat esse se dauid filium secundum carnem: utpote qui clamantibus cecis: Iesu filii dauid miserere nobis: et delectatur est fide et sterit et curauit eos: Sed negat nos esse eternitatem: si dauid solius filius a perfidis nominetur. Nam filius est contra hebreionem. Filius dauid est contra manicheos. Filius dei est contra fotinum. Filius dauid est contra marcionem. Filius dei est contra paulum samosatenum. Filius dauid est contra valentinum. Filius dei est contra arrium atque sabellium gentilis erroris heredes. Dominus dauid est contra iudaeos. Qui dei filium in carne cernentes: homines tantummodo impio furore credebant. Sed ecclesiastica fide et dei patris et dauid idem vnus atque idem filius. Quod in carnationis dei mysterium vniuersae salutis est creaturam: secundum quod scriptum est: Ut sine deo per omnibus gustaret mortem: Id est: quod creatura omnis sine passione aliqua diuinitatis: dominici sanguinis redimenda sit precio: sicut habes: Dis creatura liberabitur a seruitute corruptionis. Aliud est igitur secundum diuinam substantiam: aliud secundum susceptionem carnis filium nominari. Nam et secundum generationem diuinam: deo patri equalis est filius: et secundum susceptionem corporis deo patri seruus est. Quod formam serui inquit accepit: vnus tamen atque idem est filius. Contra autem sancto patriarche dauid secundum gloriam suam dominus est: secundum corporalis successionis seriem filius est: non desiciens a se: sed nostrae sibi adoptionis gratia acquirens. Non solum ex genere dauid seruus est: sed etiam ex nomine: sicut habes: Inueni dauid seruum meum. Seruus est in quo vnctus est. Seruus est in quo factificatus est. Seruus est in quo creat

Matth. 22

Ps. 109

Matth. 20

Heb. 2

Ro. 8

1. Cor. 9

Ps. 118

Ps. 88

est. Et vt de compendio dicam: seru⁹ est in quo matrem habet: sicut scriptum est: **Ps. 115.** *Domine ego seruus tuus: et filius ancille tue.* Nam s^m diuinā generationē: non matrem habet: sed patres: nec corporalis est v^{er}tris fructus: sed sempiterna dei virtus. Ergo etiam cum legimus quod dixit dominus: **Tempus meum nondū impletū est:** Et: **Adhuc modicum temp⁹ vobiscum sum:** Et vado ad eum qui me misit: **Et clarificat⁹ est filius hominis:** ad incarnationis sacramentū referre debem⁹. Cum autē legimus: **Et deus clarificatus est in eo:** Et deus clarificauit eū: quid ibi est questionis: vbi et fili⁹ clarificatur a patre: et pater clarificatur a filio? Deniq^{ue} vt fidem vnitatis aperiret: etiam spiritu clarificandum esse dixit: sicut habes: **Ille de meo accipiet et clarificabit me.** Clarificat ergo dei filium etiam spiritus sanct⁹. **Quo modo igitur ipse dixit: Si ego clarificauero meipsum: claritas mea nihil est:** Ergo nihil claritas filij. Sacriligū est dicere nisi referas ad carnem: q^{od} ex persona hominis filius loquebatur: eo q^{od} comparatiōe diuinitatis nulla ē carnis claritas. Desinant igitur impie obijcere: q^{od} in suā perfidiam retorquetur. Scriptū est enī: **Non nego: Nūc clarificatus est fili⁹ hominis.** Sed videāt q^{od} subiectum sit: Clarificat⁹ est filius hominis. Videāt etiam q^{od} sequatur: **Et deus clarificat⁹ ē in eo.** Ego excusationem habeo de filio hominis. Ille de patre nō habet: q^{ia} pater non suscepit carnem: excusationem habeo: non vtor: ille nō habet et calumniatur. Aut simpliciter me patiat^{ur} itelligere: aut ad carnem referre quę carnis sunt: pia mens quę legitur s^m carnem diuinitatemq^{ue} distinguit: Sacriliga confundit et ad diuinitatis retorquet iniuriā: quicquid s^m humilitatem carnis est dictum.

De confutatione arrianoz qui ideo aliam patris: aliaz filij: alia spiritus sancti dicunt esse potestatem: quia scriptum sit: **Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti:** ex verborum ordine differentiam diuine potestatis facientes. Qui p^{ro}pterea idcirco negāt in christū esse credendū q^{ia} scriptum

sit: **Qui credit in me: non credit in me: sed in eū q^{ui} me misit.** Ca. V.

Quid q^{ui} etiā more iudaico falsi et impudentes interpretes arriani: verborū sunt diuinorum: dicētes: vsq^{ue} adeo aliam patris: aliam filij: aliam spiritus sancti esse potestatem: vt scriptus sit: **Ite docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti:** et ex verborum ordine differentiam diuine faciunt potestatis? Ego autem hoc hoc ipsum testimoniū in superiorib⁹ libris pro vnitatis asseruerim maiestatis ac nominis: tamen si hic faciunt questionem: possum testimonijs asserere scripturarū: in plerisq^{ue} locis prius filium nominatum: postea patre dictum. Nūquid igitur filij sanctificatio ante p^{re}missa est: verborū vt arriani volūt p^{re}iudicio: pater secundus a filio est? Absit in quā absit. Nec scit hūc ordinē fides: nescit discretum patris et filij honorem. Nō legi: nō audiui: nec aliquē in deo inuenio gradū. Nusq^{ue} secundū nusq^{ue} tertium deum legi: primū legi: primū ac solū audiui. Si ordinis exigimus superstitionē: nec ad dexterā patris sedere filius debet: nec primū se et principium debuit dicere. Male ergo euangelista q^{ui} prius a v^{er}bo q^{ui} a deo cepit dicens: **In principio erat verbum: et verbū erat apud deum.** Etenim iuxta humani ritus ordinem prius patre debuit nominare. Nesciunt etiam apostolus ordinem qui ait: **Paul⁹ seruus christi iesu vocatus apostolus: segregat⁹ in euangelio dei.** Et alibi: **Gratia domini nostri iesu christi: et charitas dei: et cōmunicatio spiritus sancti.** Si verborū sequamur ordinem: in p^{ri}mo filium posuit in secūdo patrem. Sed verborum ordo sepe mutatur: et ideo non debes vel de ordine vel de gradu: patri deo et filio ei⁹ facere questionem: cum s^m diuinitatem diuisio nulla sit vnitatis. Ad extremū vt christianos se non esse manifestent: negāt in christum esse credendum: dicentes scriptū esse: **Qui in me credit: nō credit in me: sed in eum qui me misit.** Hāc ergo expectabam confessionem: quid me quibusdā ambagibus ludebatis: sciam mihi aduersū gentiles esse contentionē: sed cōuertuntur: vos non cōuertimini. Illi se credant: saluum est sacramentū: vos perdidistis

De Fide

Liber V

Abi. 5. acceptum: Et ne cceptū fortasse sed factum: Scriptum est: inquit: Qui in me credit: non in me credit: sed in eum qui me misit.

Sed videte quid sequat: et videte sic quē admodum se dei filius vult videri. Sequitur enim: Et qui videt me: videt eū qui me misit: hoc est: quod pater videtur in filio. Expo- sivit igitur id quod ante p̄misit: Quia cre- dit in filium: qui constitetur et patrem. Nam qui filium nescit: nec patrem nouit. Omnis enim qui negat filium: nec patrem habet. Qui constitetur filium: et filium et patrem ha- bet. Quid est ergo: Nō credit in me? Nō in id quod corporaliter cernitis: non in homi- nem tantūmodo quem videtis. Non enim in hominē tantūmodo credēdum asseruit: vt credas quod iesus christus: ipse est et dei fi- lius et homo. Propter quod et vtrūq; ait: A meipso non veni. Et alibi: Ego sum princi- pium qui et loquor vobis. Quasi homo a se non venit. Quasi dei filius non ex homi- ne principium habet. Sed sum inquit ipse principium qui loquor vobis. Neq; huma- na sed diuina sūt quę locutus sum. Neq; enim fas est credere: quod negauerit in se esse credendū: cum ipse dixerit: Ut omnis qui credit in me: in tenebris nō maneat. Et ali- bi: Hęc est enim volūtas patris mei qui me misit: vt omnis qui videt filium et credit in eum: habeat vitam eternam. Et alibi: Cre- dite in deum et in me credite. Nemo ergo filium sine patre accipiat: quod filius legim⁹. Habet patrem filius: sed non temporalem: non ex passione: non ex conceptione: nō ex gratia. Generationem legi: non legi conce- ptionē. Et pater dicit: Veni: non dicit cre- aui. Et filius non creatorem suum deus s̄m eternitatem diuine generationis: sed patrē nominat. Sz quoq; nūc ex persona homi- nis: nunc in dei maiestate significat: Nunc vnitate sibi diuinitatis: cum deo patre ven- dicās: Nūc fragilitatem humanę carnis as- sumens: Nunc doctrinam suam non habe- re: Nunc voluntatem suam se non querere: Nunc testimonium suum verum non esse: Nunc verum esse significās. Nā ipse dixit: Si ego testimonium perhibeo de meipso: testimonium meum non est verum. Et ipse in posterioribus ait: Et si ego testimonium perhibeo de me: verum est testimoniū me- um. Quomodo igitur nō est verum testi- monium tuum domine iesu: cui qui credit:

in cruce lz positus: et inter confessi sceleris supplicio constitutus: merita latronis exiit: premia innocentis meruit? Deceptus est ergo paulus: qui ideo recepit oculos: quod cre- didit: quos amiserat anteq̄ crederet? Er- rauerit ne etiam iesus nauē: qui ducem mili- tię celestis agnouit: s̄ postea q̄ credidit sta- tim vicit: dignus qui fidei p̄glio triumpharet? Deniq; nō gratas acies in bella produ- xit: nec ariete ceterisq; tormentorum machi- nis: sed tubarum septem sacerdotium so- no: mirorum hostilium septa deposuit. Ita bellum imane consecit tubę clangor: et insu- la sacerdotis. Vidit hoc meretrix: et quę in excidio ciuitatē remedia desperaret salu- tis: quod fides vicerat: signa fidei atq; vetilla dominicę passionis attollens: coccum in se- nestra ligauit: vt species cruoris mystici q̄ foret mundi redemptura vernaret. Ita foris iesus nomen fuit p̄glantib⁹ ad victo- riam: intus species dominicę passionis pe- riclitantibus ad salutem. Unde quod intellexit raab celeste mysteriū: dicit dominus in psalmo: Ademor ero raab et babylonis scie- tibus me. Quomodo ergo non est veruz testimonium tuum domine: nisi s̄m fragili- tatem hominum? Omnis enī homo mēdat. Deniq; vt s̄m hominem dixisse se demon- straret: ait: Qui misit me pater: ipse testi- monium perhibet de me. Verū autem est testimonium s̄m diuinitatez: sicut ipse ait: Et verum est testimonium meum: quia scio vnde venio: aut quo vado: vos autem ne- scitis vnde venio et quo vado: vos s̄m car- nem iudicatis. Non ergo s̄m diuinitatez sed s̄m hominem iudicāt: qui putāt christo- testificandi scientiam defuisse. Ergo cū au- dis: Qui credit in me: non credit in me: Et qui misit me pater ipse mihi mandatum de- dit: didicisti quo id putes esse referendum. Deniq; mandatum quod esset ostendit di- cens: Pono animam meam: et iterum su- mam eam. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a meipso. Videt ideo dictū: vt ostenderet sibi ponendę ac resumendę ani- mę potestatem: sicut ipse dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam: et potesta- tem habeo iterum sumendi eam. Hoc man- datum accepi a patre meo. Siue igitur mā datū: siue vt aliqui latini habent p̄ceptū: non vtiq; s̄m diuinitatem: sed s̄m incarna- tionē dat: ad subeundę victoriā passiois.

Quod non debeamus deducere filium in hanc humilitatem: ut nisi quod audierit: facere aut loqui nesciat: cuius arrianorum confutatione. Et vnde maxime unitatem diuine maiestatis intelligere possimus. Quibus etiam rationibus dei filius creatura dici non possit. Ca. vi.

Aud vero in hanc humilitatem dei filium deducemus: ut nisi quod audierit facere aut loqui nesciat: et scriptam agendi loquendique ei putem? eam mensuram: quia scriptum est: Ex meipso non sum locutus. Et infra: Sicut dixit mihi pater ita loquor: sed ad obedientiam carnis: ut ad fidem unitatis ista referatur. Plerique etiam doctiores et audire filium et dicere aliquid filio patrem accipiunt per unitatem nature. Quod enim per unitatem voluntatis nouit filius patrem velle videtur audisse. Unde non officium corporale: sed arbitrium indefectibile cooperationis declaratur. Necque enim verborum hic aliquod significat auditum: sed unitatem voluntatis atque virtutis: que et in patre est et in filio. Quam etiam et in spiritu sancto esse memorauit alio loco dicens: Non enim loquetur a semetipso: sed que audit loquitur: ut aduerteremus quod quicquid spiritus loquitur: loquitur et filius: et quicquid loquitur filius: loquitur et pater: quia vna sententia et operatio trinitatis. Sicut enim pater videtur in filio: non utique specie corporali: sed unitate diuinitatis: Ita etiam pater loquitur in filio: non temporali voce: nec corporali sono sed operis unitate. Denique cum dixisset: Et pater qui in me manet ipse loquitur: et opera que ego facio ipse facit: addidit: Credite mihi: quia ego in patre et pater in me est: Alioquin propter opera ipsa credite. Hic intelletus esse videtur secundum diuinarum seriem scripturarum. Arriani autem qui nolunt de deo estimare que digna sunt: vel apto suis meritis confutentur exemplo: ne totum carnaliter credant: cum ipsi patris sui diaboli opera incorporaliter videant. Sicut de eorum consortibus iudeis dominus declarauit dicens: Vos quod vidistis patrem vestrum facientem facitis: cum utique non quod diaboli operantem viderint: sed quod arbitraria eius fecerint arguantur: inuisibiliter in his secundum iniquitatem suam diabolo operante peccatum: hoc secundum apostolum propter insipientiam posuimus

perfidorum. Ceterum satis probatum est scripturarum exemplis: ad unitatem maiestatis pertinere diuine: quod et pater maneat in filio: et ea que loquitur filius a patre videatur audisse. Unitatem autem maiestatis quibus alijs possumus intelligere: quod quod eadem patri et filio deferuntur? Nam quid precelentius potest dici: quod quod apostolus dixit dominum maiestati crucifixum? Filius ergo est: et deus maiestatis: et dominus maiestatis: sed non creaturis subiecta maiestas: Non ergo creatura filius. Filius patris est imago substantie: Non ergo creatura filius. Omnis autem creatura dissimilis superne substantie: sed non dissimilis dei patris filius: Non ergo creatura filius. Filius non rapinam arbitrat? est esse se equalem deo: sed nulla creatura equalis deo: Equalis autem filius? Non ergo creatura dei filius. Omnis creatura mutabilis: sed non mutabilis dei filius? Non ergo creatura dei filius. Omnis creatura accidentia boni et mali recipit sue capacitatem nature: eademque decessionem sentit: Dei autem filio nihil potest ex eius diuinitate vel decedere vel accedere: Non ergo creatura dei filius. Omne opus suum adducet deus in iudicium: sed dei filius non adducitur in iudicium: quod ipse iudicat: Non ergo creatura dei filius. Postremo ut unitatem intelligas: de quibus dicens saluator: Nullus inquit rapit eas de manu mea. Pater quod dedit mihi maius omnibus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater vnum sumus. Sic viuificat filius ut pater. Sicut enim pater suscitatur mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Sic suscitatur filius ut pater. Sic conseruat filius ut pater. Qui non impar est gratia: quomodo impar est potestate? Sic etiam non perdit filius ut pater. Et ideo ne quis vel duos deos crederet: vel discretionem potestatis induceret: vnum se esse cum patre dixit. Id quemadmodum potest dicere creatura? Non ergo creatura dei filius est. Non ideo est regnare et seruire: christus autem et rex est et filius regis: Non ergo seruus est dei filius. Omnis autem creatura seruit: sed non seruit dei filius: qui ex seruis filios dei facit: Non ergo creatura dei filius. Diuine utique illarum parabolam induxit diuitis qui in regionem longinquam profectus est accipere regnum et reuerti: seipsum secundum substantiam diuinitatis

Ibid. 2.

Eccles. 12.

Job. 10.

Job. 5.

De Fide

Liber V

incorporationisq; describēs. Ipse enim di-
 ues fm plenitudinem diuinitatis: qui pro
 nobis pauper factus est: cū diues esset. Et
 rex eternus: et eterno rege progenitus: pere-
 gre profectus fm corporis susceptionem: qz
 vias hominis tanq; iter ingressus alienuz:
 in hunc mundū venit vt regnū sibi pararet
 ex nobis. Venit ergo iesus in hūc mūdū re-
 gnū accipere de nobis: qd ait: Regnū dei
 intra vos est. Hoc est regnū dei qd christus
 accepit: hoc ē qd patri tradidit. Nā quomō
 do regnū accepit: qui rex erat sempitern?
 Venit ergo filius hominis accipere regnū
 et reuerti. Noluerunt euz suscipere iudei: de
 quibus ait: Illi qui noluerunt me regnare
 super se: adducite et iterficate eos. Sequa-
 mur scripturarum ordinem. Ille qui venit
 regnum deo patri tradet: et cum tradiderit
 regnum tunc et ipse subiectus erit ei qui si-
 bi subiecit omnia: vt sit deus omnia in om-
 nibus: sicut filius hominis. Regnum acce-
 pit dei filius: vt filius vtiq; hominis etiam
 traditurus est qd accepit: Sicut fili^o homi-
 nis tradit: ergo et vt filius hominis subiecti-
 onem vtiq; per conditionem carnis: non p
 maiestatem diuinitatis agnosceret. Et tu
 ad contumeliam obijcis qz et subiecerit om-
 nia deus: cum audias qz regnum filius ho-
 minis deo tradat. Et vt in superioribus
 dixim^o libris leger: Nemo venit ad me nisi
 si pater attraxerit eū: et ego resuscitabo euz
 in nouissimo die: Si litteraz sequamur: vi-
 de magis atq; aduerte vnitatem honorifi-
 cētis: et pater subiecit filio: et filius patri tra-
 det. Dic qd sit amplius: trahere an resusci-
 tare? Nonne fm morem hominum: ministe-
 rium trahentis potestas est resuscitantis?
 Sed et filius ad patrē trahit: et pater ad fili-
 um trahit: et filius suscitatur et pater suscitatur.
 Facessant sacrilege cōmenta discretiōis:
 vbi vnitatis potestatis est. Tradat igitur
 patri regnum suum filius: non deperit chri-
 sto qd tradit: sed proficit. Nos sum^o regnū:
 et nobis dictū est: Regnū dei intra vos est.
 Et sumus regnū christi ante: postea patris:
 quia scriptum est: Nemo venit ad patrem
 nisi per me. Cum in via sum: christi sum: cū
 peruenero patris sum: sed vbiq; per christū
 et vbiq; sub christo. Bonum ē in regno chri-
 sti esse: vt christus nobiscū sit: sicut ipse ait:
 Ecce ego vobiscum sum vsq; ad cōsumati-
 onem mundi. Sed melius est esse cum chri-

Luc. 17.
 Luc. 19.
 1. Cor. 15.
 Job. 6.
 Job. 14.
 Marc. 28.

sto. Dissolui enim et cum christo esse mul-
 to melius: cum in hoc mundo sub peccato
 simus: christus nobiscum est: vt per vnus
 obedientiam iusti constituent multi. Et si
 peccata huius mundi euasero: incipiā esse
 cum christo. Deniq; ait: Veniam iterum
 et assumā vos ad me. Et infra: Volo vt vbi
 ego sum: et isti sint mecum. Ergo nūc sub re-
 gno christi sumus: dū in corpore versumur
 et nondū forma exuimur serui: quā ille cum
 se exinaniuisset accepit: cum vero gloriam
 eius viderimus quā habuit priusq; mūdus
 esset: erimus in regno dei: in quo patriarche
 sunt et prophete. De quibus scriptum est:
 Cum videritis abraam isaac et iacob: et om-
 nes prophetas in regno dei: vt iam plenio-
 re cognitiōe potiamur. Sed in filij regno
 et pater regnat: et in regno patris filij^o regnat:
 quia pater in filio: et in patre filius: et in quo
 habitat pater: habitat filius. Sicut ipse ait:
 Ego et pater veniemus: et apud eum mansi-
 onem faciemus. Ergo sicut vna domus: ita
 et vnum regnum. Eousq; autem vnum pa-
 tris et filij regnum est: vt qd filius tradit pa-
 ter accipiat: et qd pater accipit filij^o nō amit-
 tat. Ergo in vno regno vnitatis potestatis ē.
 Nemo igitur diuinitatem inter patrem fili-
 umq; secernat.
 Quemadmodū intelligere debe-
 amus filium esse subiectum patris
 cum hereticorum condemnatione.
 Quomodo etiam non solus deus
 pater filio: sed et filius ipse sibi sub-
 iecerit omnia. Et qua de causa fili-
 us subiectus sit in nobis. Quod ea-
 dem sit charitas dei patris et chri-
 sti. Quod preterea nihil sit qd diuini-
 tas sempiterna nō possit: nihil qd
 lateat veritatez: fallat iusticia: pre-
 tereat sapientia. Ca. VII.
 Quod si patri et filio vnus dei nomē
 et ius est: cum deus verus et sempi-
 ternus sit etiam dei filius: subiectū
 itaq; imperator auguste quemadmodū de-
 beamus accipere: consideremus. Quomo-
 do enim subiectus dei filius vt creatura va-
 nitati? Sed impium est de diuinitatis sub-
 stantia: tale aliquid estimare. An quēad-
 modum creatura omnis dei filio: qd eque
 scriptuz est: Omnia subieci sub pedibus
 eius: Sed non christus ipse sibi subiect^o est.
 An quemadmodum mulier viro: sicut le-

Job. 1.
 Ro. 5.
 Job. 14.
 Job. 17.
 Luc. 15.
 Job. 14.
 Ps. 8.

Ep̄. 5. *gim*: Mulieres viris suis subiectę sint: Et
 1. Timoth. 2. alibi: Mulier in silētio discat cū omni subie-
 ctione: Sed sacrilegū est: vel patri virū: vel
 dei filio mulierē cōparare. An quēadmodū
 1. Petri. 2. petrus dixit: Subiecti estote omni humane
 creature: Nec sic itaq; christus. Vel quem
 Ep̄. 5. admodū paulus scripsit: Patri et deo: subie-
 cti iuicē: in timore christi? Sed neq; in suo:
 neq; in alterius christi timore subiectus est
 filius: q; vn̄ est christus. Quorū verborum
 vim cōsiderate: q; patri subiecti sumus: dū
 etiam christū veremur. Quō ergo subie-
 ctum intelligim? Totū aplicum capituluz
 1. Cor. 15. recensēam: vt nihil videat fraude subtra-
 ctum: aut obreptiōe p̄strictum. Si in hac vi-
 ta tm̄ in christo sperātes sumus: miserabili-
 ores sum⁹ omnib⁹ hoib⁹. Nūc autē christus
 resurrexit a mortuis primitię dormientiū.
 Videtis qm̄ de resurrectiōe christi tractata
 est disputatio. Qm̄ sicut p vnū hoīem inqt
 mors: et p hoīem resurrectio mortuorū. Si-
 cut em̄ in adam om̄es moriunt: ita et in chri-
 sto om̄es viuificabunt: vnusquisq; autē in
 suo ordine: p̄mitiē christus: deinde hi q; sūt
 christi: q; in aduētū ei⁹ crediderūt: deinde fi-
 nis: cū tradiderit regnū deo et patri: cū eua-
 cuauerit omnē p̄ncipatū et ptātem et v̄tutē.
 Oportet em̄ illū regnare donec ponat oēs
 inimicos sub pedib⁹ ei⁹. Nouissime autem
 iūmica destruet mors. Om̄ia enim subiecit
 sub pedib⁹ ei⁹. Lū autē dicat: Oīa subiecta
 sūt ei: sine dubio p̄ter eum q; subiecit ei oīa.
 Lū autē subiecta illi fuerint oīa: tūc et ip̄e fili-
 us subiect⁹ erit illi q; sibi subiecit oīa: vt sit
 deus oīa in oībus. Qd etiam ad hebreos
 apostol⁹ dixit: Nūc autē nōdū videmus oīa
 illi esse subiecta: accipim⁹ aplicę seriē lectio-
 nis. Quō igit subiectuz dicem⁹? Sabellia-
 ni et marcionite dicūt: q; hęc futura sit chri-
 sti ad deū patrē subiectio: vt in patrē filius
 refundat. Si ergo ea erit verbi subiectio: vt
 resoluat in patrē de⁹ verbū: ergo et q; cunq;
 patri filioq; subiecta sūt: in patrē et filiū re-
 soluent: vt sit de⁹ omnia et in oīb⁹ creaturis.
 Sed absurdū est dicere: Nō igitur p̄ refusi-
 onē subiectio. Alia sunt em̄ q; subijciuntur:
 ea vtiq; q; creata sūt: et ali⁹ cui sit subiectio.
 Lōticescat itaq; seque refusiōis interpretes:
 atq; vtiq; et illi tacerēt: q; qm̄ resolubile dei
 verbū: deiq; sapientiaz p̄bare nō possunt:
 infirmitatem diuinitatis subiectionis ascri-
 bunt: dicētes q; scriptum est: Lū autē subie-

cta illi fuerint oīa: tunc et ip̄e subiect⁹ erit.
 Videm⁹ igit q; nōdū subiectū: sed subijci-
 endū esse scriptura cōmemorat. Ergo nunc
 nō ē subiectus deo patri filius. In quo
 igitur filium subiectuz fore dicitis? Si i di-
 uinitate: nec inobediens est: quia nō est pa-
 tri discors. Nec subiectus: quia non est ser-
 uus: sed vnicus pprio patri filius. Deniq;
 cum celum crearet: et terram conderet: et po-
 testatem exercebat et charitatez. Nulla igit
 fuisset i christi diuinitate subiectio. Si autē
 nlla subiectio: volūtas libera ē. Q; si etiā
 subiectionem putant filij: quia cum ei⁹ vo-
 luntate om̄ia faciat: discant hoc ipsum esse
 indiuidue potestatis argumentum: q; vni-
 tas voluntatis est: que non cepit ex tēpore:
 sed erat semper: vbi autem vnitas p̄petue
 voluntatis: non vtiq; tēporalis subiectio-
 nis infirmitas. Si em̄ per naturam subijce-
 ref: semper subiect⁹ maneret. Lū vero sub-
 ijciendus dicatur in tempore dispensatiōis:
 ergo susceptę non p̄petue infirmitatis erit
 illa subiectio: maxime cum sempiterna dei
 virtus non possit statum mutare. p̄ tempo-
 re: nec deo patri ex tēpore ius potestati ac-
 cedere. Nam si filius aliquādo mutabitur:
 vt fm̄ diuinitatem subijciatur: ergo et deus
 pater aliquādo plus poterit: vt fm̄ diuini-
 tatem habeat filium: nunc interim minus
 posse fm̄ interpretatiōnē vestram: necesse est
 estimetur. Quid autē culpe cōmeruit filius:
 vt postea fm̄ diuinitatem subijci posse cre-
 datur? Nunquid fm̄ diuinitatē ad dexterā
 patris sedere p̄cepit: et inuito patre sibi
 p̄rogatiuam paterni solij vendicauit? Sz
 ip̄e ait: Omnia q; placita sunt ei: facio sem-
 per. Ergo si in omnibus patri complaceat
 filius: cur subijciatur qui ante subiectus nō
 erat? Videamus itaq; ne non diuinitatis
 illa s; nostra fiat in christo timore subiectio:
 plena gratia: et plena mysterij. Itaq; rur-
 sus apostolica verba pandamus. Lū autē
 subiecta inqt illi fuerint omnia: tunc et ip̄e
 subiectus erit ei qui sibi subiecit omnia: vt
 sit deus omnia in omnibus. Ergo quid di-
 cis? Nūc subiecta non sunt ei omnia: Non
 subiecti sanctorum chozi: non angeli qui in
 terris posito ministrabant: non archangeli
 qui etiam ad mariam aduentus dominici
 p̄nunciū mittebantur: non omnis militia
 celestis: non cherubin et seraphin: non throni:
 et dominatiōes: et potestates que vene-

Job. 3.

1. Cor. 15.

De Fide

Liber V

Matt. 11. rantur et laudat: Quomodo ergo subiecta erit: Sic utique quemadmodum ipse dominus dixit: Tollite iugum meum super vos. Non enim indomiti iugum portat: sed humiles atque mansueti. Nec est plane angelis nec ipsis hominibus vilis: sed gloriosa subiectio: ut in nomine iesu omne genua flectatur celestium: terrestrium et inferorum: et omnis lingua confiteatur: quia dominus iesus in gloria est dei patris. Ideo autem ante subiecta non erant omnia: quia nondum receperant sapientiam dei: nondum habile iugum verbi mentis quadam ceruice portabant.

Job. 1. Quotquot autem: sicut scriptum est: receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri. Dicit aliquis: Ergo iam subiectus est christus: quia plurimi crediderunt? Adhuc me: Quia non in paucis est christi subiectio: sed in omnibus. Sicut enim si in me concupiscat adhuc caro aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem: nec video esse subiectus: etsi ex parte sum subditus: ita quod omnis ecclesia unum corpus est christi: quod diu genus dissensit humanum: christum diuidim? Non dum ergo subiectus est christus: cuius non sunt adhuc membra subiecta. Cum autem fuerimus non multa membra: sed unum spiritus: tunc et ipse subiectus erit: ut per ipsum subiectionem: sit deus omnia in omnibus. Sicut autem nondum subiectus est christus: ita nondum perfectus est opus patris: quod dei filius dixit: Adhuc cibus est ut faciam voluntatem patris mei qui me misit: et perficiam opus eius. Quid igitur questionis est: quod in me erit filii subiectio: in quo perfectum est opus patris: quod non sum ipse perfectus? Ergo qui imperfectum opus facio patris: ipse filium facio esse subiectum? Sed non est iniuria ista sed gratia: quia in eo quod subijcitur: noster utique non diuinitatis est profectus: ut subijciamur legi: subijciamur gratie. Quoniam ante: sicut ipse dixit apostolus: sapientia erat carnis inimica in deum. Legi enim non erat subiecta. Nunc autem iam per christum est subdita passionem. Et tamen ne quis calumnietur: videte quid diuinitas spiras scriptura precauerit. Ostendit enim nobis in quo subiectus erit deo christus: dum docet in quo sibi vniuersa subijceret. Ideoque dicit: Nunc autem non videmus omnia ei subiecta. Nam paulominus quam angelos minoratum vidimus iesum propter passionem mortis. Ostendit

itaque minor factus propter incarnationem. Quid igitur impedit quoniam subiectionem in carnis susceptio significet: per quam subijciet sibi omnia: dum in ipsa patri deo est subiectus? Considerem itaque eius subiectionem: Pater inquit meum si vis traher calicem hunc a me: vix non mea voluntas sed tua fiat. Ergo secundum humane nature assumptionem: erit illa subiectio. Quia sicut legimus: Specie inuenit ut homo humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Subiectio utique obedientia est: obedientia mortis: mors assumptionis humane. Assumptionis ergo humane erit illa subiectio. Nequaquam igitur diuinitatis infirmitas: sed dispensatio ista pietatis est. Vide quod non timeam eorum passiones. Illi obijciunt subijciendum patri deo: Ego lego marie subditum matri: quod scriptum est de ioseph et maria: Et erat subditus illis. Aut si hoc putant: dicant quod hominibus erat subiecta diuinitas. Non igitur preiudicet quod subiectus dicitur: cui non preiudicat quod seruus legitur: quod crucifixus asserit mortuus predicat. Qui cum moreretur vivebat: cum subijceretur regnabat: cum sepeliretur resuscitabat: ac subiectum se potestati prebebat humane: alias se dominum maiestatem declarabat eterne. Erat sub iudice: et ad dexteram dei solius ubi iudex perpetuus iudicabat. Scriptum est denique: A modo videbitis filium hominis sedentem ad dextram virtutis: Clapulabat a iudeis: ipse ab angelis. Natus ex maria sub lege erat: ante abraham supra legem erat: in cruce venerandus nature. Denique sol refugit: terra contremuit: contremuerunt angeli. Cuius igitur passionem elementa videre timuerunt: huius generationem videre potuerunt. Et in quo subiectione corporis non tulerunt: in eo subiectionem nature venerabilis sustinebunt. Sed cum vni nature sint pater et filius et spiritus sanctus: utique non erit pater sibi ipse subiectus. Et ideo non erit in eo subiectus filius: in quo cum patre vni est: ne per vnitatem diuinitatis videatur et pater filio esse subiectus. Ergo sicut in illa cruce: non diuinitatem plenitudo: sed nostra fragilitas erat subdita: ita etiam postea subditus erit filius patri: in nostra utique participatione nature: ut subiectis carnis illecebris: non cupiditas dominus cordi: non ambitio: non voluptas: sed omnia nobis deus sit: et oino quantum cape possumus ad eius imaginem similitudinemque viuamus. Ad communitatem igitur beneficium transiit a specie: quod in sua carne naturam totam humane carnis edo-

Luc. 22.

Job. 2.

Luc. 2.

Matt. 26.

1. Cor. 15. mitt: Et ideo iuxta ap[osto]l[um]: Sicut portauim[us]
 imaginem huius terreni: portemus et ima-
 ginem celestis. Quod utique nisi per interiorē
 hominē non potest euenire. Deponentes
 Col. 3. igitur vniuersa: hoc est illa que legim[us] iram:
 animositatem: blasphemias: turpiloquiū.
 Et sicut infra dicit: Expoliātes nos veterē
 hominē cum actibus suis: induamur nouū
 qui renouatur in agnitionē s[ecundum] imaginem
 eius qui creauit nos. Et ut scires: quod cū di-
 cit: Ut sit deus omnia in omnib[us]: a deo pa-
 tre non separet christū: Ipse ad colossenses
 dixit: Ubi nō masculus inquit et femina: iu-
 deus et gręcus: barbarus et scythā: seruus et
 liber: sed omnia et in omnibus christus. Et
 1. Cor. 15. go etiam ad corinthios dicit: Ut sit de[us] o[mn]ia
 in omnibus: et vnitatem et equalitatem cum
 deo patre complexus est christi: quia nec a
 patre filius separatur. Et similiter sicut pa-
 ter omnia in omnib[us]: ita omnia in omnibus
 etiam christus opatur. Si ergo christus quod
 in omnib[us] o[mn]ia opatur: nō utique in diuinita-
 tis maiestate subiect[us] est: s[ed] in nobis. Quo-
 modo aut[em] subiectus in nobis: nisi eo modo
 quo minor angelis factus ē: in corpore scilicet
 sacramento? In eo enim nondū subiecta ei
 omnia videbāt: que creatori suo a principio
 sui utique seruibāt. Quod si quesieris: que ad-
 modum sit subiectus in nobis: ipse ostēdit
 Matth. 25. dicens: In carcere eram: et venistis ad me:
 Infirm[us] eram et visitastis me. Quod enim vni
 eorum minimorū fecistis: mihi fecistis. In-
 firmum audis: et non moueris: subiectū au-
 dis et non moueris: cum in eo infirm[us] i quo
 subiectus: in quo peccatum atque maledictū
 pro nobis factus est. Sic igitur non propter se
 sed pro nobis erit subiectus in nobis: non in
 natura subiectus eterna: neque enim in natu-
 ra maledictus eterna. Maledictus autem
 Deut. 21. omnis qui pender in ligno. Maledict[us]: quia
 nostra maledicta subiecit. Subiectus ergo:
 quia subiectionem nostram ipse subiecit: scilicet
 in seruilis forme assumptione in dei maie-
 statem: ut dum ille nostre fragilitatē se pre-
 beret in carne consortem: nos in virtute sua
 diuine faceret consortes nature. Non quo
 aut hoc nobiscum superna christi generati-
 one naturale consortiū: aut diuinitatis in
 christo sit illa subiectio: sed sicut in illa pro car-
 nem illā: que ē pignus nostre salutē: sedere
 nos in celestibus: apostolus dixit: utique nō
 sedentes: sic et ille pro nostre assumptionem

nature dicit subiectus i nobis. Quis enim
 tam demens quod putet: ut supradixim[us]: quod ad
 dexteram dei patris: sedes sibi venerabilis
 nō debeat: cum scilicet etiam s[ecundum] carnem christo
 ea a patre: generationis t[ame]n sup[er]ne et equali-
 tatis potentia defera[re]? Angeli adorāt: et tu
 tibi presumptione sacrilega solium dei ster-
 nis? Scriptū est inquit: quod cū mortui esse[nt] Ep[isto]l. 2.
 tis peccatis: conuiuificauit vos in christo:
 cuius gratia estis salui facti: et simul suscita-
 uit simulque facit sedere in celestib[us] in christo
 iesu. Agnosco scriptū. Sed nō ut homines
 sedere ad dextram sibi patiat deus: sed ut
 in christo sedere: quod ipse est omniū sūdamētū:
 et ipse ē caput ecclesie: in quo cōmunis s[ecundum]
 carnē natura: p[ro]rogatiua sedis celestis eme-
 ruit. In christo enim deo caro. In carne autē
 humani nature generis omniū hominū par-
 ticeps honora[re]. Sicut nos quod in illo sedem[us]
 pro corpore cōmune nature: ita et ille: qui per
 susceptionē nostre carnis maledictus filiū dei
 nō credit: ita et in qua ille pro obedientia omniū
 erit subiect[us] in nobis: cū gentilis crediderit:
 cū iudeus agnouerit que crucifixit: cum ma-
 nichęus adorauerit que in carne venisse nō
 credidit: cum arrianus omnipotentē confes-
 sus fuerit quem negauit: cum postremo in
 omnibus fuerit sapientia dei: iusticia: pax:
 charitas: resurrectio. Per sua igitur opa chri-
 stus et genera diuersa virtutū erit in nobis
 patri subditus: cum vitijs abdicatis et feri-
 ante delicto: vnus in oibus deo cōperit in
 vno sensu populorū omniū spirit[us] adherere:
 tūc erit deus o[mn]ia et in oibus. Conclusione
 igitur totius absolutionis breuiter colliga-
 mus: vnitas potestatis opintonē iniuriose
 subiectionis excludit euacuatio potestatis:
 et victoria de morte quesita triumphatoris
 utique nō minuit potestatem. Subiectionē
 operatur obedientia: obedientiaz christus
 assumpsit: obedientia vsque ad mortem: crucis
 ad salutē. Ergo vbi op[us]: ibi et auctor ē ope-
 ris. Cū igitur omnia christo subiecta fuerint
 pro obedientia christi: ut in nomine eius genu
 flectat: tūc erit ipse o[mn]ia i oib[us]. Hūc enim quod nō
 oēs credūt: nō vidēt oēs subiecti. Cū oēs quod
 crediderint: et dei fecerint voluntatē: erit o[mn]ia
 et i oib[us] christ[us]. Cū christ[us] fuerit o[mn]ia et i oib[us]:
 erit o[mn]ia et i oib[us] de[us]: quod pater manet semp[er] in
 filio. Quod ergo infirmitatē arguit quod rede-
 mit infirmos? At ne forte et illud ad infir-
 mitatē filij referas: quod scriptū est: quod sub-

De Fide

Liber V

fecit ei deus omnia. Discite q̄ oīa sibi etiā
 ipse subiecerit. Scriptum est enim: Mo-
 stra autem conuersatio in celis est: Unde
 ⁊ saluatorem expectamus dominus iesū:
 qui trāfigurauit corpus humilitatis no-
 stre: conforme vt fiat corpori glorię sue
 fm̄ operationem qua possit etiā sibi sub-
 iicere omnia. Didicisti ergo q̄ omnia pos-
 sit sibi subicere: fm̄ operationeꝝ vtiq̄ di-
 uinitatis: Discite nunc q̄ fm̄ carnem omnia
 subiecta accipiat: fm̄ q̄ scriptum est: Qui
 operatus ē in christo: suscitans eū a mor-
 tuis: ⁊ constituens eum ad dexteram suā
 in celestibus: supra omnē principatum et
 potestatem: ⁊ virtutem: ⁊ dominationeꝝ:
 ⁊ omne nomen qd̄ nominatur nōn solum
 in hoc seculo: sed etiam in futuro: et omnia
 subiecit sub pedibus eius. Scdm̄ igiŕ car-
 nem ei omnia subiecta tradentur: fm̄ q̄ ⁊
 a mortuis suscitatus est: ⁊ fm̄ animaz hu-
 manā ac rationabilem subiectionē. Diui-
 ne pleriq̄ interpretatur: qd̄ scriptum est:
 Nōne deo subiecta erit anima mea? Ani-
 mam dixit non diuinitatem: animā non
 maiestatem. Et vt sciremus q̄ dominus
 per pph̄etam de susceptione nature ē lo-
 cutus humane: addidit: Usq̄ quo ad iici-
 etis super hominē: fm̄ illud qd̄ ait i euā-
 gelio: Quid me queritis interficere homi-
 nem? Et addidit: Uerūtamen precii vob̄
 luerūt repellere: cucurrerūt i sitim: ore suo
 benedicebant: ⁊ corde suo maledicebant.
 Iudēi enim reportante iuda precium: re-
 cipere noluerunt: currentes in sitim amē-
 tic: q̄ spiritualis pot̄ gratiam recusarunt.
 Nec est pię subiectionis interpretatio. Etenī
 dum dominice passionis hoc munus sit:
 vtiq̄ in quo passus est: in hoc erit subie-
 ctus in nobis. Querim⁹ qua causa? Et
 neq̄ angeli: neq̄ virtutes: neq̄ altitudo:
 neq̄ pfundū: neq̄ presentia: neq̄ futura:
 neq̄ creatura alia separe nos possit a cha-
 ritate dei: que ē in christo iesu. Videm⁹
 itaq̄ ex his que diximus: nullam exceptā
 esse creaturā: s̄ istas quas sup̄ dixit omnē
 si qua est ānumeratā esse. Simul etiā il-
 lud est considerandum: q̄ cum in superio-
 ribus dixerit: Quis nos sepabit a chari-
 tate christi: subter posuit: Neq̄ mors: ne-
 q̄ vita: nec alia creatura separare nos po-
 terit a charitate dei que est in christo iesu.
 Videmus ergo eandē charitateꝝ dei esse

que christi est. Deniq̄ non ociose posuit
 charitatē dei que est in christo iesu: ne se-
 paratam dei ⁊ christi intelligeres charita-
 tem. Nihil autē est qd̄ charitas diuidat:
 Nihil qd̄ diuinitas sempiterna non possit.
 Nihil qd̄ lateat veritatem: fallat iusticiā:
 p̄tereat sapientiam.

De condemnatione execrabili-
 um arrianorum dicentium q̄ dei
 filius nesciat tempora ⁊ annos: ar-
 gumentorumq̄ suorum destructioe
 cum finali ⁊ cōclusiua cōfutatione
 erroris eorumdē: quo asserūt filii
 um esse minore patre: Ca. viii.

De execrabiles eos: qui ista cō-
 memorant: ⁊ a spiritu sancto esse
 damnatos scire debemus. Quos
 em̄ alios nisi specialiter arrianos pph̄eta
 condemnat) qui dicūt q̄ dei filius nesciat
 tempora ⁊ annos: Nō enim est aliquid
 quod ignoret deus. Si autē deus ⁊ chri-
 stus: ⁊ altissimus christus: ipse est em̄ sup̄
 omnia deus. Videte quemadmodū san-
 ctus dauid huiuscemodi q̄ dei filio scien-
 tiam derogēt perhorrescat. Sic enim ha-
 bes: In laboribus hominū nō sunt: et cū
 hominibus non flagellabuntur. Ido ob-
 tinuit eos superbia eorum: cooperiti sunt
 iniquitate ⁊ impietate sua: pd̄it quasi ex
 adipe iniquitas eorū: transferūt in dispo-
 sitionem cordis: vtiq̄ condemnat qui ex
 dispositione cordis estimāda nec disposi-
 tionē est subiect⁹: nec ordini. Quādo etiā
 ipsa que sunt in vsu hominū: ⁊ successioe
 generis humani: non semp aliqua sollem-
 nis dispositioe rationis: sed plerūq̄ secre-
 tis latentibusq̄ decursa mysterijs: eueni-
 re cernamus. Cogitauerunt inquit ⁊ lo-
 cuti sunt nequitiam: iniquitatem in excel-
 so locuti sunt. Posuerūt in celū os suum.

Videmus itaq̄ q̄ impij sacrilegij reos
 damnet: qui ex similitudine humane na-
 ture: dispositionē sibi arrogēt celestis ar-
 cani. Et dixerūt: Quō scit deus? et si est
 scia om̄is i altissimo? Nōne hęc quotidie
 pstrepūt arriani: sciam omnē i xpo esse nō
 posse: Quia ipse inquit: diei ⁊ horę se p-
 fessus ē eē ignax? Nōne dicūt: quō sciuit
 qui eū non potuisse scire cōmemorāt: nisi
 q̄ audierit ⁊ viderit: ⁊ ea que spectant ad
 diuine vnitatem nature: ad infirmitatem

Ps. 61.

Job. 7.

Ps. 61.

Ro. 8.

Abi. 5.

Ps. 71.

Abi. 5.

quoque sacrilega interpretatione deriuat: *Marc. 13.* Scriptum est inquit: De die autem illa et hora nemo scit: neque angeli celorum: nec filii: nisi solus pater. Primum veteres non habent codices graeci: quod nec filius scit. Sed non mirum si et hoc falsarunt: quod scripturas interpolauere diuinas. Quia ratione autem videatur adiectum: prodit dum ad interpretationem tanti sacrilegij deriuatur. Pone tamen ab euangelistis scriptum. Abedum itaque nomen est filij. Nam et filii hominis dicitur: ut scilicet imprudentiam assumptionis nostrae diem futuri iudicij nescisse videatur. Quomodo enim nesciret diem dei filius: cum in ipso sint thesauri sapientiae et scientiae absconditi? Quapropter autem utrum ex substantia: an ex accidenti habuerit scientiam? Omnis enim scientia aut ex natura: aut ex disciplina est. Ex natura suppetit: ut equo currere: pisce natate: haec enim faciunt antequam discant. Ex disciplina rursus suppetit: natate homini. Nam nisi didicerit: scire non poterit. Cum ergo multis animantibus suppetat ex natura facere et scire quae non didicerint: quid censes de dei filio: utrum ex institutione: an ex natura habeat scientiam? Si ex institutione: ergo non est natus sapientia: et ex processu cepit esse profectus. Nec erat semper. Quod si naturalem scientiam habet: utique profectus in principio erat: profectus ex patre processit: et ideo praescientia non eguit futurorum. Non ergo nesciuit diem. Neque enim sapientiae dei est ex parte scire: et ex parte nescire. Nam quomodo potest nescire partem: qui fecit omnia: cum minus sit scire quam facere? Adultera enim scimus quae facere non possumus: nec eodem modo omnes scimus: sed ex parte cognoscimus. Nouit enim ventorum vim stellarumque cursus aliter rusticus: aliter ciuitatis icola: aliter gubernator. Et si omnes non norunt: omnia tamen nosse dicuntur. Solus autem plane nouit ille qui fecit omnia. Nouit gubernator: quoniam vigilia praecedat arcturus: quales ortus perploret orionis: Non tamen colligationes vigiliarum ceterarumque stellarum: aut numerum nouit: aut nomina: sicut ille qui numerat multitudinem stellarum: et omnibus nominibus vocans: Quem utique non fallit operis sui virtus. Quomodo enim vultis haec fecisse dei filium? Nunquid quasi anulum: qui

non sentit quod exprimit? Quia omnia in sapientia pater fecit: id est omnia per filium fecit: qui est virtus dei et sapientia. Sapientia autem id prouenit: ut suorum operum et virtutes norit et causas: Et ideo non potuit creator omnium ignorare quod fecit: nescire quod ille donauit. Nouit ergo diem quem fecit.

Sed dicis quod praesentem nouit: nescit futurum. Licet inepta sit propositio: tamen ut de scripturis satisfactam tibi: discas quod non solum praeterita fecit: sed etiam quae futura sunt: sicut scriptum est: Qui fecit quae aduentura sunt. Et alibi ait scriptura: Per quem et facta sunt secula: splendor est gloriae: et character substantiae eius. Secula enim et praeterita: et praesentia: et futura sunt. Quomodo ergo facta sunt quae futura sunt: nisi quod operatoria virtus est: scientia comprehendit numerum omnium saeculorum? Sicut enim vocat quae non sunt tanquam quae sunt: sic et fecit quae futura sunt tanquam quae sunt: quia non contingit ut non sint: sed necessario sunt futura quae esse praecipit. Ergo qui fecit quae futura sunt: eo genere quod sunt futura cognouit. Si hoc de saeculis: multo magis de iudicij credendum die: eo quod cognitione eius habeat dei filius tanquam a se iam factae: Quia scriptum est: Dispositione tua permanebit dies. Non solum permanet dixit: sed etiam permanebit: ut eius dispositione quae ventura sunt gubernentur. Quae disposuit ergo: non nouit? Qui plantauit aurem non audierit: qui finxit oculum non considerat: Uideamus tamen ne quid forte magnum sit quod creatorem suum potuerit praeterire: et negligant utrum quasi magnum aliquid et praestantius putent esse quam cetera: An quasi minimum atque subiectum. Si minimum atque subiectum: non est iniuria (ut nostro usu loquar) vilia et exigua nescire. Nam cum potentiae sit scire quae maxima sunt: desperasse videtur degeneris operis vilitate: Fastidio igitur absolutus est: non potestate fraudatus est. Quod si magnum et summum arbitrantur scire iudicij diem: dicant quid deo patre maius aut melius sit. Patrem igitur deum nouit ut ipse ait: quod nemo nouit patrem nisi filius: et cui voluerit filius reuelare. Patrem inquit nouit: et diem nescit? Sic ergo creditis quod patrem reuelat et diem non potest reuelare? Ulex non solum sacrilega ista: sed etiam inepta dubitatio. Nunc

Deb. 10

Ro. 4

Ps. 118

Ps. 95

Matth. 11

De Fide

Liber V

considerem⁹ quibus modis scientia colligatur: et ostendamus ipsū filium demon-
strasse: quod et dicit: sciret. Quod enim scimus:
aut tempore: aut loco: aut signis: aut per-
sonis declaramus: aut ordine. Quomodo
igitur nesciuit iudicij diem: qui et horā iu-
dicij et locū et signa expressit? Denique sic
habet: In illa hora qui fuerit in tecto nō
descendat tollere vasa: et qui in agro simi-
liter non redeat retro. Eousque igitur futu-
rorum nozat periculorum euentus vt etiā
presidia periclitantibus demonstraret. An
poterat dominus diem ignorare: qui ipse
dixit: quod filius hominis dominus est sabba-
ti? Locū quoque etiam alibi designauit cū
sibi estructuras templi ostendentibus disci-
pulis diceret: Videtis hec omnia? Amen
dico vobis: non relinquetur lapis sup la-
pidem qui nō destruat. De signo quo-
que interrogatus ab apostolis dixit: Videte
ne seducamini. Multi enim venient in
nomine meo dicentes: quia ego sum christus.
Et infra: Terremotus inquit magni erūt
per loca singula: et fames: et pestilentia ter-
rosque de celo: et signa magna erunt. Ita-
que et personas expressit et signa. Quo au-
tem modo: vel circūdaturus exercit⁹ hie-
rusalem dicat: vel implenda tempora gē-
tium: et quo ordine: euangelice vtiq; lecti-
onis attestacione referatur. Sciuit ergo
omnia. Sed querimus qua ratione de-
signare momenta noluerit. Si queramus
non ignorantie inueniemus esse sed sapi-
entie. Nobis enim scire non proderat: vt
dū certa futuri iudicij momenta nescimus:
semper tam excubijs constituti: et in qua-
dam virtutis specula collocati: peccandi
consuetudinem declinemus: ne nos in-
ter vitia dies domini deprehendat. Non
enim prodest scire sed metuere quod futu-
rum est. Scriptum est enim: Noli alta sa-
pere: sed time. Nam si diem designasset ex-
presse: vni etati hominū que prima erat
iudicio videretur disciplinam prescripsis-
se viuendi superioris temporis: aut iustus
esset remissior: aut peccator securior. Nam
adulter nisi quotidianam penam metuat:
non potest adulterandi cupiditatem de-
sinere. Nec latro obsessorum saltū secre-
ta deserere: nisi sciat sibi momentis omni-
bus imminere supplicium. Plerūque enim qui-
bus incentiuum est impunitas: timor re-

dium est. Ideo ergo dixi quod scire non pro-
derat sed ignorare: vt ignorantes timere-
mus: vt obseruantes emendaremur: sicut
ipse dixit: Estote parati quia nescitis qua
hora filius hominis venturus est. Namque
miles si bellū in manibus esse cognoscit:
portendere nō nouit in castris. Unde ali-
bi quoque ipse dominus interrogatus ab
apostolis inquit: quod vtiq; non sicut arrius
intelligebant: sed filium dei futura scire
credebant. Nam nisi hec credidissent nū-
quam interrogassent. Interrogatus autem
quando restituerit regnū israel: nō se ne-
scire dixit: sed ait: Nō est vestrum scire tē-
pora et annos que pater posuit in sua po-
testate. Attendite quod dixerit: Non est ve-
strum scire. Lege iterum: Non est vestrum
scire. Vestrum dixit: non meū. Nam enim non
sibi perfectionem sed sibi perfectum huma-
ni corporis ac nostre anime loquebatur.
Vestrum ergo dixit: non meum. Quod et
apostolus secutus: De temporibus autē
et momentis fratres non habetis inquit
opus vt vobis scribamus. Itaque ne apo-
stolus quidem ipse christi seruus dixit se
nescire momenta: sed non opus eēt edo-
ceri populū quod semper spiritalibus munimen-
tis esse debet armatus vt virtus christi in vno
quoque portendat. Cum autem dicit do-
minus: de temporibus que pater posuit
in sua potestate: vtiq; non potest exors esse
scientie paternę: cuius nequaquam exors est
potestatis: cuius potestas ex sapientia et
virtute gignitur: quod vtrūque christus est.
Sed queritis: qua causa nō ita discipu-
lis negauerit: quasi sciret et nollet dicere:
sed neque angelos: neque filium scire memo-
rauerit? Interrogabo vos et ego: qua cau-
sa in genesi deus dicat: Descendam itaque
vt videam sibi clamorem eorum venien-
tem ad me si consumabuntur: Sin autem
vt sciam? Qua causa etiā scriptura dicit deo
dicat: Et descendit dominus videre ciuita-
tem et turrim quam edificarent filij homi-
num? Qua causa etiā dicat propheta in
psalterio: Dominus respexit super filios
hominum si est intelligens aut requirens
deum: quasi et illic si non discederet deus:
et hic si nō prospiceret dominus: aut opera
hominum ignoraret aut merita? Sed etiā in
euangelio habes sibi lucā: quia pater dicit: Quid
faciam? Admittā filiū meū dilectissimū: fors-

Matth. 24.

Act. 1.

1. Thessal. 5.

Gen. 18.

Gen. 11.

Ps. 52.

Luc. 20.

Marci. 13.

Luc. 6.

Luc. 21.

Ro. 11.

Matt. 21. tan hunc verebuntur. Scdm mattheum
 Marci. 12. autē et fm marcum: Quoniam misit deus
 vnicū filium suum dicens: Verebuntur
 filiū meum. In vno libro dicit: Forsitan
 verebuntur et quasi nesciens dubitat. Nā
 hic sermo dubitantis est. In duob' autē
 alijs libris: Verebuntur inquit filiū meū:
 hoc em confirmat reuerentiā differendā.
 Sz neq' dubitare dei est neq' falli. Dubi-
 tat enim qui ignorat qd futurū est: falli-
 tur autem qui aliud predixit et aliud ē se-
 cutum. Quid autem euidentius q' q'
 scriptura habet aliud patrem dixisse d' fi-
 lio: et aliud accidisse eadem scriptura testa-
 tur? Ille dixit: verebuntur filium meū: fi-
 lius autem vapulauit: illusus est: crucifix'
 est: mortuus est: multoq' illis seruis q' pri-
 us fuerant destinati: grauiora fm carnem
 passus est. Fefellit igit' pater: aut igno-
 rauit: aut sibi subuenire non potuit? Sed
 verus nescit fallere. Scriptum est em: Fi-
 delis deus qui non mētur. Quomodo
 autem ignorauit: qui nouit oia? Aut qd
 non potuit: qui omnia potest? Tamen si
 aut ignorauit aut non potuit: facili' enim
 acquiescitis vt dicatis patrem ignorasse:
 q' confiteamini scisse. Videtis quia ex
 hoc ipso q' vnius substantiē est filius cuz
 patre: Sic quemadmodū pater ita et fili'
 (vt fm vestram insipientiam loquar) aut
 non omnia nouit: aut non omnia potest.
 Non sum enim auarus aut p'ceptus circa
 filij laudes: vt plus audeam dicere filium
 posse q' patrē: et inter patrem et filium di-
 scretionem faciam potestati. Sz fortā/
 se dicetis: Non ita dixisse patrem: sed de
 patre filium nos fefellisse. Jam ergo non
 solum infirmitatis filium: sed etiam iam
 sacrilegij et mendacij coarguitis. Verūta-
 men si non creditis de patre filio: nec d' se
 credetis. Si enim fallere nos voluit q' di-
 xit dubitasse patrē: quia nesciret qd esset
 futurum: fallere ergo etiam de se nos vo-
 luit: quia futura nescire se dixit: multoq'
 tolerabilius ad pudorem: si ignorantiam
 ante portendit quod de se fecit: q' si con-
 trario p'missis lusur videatur affectu qd
 de patre predicauit: s' neq' fallitur pater
 neq' fallit filius. Verum ea est in scriptu-
 ris cōsuetudo diuinis: sicut et superiora et
 multa alia exempla testantur: vt de' dissi-
 mulat se nescire qd nouit. Et in hoc ergo

vnitas diuinitatis: et vnitas dispositōis
 in patre probatur et filio: si quēadmodū
 deus pater cognita dissimulat: ita filius
 etiam in hoc imago dei: quē sibi sūt nota
 dissimulet. Edoctum est igitur nō igno-
 rasse dei filium quē futura sūt. Qd si fa-
 tentur: et ego vt iam respondeam: qua ra-
 tione neq' angelos neq' filium: sed patrē
 scire memoriauit: sollēnem eius circa disci-
 pulos charitatem etiam in hoc loco et gra-
 tiam recognosco: qd ex frequentia ipsa de-
 bet omnibus esse iam cognitū. Abauit
 enim dominus nimio in discipulos amo-
 re p'pensus: pendentibus his quē cogni-
 tu iutilia iudicaret: videri ignorare quod
 nouerat: q' negare. Plusq' amat nostraz
 vtilitatem instruere: q' suaz potentiā de-
 monstrare. Sunt tamen pleriq' non ita
 timidores vt ego. Abalo enim alta time-
 re q' sapere. Sunt tamen pleriq' eo freti
 qd scriptū est: Et iesus proficiebat etate Aug. 2.
 et sapientia et gratia apud deum et hoies:
 qui dicunt confidenter q' fm diuinitatez
 quidem ea quē futura sunt ignorare non
 potuit: sed fm nostrē conditionis assum-
 ptionem ignorare se quasi filium hominis
 ante crucem dixit. Etenim cum filium di-
 cit: non quasi de alio dicit. Nam ipse ē et
 domin' noster dei filius: et filius virginis.
 Sed medio verbo nostrum informat affe-
 ctum: vt quasi hominis filius fm suscepti-
 onem nostrē imprudentiē tibi profect' nō
 plene adhuc scisse omnia crederetur. Non
 est vestrum scire quē futura sunt. Eadem
 igitur videtur ignorare conditione q' pro-
 ficat. Nam quomodo fm diuinitatem p/
 ficat i quo habitat plenitudo diuinitat' Col. 2.
 Aut quid est qd nesciat dei fili': qui dice-
 bat: Quid cogitatis mala in cordibus ve
 stris: Quomodo nesciat de quo dicit scri-
 ptura: Iesus autez noiat cogitatioes eo /
 stris: Quomodo nesciat de quo dicit scri-
 ptura: Iesus autez noiat cogitatioes eo /
 rum? Ihec tamen alij dicant: Ego autez
 vt ad superiora redeam: qui p'posuerim
 scriptum qd pater dixit: Fortasse reuere-
 buntur filium. Qd vtiq' ideo arbitror p/
 positum: vt qd de hominibus loquebat'
 pater: humano locutus videatur affectu.
 Multo magis arbitror q' filius qui cum
 hominibus conuersatus est: et hoiem egit
 et carnem suscepit: nostrum assumpsit af-
 fectum: vt nostra ignorantia nescire se di-
 ceret: non q' aliquid ipse nesciret. Nam et

De Fide

Liber V

si homo in veritate sui corporis videbat: erat tamen vita: erat lux: et virtus exibat de eo: que vulnera sauciorum: maiestatis sui auctoritate sanabat. Aduertitis ergo questionem nobis esse sublataz: Lum et filij dictum ad susceptionem integre conditiōis referat humanz: Et de patre ideo scriptum sit: vt vel sic calumniari filio desinatis. Nihil ergo fuit quod ignorauerit dei filius. Nihil enim fuit quod ignorauerit pater. Quod si nihil filius ignorauit: vt iam concludamus: dicant in quo eum minorem velint videri? Si minorem generauit deus filium: minus contulit. Si minus contulit: aut deus minus voluit: aut minus potuit. Sed nec infirmus: nec inuidus pater: quia nec voluntas ante filium nec potestas. In quo minor: qui omnia habet que pater habet? Nam et omnia a patre iure generationis accepit: et totum patrem gloria sue maiestatis expressit.

Job. 14. Scriptum est inquit: Quoniam pater maior me est. Sed scriptum est: Non rapinam arbitratus est se esse equalē deo.
 Job. 5. Scriptur est: quod propterea volebant illum iudei occidere: quia filium se dicebat dei: equalē se faciens deo. Scriptum est:
 Job. 10. Ego et pater nūm sumus. Unum legunt: multa non legunt. Nūquid ergo et minor et equalis per naturam eandē potest esse? Sed aliud ad diuinitatem refertur: aliud ad carnē. Minorem dicunt: Quero: qui mensus sit: qui tam exaltati cordis: quod velut ante tribunal patrem deum et filium constituat vt de Platone diiudicet? Non est exaltatum cor meum: neque inuauē elati sunt oculi mei: Dauid dicit. Rex dauid exaltare cor metuit in rebus humanis: nos exaltam⁹ aduersus diuina secreta? Quis igitur iudicat de dei filio? Throni: dominationes: angeli: potestates? Sed famulatur et seruiunt archangeli: sed ministrant cherubin et seraphin: sed laudat. Quis igitur iudicat de dei filio: cum legeris quod ipse pater nouerit filium: nō iudicat? Heu enim nouit filium nisi pater. Nouit inquit: non iudicat. Aliud ē nosse: aliud iudicare. Habet pater in se scientiam: filius supra se nō habet potestatem. Et rursus: Nemo nouit patrem nisi filius: et ipse nouit sicut eum pater nouit. Sed dicis quod

Job. 14.
 Job. 5.
 Job. 10.
 Job. 130.
 Matt. 11.

minorem se dixit: dixit et lapidem. Plurim⁹ dicit et impie calumniaris: min⁹ dico et plus astruo. Minorem dicis et supra angelos confiteris. Ego minorem angelis dico: et non derogo: quia non diuinitatez arguo: sed misericordiā predicō.

De humili ac deuota auctoris ad deum patrem conuersione recteque fidei confessione: cum discretissima huius operis conclusionē: ad laudem et gloriam inestimabilis: inenarrabilis: incircūscripte et immense ac sanctissime trinitatis: perfidissimorumque arrianorum perfusionem et damnationē: La. ix.

De te nunc omnipotens pater cum lacrymis verba conuerto. Ego te quidem inaccessibilem: incomprehensibilem: inestimabilem prompte dixerim: sed filium tuum minorem non auisim dicere. Nam cum illum splendore glorie et imaginem substantie tue legerim: vereoze ne minorem imaginem tue dicendo substantie: minorem substantiam tuā dicere videar: cuius imago sit filius: cum plenitudo tue diuinitatis omnis in filio sit. Immensum te filiumque tuum et spiritum sanctum: incircūscriptur: inestimabile: inenarrabilem legi libenter: credo libenter. Et ideo estimare non possū: vt examinare possim. Esto tamē: spiritu ausuque temerario metiri te velim: Unde queso te metiar? Funiculum agrimeffozium vidit propheta quo metiebatur angelus hierusalem. Metiebatur tamen angelus non arrius. Metiebatur angelus hierusalem non deum: et fortasse non hierusalem metiri poterat angel⁹: Vir enim erat. Denique sic habes. Et alleuauit oculos et vidi: et ecce vir et in manu eius funiculus agrimeffozis. Vir erat: quod typus suscipiēdi corporis declarabat. Vir erat ille de quo est dictum: Post me venit vir: cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti ei⁹. Ergo iesus in typo hierusalem metit: nō arrius deuz. Et sathanas transfiguratur se in angelum lucis: Quid mirum si arrius suum imitatur auctorem: vt vsurpet illi: cita: lz quod pater su⁹ sabulus per semetipsū nō fecit: itolerabiliorē iste sacrilegio diuinorum sibi sciaz secretoz et supne generati-

Heb. 1.
 Ezech. 40.
 Job. 1.
 2. Cor. 11.

onis arcana plumat. Sabellius enim ve-
 rum dei filium fatebatur: arrius negat.
 Si ergo metiri te omnipotens pater non
 queo: possū ne sine sacrilegio de tue ge-
 nerationis disputare secreto? Possum ne vi-
 cere q̄ aliquid inter te et filium tuum plus
 minus ve sit: cum ipse qui natus est di-
 xerit: Omnia que pater habet mea sunt?
Job. 16. Quis me constituit iudicem aut diuiso-
Luc. 12. rem de rebus humanis? Hoc filius dicit:
 et nos inter patrem et filium diuisorem no-
 bis et iudicium vendicamus? Bona pie-
 tas arbitror refugit etiam in diuisore pa-
 trimonij. Nos ergo erimus arbitri vt in-
 ter te et filium tuum increate maiestatem
Luc. 11. substantie diuidamus? Generatio inquit
 hec generatio neq̄ est: signū q̄rit et signū
 non dabitur ei nisi signum ionę prophe-
 te. Signum vtiq̄ datur non diuinitatis:
 sed incarnationis. Deniq̄ de incarnatio-
Esa. 7. ne dicturus ait: Pete tibi signum. Et cum
 ille dixisset: Non petā neq̄ temptabo do-
 minum: responsum est: Ecce virgo in vte-
 ro. Ergo signum diuinitatis videre non
 possumus: mēsuram querimus. Ue mi-
 sero mihi: impie discutere audemus: que
 dignē rogare nō possumus. Uidero ta-
 men quid faciant arriani. Ego te pater si
 maiorem omnib⁹ dixero: iniuriose te tuis
 operib⁹ comparauī. Si maiorem filio: vt
 arrius asserit: impie iudicauī: de te prius
 erit illa sententia. Nam neq̄ vlla fieri po-
 test nisi ex comparatione prelatio: neq̄ p̄-
 ferri quisq̄ nisi prius d̄ quo fuerit iudica-
 tum. Jurare nobis per celum nō licet: iu-
 dicare de dei filio licet? Sed filio tuo soli
 iudiciū de omnibus detulisti. Iohānes
 carnem domini baptizare metuebat. Ioh-
Matth. 3. hānes prohibebat dicēs: Ego a te debeo
 baptizari et tu venis ad me: et ego christū
 iudicio meo subdam? A Moyses excusat:
 Petrus impatum in ministerio declinat
 obsequiū: Arrius scrutatur etiā alta dei.
 Sed non arrius spiritus sanctus. Sed ar-
Eccl. 3. rio et hominibus dictum est: Altiora te ne
 quęstis. A Moyses vultum domini pro-
 hibetur videre: arri⁹ meruit videre secre-
Ps. 98. tum? A Moyses et aaron in sacerdotib⁹ ei⁹.
 A Moyses qui cum domino apparet in glo-
 ria. A Moyses ergo illa posteriora tantum-
 modo dei in typo vidit: Arrius totum

deum facie ad faciem comprehendit? Sed **Exo. 33.**
 nemo inquit videre potest faciem meam
 et viuit. Paul⁹ etiā de inferioribus di-
 cit: Ex parte cognoscimus et ex parte pro-
1. Cor. 13. phetamus: Arrius dicit: Ex toto deū nō
 ex parte cognoui. Inferior ergo paul⁹ q̄
 arrius? Et vas electiōis ex parte scit: vas
 perditōis totum scit? Scio inquit homi-
2. Cor. 12. nem siue in corpore siue extra corpus ne-
 scio: deus scit: qui raptus est in paradisu
 et audiuit ineffabilia. Paulus raptus vs-
 q̄ ad tertium celū: seipsum nesciuit: Ar-
 rius in stercore volutat? deū sciuit? Pau-
 lus dicit d̄ seipso: deus scit: Arrius d̄ deo
 dicit: Ego noui. S; non arrius raptus in
 celum: q̄uis eum secutus sit qui tactatio-
 ne damnabili diuina presumeret dicens:
 Ponam thronum meum super nubes: et
Esa. 14. ero similis altissimo. Sicut em̄ ille dixit:
 Ero similis altissimo: sic arrius altissimū
 dei filium similem sui vult videri: quem
 nō diuinitatis eterne maiestate venera-
 tur: s; ex carnis infirmitate metit.

Sancti Ambrosij episcopi liber
 quintus de fide ad Gratianū Au-
 gustum: feliciter explicat.

Sancti ambrosij episcopi Mediolanensis: in libro primum de spiritu sancto ad Bratianum augustum prologus incipit.

Zeroboal sub ar-

boze: vt legim⁹ quercus: tritici messem cum virga cederet: accepit oraculum: vt a potestate alienigenarum in libertatem dei

 frequenter recreari. Sed quemadmodum mori
 potest spiritus vite? Ergo si mori non potest:
 causam non habet cur sepius sit creandus.
 Aut qui aliter putat: in illud sacrilegium inci-
 dit ut non distinguat spiritum sanctum quod prola-
 tium verbis putat in patrem redire: prola-
 tium spiritum in deum refundi: ut unum re-
 fusio sit et quaedam vicissitudo: in varias for-
 mas sese permittant: cum patris et filii et spiri-
 tus sancti manens semper immutabilisque di-
 stinctio unitatem suam teneat patris. Si quis

tamen propheticum dictum ideo diuina dicitur
 putat ad interpretationem spiritus sancti: quia
 habet: Annuncians in homines christum
 suum: is ad incarnationis dominice myster-
 ia dictum: facillime diuinaabit. Nam si te mo-
 uet quia spiritus dixit: et ideo hoc non putas
 diuina dicitur ad mysteria assumptionis humane:
 persequere scripturas: et inuenies optime con-
 gruere de christo: de quo bene conuenit estima-
 ri: quia firmavit tonitrua aduentu suo: vim
 videlicet et sonum celestium scripturarum: quarum
 velut quodam tonitruo mentes nostrae red-
 dunt attonite ut timere discamus: et reueren-
 tiam celestibus deferamus oraculis. Denique
 in euangelio fratres domini: filii tonitruum di-
 cebant. Et cum vox patris facta esset dicen-
 tis ad filium: Et honorificauit et iterum hono-
 rificabo: iudei dicebant tonitruum factum est
 illi. Nam licet gratiam veritatis haurire non
 possent: tamen constabant inuiti: et ignari
 mysterium loquebantur: eo quod magnum pa-
 tris de filio testimonium resultabat. In iob
 quoque libro scriptura dicit: Firmamentum
 quoque tonitruum sui quis scit quando fiet?
 Utique si ad haec commotionum celestium toni-
 trua pertinerent: non futura eorum firmamen-
 ta: sed facta dixisset. Ergo tonitrua ad ser-
 mones domini retulit: quorum in omnem ter-
 ram exiit sonus. Spiritum autem hoc loco
 animam quam suscepit rationabilem atque perfectam
 intelligimus: quia scriptura frequenter et ani-
 mam hominis spiritus vocabulo designauit.
 Sic habes: Qui creauit spiritum hominis
 in ipso. Unde et dominus animam suam spi-
 ritus appellatione significans ait: In ma-
 nus tuas commendo spiritum meum. Et ut
 scires: quia iesu domini descensionem memo-
 rauit: addidit: quod nunciaret in homines christum
 suum. Annunciauit enim in baptisma-
 te dicens: Hic est filius meus dilectus in quo
 bene complacui. Annunciauit in monte dicens:
 Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.
 Annunciauit in passione: cum sol recessit ma-
 ria terreaque tremuerunt. Annunciauit in cen-
 turione: qui ait: Elere dei filii? erat iste. To-
 niz igitur hunc locum aut ad simplicem intelle-
 ctum istius flatus qui viuendo haurit: aut
 ad mysterium dominici corporis referre de-
 bemus. Nam si hic creatus dixisset spiritum
 sanctum: utique et alibi idem scriptura decla-
 rare potuisset: sicut de filio dei frequenter le-
 gitur: quia secundum carnem et factus est et

Ps. 10.

Marc. 16.

Job. 12.

Job. 16.

Ps. 18.

Act. 23.

Marc. 16.

Matt. 17.

Matt. 27.

Abi. 7.

De spiritus sancto

Liber II.

creatus. Cuius tamen maiestatem in eo ipso
q̄ carne pro nobis suscepit considerare nos
cōuenit: vt diuinam potentiam in ipsa cor-
poris assumptione videamus.

**Creat pater dominice incarnatio-
nis sacramentum: creat z spiritus:
creat z filius. Ca. VIII**

Enim sicut legimus: quia creauit
e pater dominice incarnationis sacra-
mentum: creauit z spiritus: Ita eti-
am legimus: q̄ z suum corpus christus crea-
uit. Creauit em̄ pater: sc̄dm q̄ scriptur̄ est:
Bat. 4. Dominus creauit me. Et alibi: Misit deus
filium suum factum ex muliere: factum sub
lege. Creauit z spiritus: z illud omne myste-
rium: sc̄dm q̄ legimus: Quia inuenta ē ma-
ria in ytero habens de spiritus sancto. Ha-
bes quia creauit pater: creauit z spiritus san-
ctus: Accipe quia creauit z filius dei: dicen-
te salomone: Sapientia fecit sibi domum.

Ergo spiritus sanctus qui creauit dominice
incarnationis sacramentum q̄d super om-
nes est creaturas: quomō esse poterat crea-
tura: De generalitate autem supra ostendi-
mus: qz sc̄dm carnem creator est noster spiri-
tus sanctus in homine exteriorē: Nūc osten-
damus quia creator est noster: etiam sc̄dm
gratię sacramentum. Et sicut creat pat̄: ita
creat z fili: ita creat z sp̄s sanctus. Sic legi-
mus dicente paulo: Dei enim donum ē nō
ex operibus: ne quis glouetur. Ipsi em̄ su-
mus factura: creati in christo in operib' bo-
nis.

**Quia sicut pater z filius: ita z spi-
ritus sanctus regenerat. Ca. IX.**

Ergo creat pater i operibus bonis:
e creat z fili: quia scriptū est: Quot-
quot aut̄ eum receperunt: dedit eis
potestatem filios dei fieri his qui credunt i
nomine eius: qui nō ex sanguinib' neqz ex
voluntate carnis: neqz ex voluntate viri: s̄
ex deo nati sunt. Similiter ex spiritu secun-
dū gratiaz nos renasci: dominus ipse testa-
tur dicens: Qd̄ natū est ex carne caro est: qz
de carne natum est. Et qd̄ natū est de sp̄i-
tu: spiritus est: quia deus spiritus est. Noli
te mirari: qz dixi: oportet vos nasci denuo.
Spiritus vbi vult spirat z vocem eius au-
dis: s̄ nescis vnde veniat aut quo vadat: sic
est omnis qui natus est de spiritu. Claret
igitur spiritalis quoqz generationis aucto-
rem esse sp̄m sanctum: qua sc̄dm deum crea-

mur: vt filij dei simus. Ergo cum ille nos in
regnū suū per adoptionē sacre regeneratio-
nis assumpsit: nos ei qd̄ suū ē denegam'.
Ille nos sup̄ne regeneratiōis fec̄ heredes:
nos hereditatem vendicamus: refutamus
auctorem. S̄z nō pōt manere beneficiū: cū
auctor excluditur. Nec auctor sine munere:
nec munus sine auctore. Ab unus si vendi-
tas gr̄e: crede potētā. Si refutas potēti-
am: gratiam ne requiras. Qui christum ne-
gavit: statim amisit et nomen. Nam si au-
ctor vilis: quomō dona p̄ciosa? Cur nostris
ipsi muneribus inuidemus: sp̄e iminui-
mus? dignitatē repudiamus: solatorē negam'.
S̄z illū negare nō possum'. S̄z absit vt ne-
gem' qd̄ maximū ē: cū apostol' dicat: Vos
autē fratres sc̄dm isaac p̄missionis filij estis:
sed sicut tunc qd̄ sc̄dm carnē nat' ē perseque-
batur eum qui sc̄dm sp̄m: Itēz vtiqz sub
auditur de superioribus: qd̄ sc̄dm sp̄m natus
est. Qui ḡ sc̄dm sp̄m nascitur: sc̄dm deū na-
scitur. Renascimur autem quādo in interi-
ore renouamur affectu: z exterioris hominis
verustatē deponim'. Et ideo ait itēz ap̄s:
Renouamini spiritu mentis vestre z indui-
te nouū hominem qui sc̄dm deum creatus
est in veritate z iusticia z sanctitate. Audiāt
quēadmodū vnitatem diuinę opatiōis scri-
ptura signauerit. Qui renouat sp̄m mentis
induit nouum hominē qui sc̄dm deū creat'
est. Sancti igit' sp̄s opus est regeneratio
ista p̄statiōis: z noui hui' hominis qd̄ creat'
est ad imaginē dei auctor ē sp̄s: Quē vti-
qz meliorē hoc exteriorē eē nostro hoīe ne-
mo dubitauerit. Siquidē celestē alterum:
terrenū alter ap̄s significauit dicens: Qua-
lis celestis: tales z celestes. Ergo cū celestē
faciat gr̄a spiritalis: qd̄ terrenū creare pos-
sit: etiā sensu debem' aduertere: licet creda-
mus exēplis. Dicit em̄ alibi sanct' iob: U-
nit dñs qui sic me iudicat: z dipotēs qui ad
amaritudinē perduxit aliam meā: sp̄s autē
diuinus qui est in naribus meis. Nō vtiqz
sp̄m hic aurā vitalē hāc z spiramentū co: po-
reum designauit: sed nares hic interior' sui
hominis significat: quib' vtiqz odorē carpe-
bat eterne: z gr̄am celestis vnguenti: gemi-
nis quibusdam sensibus hauriebat. Sunt
eni nares spiritales: vt legim': quas habet
sp̄sa verbi cui dicit: Et odor naris tue. Et
alibi: Odorat' est domin' deus odorē sua-
uitatis. Sūt em̄ quēdam interioris mēbra

Bat. 4.
Matt. 1

Prover. 9.

Ep̄s. 2.

Job. 1.

Job. 7.

Ep̄s. 4.

1. Cor. 15

Job. 27.

Cant. 7
Sēc. 8

hois: cui? manus in actu: aures in auditu: pedes in processu quodam boni operis estimantur. Itaque ex officiis: veluti quasdam colligimus membrorum figuras. Neque enim in interiori homine secundum carnalia aliquid nos conuenit opinari.

Quia eadem verba quibus spiritibus inferiorum videre volunt: preeminentiam ostendunt patris et filii. La. X.

E sunt quidam qui corporaliter deum putent esse formadum: cum legunt aut manum eius aut digitum: Nec aduertunt quod hec non propter formam scripta sint corporis: quia in diuinitate nec membra nec partes sunt: sed propter unitatem diuinitatis expressam: ut credamus quia impossibile est a patre deo vel filium vel spiritum sanctum separari: cum plenitudo diuinitatis velut corporaliter habitet in substantia trinitatis. Ideo igitur et filius: pater dextera nuncupatur: sicut lectum est: Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. Sed quid mirum si de verbis amantes homines faciunt questionem: cum faciant et de syllabis. Sunt enim qui hinc putent faciendam esse distantiam: quo dicant in spiritu deus: non cum spiritu predicandum: et ex vna syllaba vel usu quodam diuinitatis estimandum putent esse momentum: argumentantes quod si in spiritu deum predicandum putent: ministerium sancti spiritus signare videantur. Si vero cum spiritu dicant dei vel virtutem esse vel gloriam: societatem quandam et communionem patris et filii et spiritus sancti designare videantur. Sed quis separet quod non potest separari? Quis diuidat societatem quam indiuiduam christus ostendit? Ite inquit baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. Nunquid hic circa patrem vel filium vel spiritum sanctum: aut verbum mutauit aut syllabas? Non utique: sed in nomine inquit patris et filii et spiritus sancti: idem de spiritu quod de patre et de se sonat: Unum nullum spiritus sancti ministerium: sed consortium magis honoris aut operis: cum in spiritu dicatur estimatur: considera et hic: quia ad patrem et filium hoc opinionis vestre preiudicium diuiniatur: quia hic non dixit: cum patris et filii et spiritus sancti nomine: sed in nomine: et tamen non ministerium aliquod trinitatis hac syllabe exprimitur: sed potestas. Denique ut scias quia fidei non preiudicat syllaba:

sed conuincat fides syllabam: et paulus loquitur in christo: Nec ideo minor christus est: quia paulus locutus in christo est: sicut habes: Loquam deo in christo loquimur. **Quæ** 2. Cor. 2. admodum igitur apostolus dicit: quod in christo loquimur: ita illud est: quod loquimur spiritu: sicut ipse apostolus dixit: Quia nemo dicit dominum iesum nisi in spiritu sancto. Non subiectio itaque hoc loco spiritus sancti: sed gratie copula designat. Et ut scias discretionem non esse de syllaba: Alibi quoque ait: **Et** hec quidem fuistis sed abluti estis: sanctificati estis: sed iustificati estis in nomine iesu christi et in spiritu dei nostri. **Quæ** 1. Cor. 12. multa possum hinc exempla proferre. Scriptum est enim: **Deus** vos unum estis in christo iesu. **Et** alibi: Sanctificatos in christo iesu. **Et** iterum: **Ut** nos essemus iusticia dei in ipso. **Et** alio loco: **Ut** excidant a fide quæ est in christo iesu. **Uerum** quid ago? Dum enim similiter dico scriptum esse de filio: quemadmodum de spiritu scriptum est: magis illud incurro: ut non quia de filio scriptum est: religiose dictum videatur esse de spiritu: sed quia idem de spiritu scriptum est etiam de filio propter spiritum obijciant derogatum. Dicunt enim: **Nunquid** de deo patre scriptum est? **Sed** accipiant etiam de deo patre dictum: **In** deo laudabo sermones: in deo laudabo verbum. **Et** alibi: **In** deo faciemus virtutem: **Et** in te commemoratio mea semper. **Et** in tuo nomine exultabimus. **Et** iterum alibi: **Ut** manifestetur opera eius: quod in deo sunt facta. **Et** paulus: **In** deo qui omnia creauit. **Et** iterum: **Paulus** et siluanus et timotheus ecclesie thesalonicensium in deo patre et domino iesu christo. **Et** in euangelio: **Ego** in patre et pater in me: et pater in me manet. **Scriptum** est etiam: **Qui** gloriatur in domino gloriatur. **Et** alibi: **Uita** autem nostra abscondita est cum christo in deo. **Nunquid** hic plus filio quam patri detulit: ut in deo nos diceret esse cum christo? **Aut** nunquid plus nostra conditio quam spiritus gratia sibi vendicat: ut nos possimus esse cum christo: spiritus sanctus esse non possit? **Aut** cum christus velit esse nobiscum: sicut ipse dixit: **Pater** quos dedisti mihi volo ut ubi ego sum et isti sint mecum: dedignetur esse cum spiritu? **Scriptum** est etiam: **Conuenientibus** vobis et meo spiritu cum virtute domini iesu. **Ergo** nos cum virtute domini conuenimus? et audemus dicere quod non lit dominus iesus cum spiritu conuenire: qui

Ps. 117.

Matt. 28.

1. Cor. 6

Gal. 3.

2. Cor. 11

Ps. 55.

Ps. 59.

1. Thessal. 1

Job. 14

2. Cor. 10

Col. 3.

Job. 17.

nō dedignatur cōuenire nobiscum? Nullas igitur distantiam putat apostolus: hac an illa syllaba vtaris. Syllaba em̄ cōiunctio nis est: coniunctio autem seiunctionem nō facit. Neq; enim si diuideret: cōiunctio dice retur. Quid igitur te mouet vt dicas: quia gloria est deo patri v̄ christo eius: vita: vir tus: magnificentia: potestas: in spiritu san cto: et nolis dicere cum spiritu sancto? An quia times ne spiritum cum patre et filio so ciare videar? Sed audi et de spiritu scriptū: **Ro. 8.** Lex enim spiritus vite i christo iesu. Et alibi deus pater dicit: Et adorabūt te et in te de p̄cabuntur. In christo orare nos debere de us pater dicit: et tu putas spiritui deroga ri: si i eo gloria christi esse dicatur? Audi qđ times de spiritu cōsiteri: nō timuisse de se si bi apostolū v̄dicare. Aut enim: Lupio dis solui et cum christo esse multo melius. Cum quo igitur est apostolus cū eo negas esse spi ritum: per quem apostolus meruit esse cū chri sto? Quę igitur ratio ē: vt in spiritu maus dicere qđ cum spiritu gloriam dei esse v̄ chri sti? An quia si dicas in spiritu: minor christi spiritu declares? Quāuis hoc refutabile sit vt maiore dominum facias et minorem: ta men cū lectus sit: Quia pro nobis peccatus factus est christus: vt nos essemus iusticia dei in ipso: ille inuenit potissimum: in quo sumus nos infirmi. Sic et alibi habes: Quia oia in ipso cōstant: hoc est in ei⁹ virtute. Nec cōpa rari possunt illi que in eo cōstant: qz ex vir tute eius vt cōstent substantiam cōsequūt. Nunquid igitur sic deum regnare vultis in spiritu: vt virtus spiritus regnandi deo p̄nci pium quasi fons quidam substantię largia tur? Sz hoc impiū est. Et ideo vt vnā p̄ris et filij et spiritus sancti maiores nostri dicerēt potestatem: cū spiritu gloriaz christi eē me morabant: quo indiuiduā copulā declara rent. Quomō enim separatur spūs sanctus a filio: cū ipse spiritus testimoniū reddat spi ritui nostro qđ sumus filij dei? Si autez filij et heredes: heredes quidē dei: coheredes au tem christi. Quis igitur tam amens qui cō iunctionem spiritus et christi dissociet sempiternam: cum spiritus etiam dissociata conne ctat: per quem christi efficiamur coheredes? Si tñ inquit compatimur vt glorificemur. Si nos ergo conglozificabimur cum christo per spiritū: quomodo et ipsum cōglozificare christo spiritū recusam? dissociam⁹ vitam

christi et spiritus sancti: cuius spiritus dicat: qđ simul victuri sumus cū dei filio? Dicit enim apostolus: Si autē mortui sumus cū christo: **Ro. 6.** credim⁹ qđ etiam simul viuemus cū illo. De inde alibi: Si enim cōpatimur inquit et con uiuemus: nec solū cōuiuem⁹: sed etiā cōglo rificabimur. Nec solū cōglozificabimur: sed etiā cōregnabim⁹. Non est igit in syllabis istis vlla discretio: vtracq; enim syllaba con iunctionis est. Deniq; sepe reperimus i scri pturis alterā interpositam: et alteram intel lectam: sicut scriptū est: Introibo in domū tuam in holocaustis: hoc ē cū holocaustis. Et alibi: Eduxit eos in argento et auro: hoc est cū argēto et auro. Et alibi quoq; ait: Nō egredieris in virtutibus nobiscū: qđ est cum virtutibus. Ergo cū et in vsu sermonis calū nia esse nō possit: et ex sermone calūnia diuinitati nō debeat excitari: opus ē vt ad iusti ciā corde credat: et ex fide cordis fiat ad salu tē i ore cōfessio. Sed qđ corde nō credūt calū nias struunt verbis. Deniq; simile illud est qđ aiunt discretionē esse: qz scriptū est: Nō bis aut vñ de⁹ pater ex quo oia et nos i illū: et vnus dominus iesus christus per quem omnia et nos per ipsū. Volūt em̄ cum dicit: ex illo: materiā designari. Cū dicit: per illū: qđdā vel instrumentū operis v̄ ministeriū declarari. Cū dicit autē: in illo: qđ aut loc⁹ si gnificet aut tēpus: in quo oia facta videan tur. Ita igit distantia quandam substantię pbare desiderant tanq; instrumentū ab au ctore: et tanq; tēpus aut locū ab instrumēto di rigere gestiētes. Nunquid ergo alien⁹ secundū naturā filius a patre: qz alienū instrumētuz ab operatore p̄prio vel auctore? Aut nūquid alien⁹ fili⁹ ab spiritu: quia ab instrumēti ge nere aut locus separatur aut temp⁹? Com para nūc assertiōes nostras. Illi volunt ex deo tanq; ex natura dei esse materiā: vt si dicas ex ligno arcaz esse factā: ex lapide sta tuam: ita ex deo materiā processisse: et eā dem materiā tanq; per instrumentū aliqđ factam eē per filiu: vt nō tam operatorem filium qđ instrumentū operis esse declarēt: et omnia ita facta in spiritu tanquā i aliquo loco facta vel tempore: singula singulis tribuunt: in cōmune omnia negant. Clerum nos ostendimus ita ex deo patre eē omnia vt nec amiserit deus pater quod vel per ip sum et in ipso omnia sint: nec tanquā ex ma teria ex ipso omnia sint. Ita quoq; per do

minū filium esse omnia: vt nō priuatus sit: eo q̄ ex filio sint omnia: Ita omnia eē i spiritu: vt doceamus omnia esse p̄ spiritum: et omnia esse de spiritu. Nam iste syllabę sicut ille de quibus superius diximus: se inuicem signat: Nō enī ita dixit apostolus: ex deo omnia et per filium omnia: vt separabilem substantiā patris filijq; signaret: S; vt in cōfusiōe distinctione: q̄ alius sit pater: ali⁹ sit filius doceret. Nō igitur tanq; cōpugnātes syllabę iste: sed tanquā socię atq; cōcordes sūt: vt etiam vni sepe conueniant: sicut scriptum est: Quia ex ipso et per ipsum: et in ipso oīa sūt. Qd̄ si vere cōsideres vnde trāslatum sit: de filio dictum esse nō ambiges. Dicit enim apostolus s̄m prophetiā esaię:

Ro. 11. Quis cognouit sensū domini: aut quis cōsiliari⁹ ei fuit? Et addidit: Quia ex ipso et per ipsum et in ipso omnia. Qd̄ esaias de opere omnium dixit: sic habes: Quis mēsus est manū aquā et celum palmo: et vniuersaz terram clausa manū? Quis statuit montes in libram: et rupes in statera? Quis cognouit sensū domini: aut quis cōsiliarius ei⁹ fuit? Et addidit apostol⁹: Quoniam ex ipso et per ipsū et in ipso omnia. Quid est ex ipso? Quod ex ipsius voluntate natura sit omnium: et ipse sit auctor omnium quę esse ceperūt. Per ipsum quid est? Quia per ipsū constitutio et perseverantia omnibus impertita videatur. In ipso quid ē? Quia omnia admirabili quodā desiderio et inenarrabili amore auctorem vitę et ministratorē gratię suę ac muneris intuentur: scdm̄ qd̄ scriptū est: Oculi omnium in te sperāt: et aperies manū tuam: et implebis oēm aliam bonā voluntate. De patre quoq; si dicas: Id̄ ex ipso: qz̄ ex ipso operatrix sapientia: quę et omnib⁹ ex sua et patris voluntate dedit eē quę nō erāt. Per ipsū: quia per sapiētiam eius facta sūt omnia. In ipso: qz̄ in ipso ē viuificatoriq; fons substantię:

Act. 17. in quo viuimus et sumus et mouemur. Ex quo quoq; per ipsū formati: in ipso roborati vitę capimus munus eterne. Cum hec igitur vel patri vel filio vel spiritui sancto cōuenire videant: nihil vtiq; humile in his certum est declarari: cum et ex filio dicam⁹ esse pleraq; et multa per patrē: sicut habes de filio dictum: Ut augeamur in ipso per omnia q̄ est caput christus: ex quo totum inquit corpus cōpactum et cōnexum per omnē iūcturam ministratiōis i mensurā vniuscuiusq;

partis augmentum corporis: facit in edificationē sui i charitate. Et iterum ad Colossenses de his qui nō haberent cognitiones vniuersi filij dei: Quia nō tenet inquit caput ex quo omne corp⁹ p̄ cōpagnationes et colligationes subministratum et copulatum crescit i incrementū dei. Caput enim christū eē ecclie sup̄ dixim⁹: Et alibi habes: Quia de plenitudine eius nos oēs accepimus. Et ipse dñs dixit: De meo accipiet et annūciabit vobis. Et sup̄ ait: Cognouit vultus eius se ex me. Similiter vt cognoscas vnitatem etiam de spiritu: dicitur: Quia qui seminat in spiritu de spiritu metet vitam eternam. Et iohannes ait: Ex hoc cognoscim⁹ quia in nobis est: qm̄ de spū suo dedit nobis. Et angelus dicit: Qd̄ em̄ ex ea nascetur de spū scō ē. Et dñs ait: Quia qd̄ natū ē de spiritu spirit⁹ est. Ergo sicut ex p̄re legim⁹ esse oīa: ita ex filio posse dici oīa: p̄ quę omnia sunt: et ex spū eē oīa: in quo oīa sunt: testimonijs edocet. Nūc cōsiderem⁹: vtrū per p̄rem esse aliquid docere possim⁹. S; scriptū ē: Paulus seruus xp̄i p̄ voluntatem dei. Et alibi: Jam nō seruus sed filius: si autem filius et heres p̄ deū. Et alibi: Sicut resurrexit xp̄s p̄ gloriā patris. Et alibi: de⁹ pater ad filium dixit: Ecce p̄seliti veniūt ad te p̄ me. Multa reperies alia si queras per patrē facta: Nūquid ideo minor pater: quia ex filio pleraq; esse legimus: et per p̄rem facta vlt̄ dicta plurima in scripturis celestibus reperim⁹? S; etiam similiter legimus facta pleraq; p̄ spiritum: sicut habes: Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Et alibi: Bonum depositū custodi p̄ spiritum sanctum. Et ad ephesios: Cōfortari per spiritum ei⁹. Et ad corinthios: Alij enim dat̄ per spm̄ sermo sapientie. Et alibi: Si autē p̄ spm̄ facta carnis mortificaueritis viuet. Et supra: Qui suscitauit christū ex mortuis viuificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem spm̄ eius in vobis. Sed fortasse dicat: Qst̄e de mihi specialiter lectum: qz̄ ex filio omnia vel ex spiritu omnia? At ego refero: vt et illi mihi lectum esse ostendant: quia per patrē omnia. Sed cum hec vlt̄ patri probauerim⁹ vel filio vlt̄ spū sancto cōuenire: nec vllā ex huiusmodi syllabis nasci posse diuine distantię potestatis: non est dubium: quia per quem omnia ex eo omnia: et ex quo omnia per eum omnia: et i quo omnia: per eum vel

Col. 2.

Job. 1.

Job. 16.
Luc. 8.

Gal. 6.

1. Job. 4.

Luc. 1.

Job. 4.

1. Cor. 1.

Gal. 4.

1. Cor. 2.

2. Timoth. 1.

Eph. 6.

1. Cor. 12.

Ro. 8.

et eo omnia esse intelligere debemus.

Quia vna voluntas: vna vocatio: patris et filij et spūs sancti. Ca. XI

Abnis enī creatura et ex voluntate et operatione et in virtute ē trinitatis: sicut scriptū est: Faciam hominē

ad imaginē et similitudinē nostram. Et alibi:

Verbo dñi celi firmati sunt et spūs dñs eius

ois virtus eorū. Nec solū vna opatio ē vbi

et patris et filij et spūs sancti: sed etiā vna atq;

eadē voluntas: vna vocatio: vna pceptio:

quod liquet in illo magno ac salutari ecclesie

spectare mysterio. Sicut enim pater vocauit

gentes ad ecclesiam: dicens: Vocabo non

plebē meā: plebē meā: et nō dilectā dilectā.

Et alibi: Domus mea domus oratiōis vocabit̄ oib; gentib;: Ita etiā dñs iesus ad

vocandā et cōgregandā eccliam: paulum a se dicit electū: sicut habes ad ananiā dictū

a dño iesu: Uade quoniam vas electiōis est mihi

hic ad sufferendū nomē meū corā gentib;.

Sicut et pater deus vocauit ecclesiam: ita vocauit et christus. Et quēadmodū christus vocauit: ita vocauit et spūs dicens: Separate

mibi paulū et barnaban̄ in opus quo vocauit eos. Tunc ieiunātes inquit et orantes imposuerūt eis manus et dimiserūt eos. Ipsi autē

missi ab spūs sancto deuenerūt in se leutiā. Ergo nō solum christi sed etiā spūs sancti imperio apostolatū paulus accepit: et ad congregationē gentiū festinauit. Nec solū paulus: sed etiā petrus: sicut legimus in actib; apostolorū: Nam cum in oratione vidisset celum apertum et quattuor iniūis ligatum vas quoddā tanquā lintheamē in quo erāt omnia genera quadrupedū et ferarū et volucrum celi: facta est vox ad eū: Surge occide et mādūca. Et petrus dixit: Absit dñe nunquā mādūcaui cōmune et immūdū. Et vox rursus ad eū: Quē deus mundauit tu cōmune ne dixeris. Hoc autē factū ē per te et receptū est vas in celo. Ergo cum hoc secum petrus tacite cogitaret: et venissent ad eū corneliū seruūli ab angelo destinati: ait illi spiritus: Ecce viri querūt te: surge itaq; et descēde et vade eū eis ne dubitauerit quoniā ego misi illos. Evidenter exp̄ssit suā sancti spūs potestātē: Primo omniū: quia aspirauit oranti: affuit deprecanti. Deinde quoniā vocatus petrus r̄ndit: dñe: Et ideo secūdo euidenti: us meruit oraculum: quia cōfessus ē dominū. Sed quis iste sit dñs scriptura declarat. Re-

spōdētī em̄ is vtiq; cui respōderat loquebatur. Spiritum autē ostendit sequētia declaratum: quia ipse qui mysterium figurabat: mysteriū reuelabat. Simul illud aduertet: quia tertio repetita figura mysterij: operationē trinitatis expressit. Et ideo in mysterijs interrogatio trina defertur: et confirmatio trina celebrat. Nec potest quod nisi trina confessio purgari. Cui ipse petrus in euangelio trino interrogatus: vtrum diligat dominū: vt trina responsione vincula quę dñm negando ligauit: absolueret. Tūc deinde quod ad corneliū angelus mittit: petrum spiritus sanctus alloquitur. Oculi enim domini sup̄ fideles terre. Nec illud ociosum: vt cū i superiorib; promississet: quod deus mundauit: tu ne cōmune dixeris: subito decidit sup̄ gentes vt mūdaret eos spūs sanctus. Unde ostendit operatio spiritus: operationē esse diuinā. Petrus autē missus ab spiritu: non expectauit imperiū dei patris: sed ipse quoque spiritus illud cōfessus oraculū: ipsius spiritus gratiam esse testatur dicens: Si ergo eandē gratiaz illis cōcessit deus: sicut et nobis: ego quod es erā qui prohiberem deū? Spiritus ergo sanctus est qui nos ab illa gentili colluione mūdauit. In illis enim generib; quadrupedū et ferarū et volucrum: figura erat conditionis humane: quę ferarū modo bestiali videtur induta sententia: nisi spiritus sanctificatione mitescat. Bona ergo gratia quę ferinaz rabiem: spiritali simplicitate cōmutat. Eramus enim et nos aliquando insipientes: increduli: errantes: seruientes desiderijs et voluptatibus varijs: Hunc autē per renouationem spiritus heredes christi: angelorum cepimus eē cōheredes. Itaq; spiritu vidēs dauid sanctus propheta ex feris nos similes futuros esse celestium ait: Increpa feras silue: siluam videlicet significans nō ferarū fragosam cursibus: nec bestiarum gemitibus inhorrentem: sed illam siluam de qua scriptuz est: Inuenimus eam in campis silue. In qua sicut dixit propheta: Iustus vt palma florebit: et velut cedrus que in libano est multiplicabitur. Illa silua quę verbi celestis alimoniam prophetarū virtutib; arborum concussa defluxit. Illa silua ad quā paulus lupus quidem raptor introiuit: sed pastor exiuit. In omnē em̄ terrā exiuit sonus eorū. Eramus ergo feres: et ideo dicit dominus: Attendite vobis a falsis prophetis qui veniūt i

Act. 16.

Act. 22.

Act. 2.

Act. 56.

Act. 9.

Act. 13.

Act. 16.

Act. 12.

Ep̄. 2.

Ps. 67.

Ps. 131.

Ps. 91.

Ps. 12.

Matth. 7.

vestitu ouiu: int' aut' sut lupi rapaces. Sz p
spmscm ia leonu scuitia: pardoz varietas:
tigrui astutia: lupoz rapacitas: de nostris
exoleuit affectibus. Abagna igit' gra: q' celo
terras mutauit: vt puerfatio nra sic apls di
xit in celis sit: qui ante sicut fere errabamus
in siluis. Sed nec hoc loco tantu petr' apls
s' etiā alibi in eodē libro spūscō edificatam
eccliam demonstrauit. Habes em dixisse est:

Act. 15.

De' qui nouit corda hoim testimoniū phi
buit dās his spmscm sic r nobis: r nihil dis
creuit inter nos r illos: mūdans per fidē cor
da eoz. In quo illud ē p̄uendum: qz sicut
xps lapis est angularis qui vnitatē plebis
vtriusqz cōnexuit: ita etiā spiritussanct' nō
discreuit vtriusqz ppli corda sed iunxit. Non
ḡ tāqz iudeus cōtēnas filium quē annūcia
uerunt pphete: cōtēnas etiā spmscm: cōtē
nas hieremiā quē de lacu iudaice dom' ille
assūpt' a dño pānis r funib' eleuauit: Cler
bum enī ppheticū despiciēs in lacū demer
serat ppls iudeoz. Nec quisqz inuent' est de
iudeis qui leuaret pphetā: s' vnus ethiops
abdemelech sicut scriptura testat. In q' noie
figura pulcherrima ē: qz sermonē ppheticū
quē iudei velut in cenū suę mentis carnisqz
detruserant: nos videlicet ex gentib' pecca
tores: nigri ante delictis r quōdā infructuo
si eleuauim' de p̄fido. Scriptū ē em: Ethio
pia p̄leuabit manus suas deo. In q' sanctę
ecclie species significat: quę ait in canticis
canticoz: Nigra sum r decora filia hierlm.

Diere. 38.

Nigra per culpā: decora p graz: nigra p cō
ditionē: decora p redēptionē. Aut certe ni
gra exercitiū sui puluere. Nigra ḡ duz p̄liaf:
decora dū victorie suę insignib' coronatur.
Et bene funibus leuat' ppheta. Fidelis enī
dixit: Funes ceciderūt mibi in p̄claris. Bñ
pānis: qz ipse dñs excusantib' his qui p̄mo
ad nuptias vocati fuerāt: ad exit' viāz mi
sit: vt q̄tquot inuenirentur r boni r mali ad
nuptias vocarent. His itaqz pannis pphē
ticum verbum leuauit e cenō.

Ps. 67.

Quia sicut pater nouit filiū r filiū
patrē: sic spūs patrē r filiū. Et sicut
pat' reuelat nobis q̄ sua sūt: sic r fi
li': sic r spūs reuelat nobis. Ca. XII

Cant. 1.

His ḡ r tu abdemelech: h' ē assūpt'
e a dño si de p̄fundo gētilis ip̄uden
tię leuaueris dei verbū: si crediderit
qz nō fallit: nō p̄terit' dei fili': nō ignorat q̄
futura sūt: nō fallit etiā spūssanct': de q' dic

Ps. 15.

Quia sicut pater nouit filiū r filiū
patrē: sic spūs patrē r filiū. Et sicut
pat' reuelat nobis q̄ sua sūt: sic r fi
li': sic r spūs reuelat nobis. Ca. XII

Quia sicut pater nouit filiū r filiū
patrē: sic spūs patrē r filiū. Et sicut
pat' reuelat nobis q̄ sua sūt: sic r fi
li': sic r spūs reuelat nobis. Ca. XII

dñs: Cū venerit aut' ille spūs veritatē dedit
et vos i oēm veritatez. Qui dic oēm: nihil
p̄terit: nō diē: nō horam: nō p̄terita: nō fu
tura. Et vt scias: qz oia nouit: r futura an
nunciat: r vni' ē scie cuz p̄fe r filio: audi qd
dicat de eo dei veritas: Non em loquit' a se
metipso: s' q' audit loq̄tur: r q' eueniēt annū
ciabit vobis. Itaqz vt aduertat quia nouit
oia: cū diceret fili': De die autē illa et hora
nemo nouit: neqz angeli celoz: exceptit spm
scm. Si aut' except' ē spūssanct' ab ignoran
tia: quō si except' ē dei fili': Sz dic: Quia
cū angelis annumerauit r dei filiū. Annu
merauit quidē filiū: s' nō annumerauit spm:
Aut fatere igit' potiorē esse spm dei filio: vt
iā si q̄si solū arrian': s' etiā q̄si forintan' loq̄
ris: aut agnosce q' referre debeas q' nescire
filiū dixit. Etenī quasi hō annumerari crea
turis potuit qui creator ē. Si vis dicere:
qz nouit oia: r p̄scientiā habet oim dei fili'
futuroz: q' filio icognita putas: ea d' filio spi
ritussanct' accepit. Accepit aut' p vnitatem
substātie: sicut accepit a p̄fe fili'. Ille inq̄t
me clarificabit: qz de meo accipiet r annun
ciabit vobis. Oia quęcunqz habet p̄f mea
sunt: propterea dixi: de meo accipiet r an
nunciabit vobis. Quid igit' hac euidenti'
vinitate: q' habet pat' filij sūt: q' habet filius
accepit r spūs. Accipe tñ: quia nouit: iudiciū
diē fili'. Lectū ē in zacharia: Et veniet dñs
de' me' r oēs sancti cuz eo. In illa die non
erit lumē s' frigus r gelu: Et erit dies vna: r
dies illa nota dño. Hęc igit' dies nota dño:
qua venit cū sanctis suis: secūdo nos illu
minaturus aduentu. Sz qd orl sumus de
spū psequamur. Habes em in eo qd p̄tuli
mus exēplo: qz fili' dicit de spū: Ille me cla
rificabit. Clarificat ḡ r spūs filiū: sicut clari
ficat pat': s' etiā spm clarificat dei fili': sic sup̄
dixim'. Non ē ḡ infirm' q' redimit claritatē
p vnitatē lucis eterne. Nec inferior scōspūs:
cui' hoc ipm ē q' clarificat ab spū. Assumerit
ḡ r tu si credas: qz hoc locut' ē spūs: qd locu
tus ē pat': qd locut' ē fili'. Deniqz paul' iō
assumpt' est: qz sic credidit sic docuit: qz qd
oculus nō vidit nec auris audiuit quę p̄pa
rauit de' diligētib' se: nobis reuelauit p spm
suū: sic scriptū ē. Et iō reuelatiōis spūs dñs:
sicut habes: Dat em deus sic p̄paratibus se
spm sapientię r reuelatiōis in cognitōe ei'.
Vnitas igitur ē scie: qñ sicut pater reuelat
qui dat spm reuelationis: sic reuelat r fili':

Job. 16.

Dant. 7.

Job. 16.

Zacharie. 14.

Job. 16.

Matth. 11. qz scriptū ē: Nemo nouit filium nisi pater: Necqz patrem quis nouit nisi filius z cui uoluerit filius reuelare. Plus dixit de filio: nō q plus habeat qz pater: sed ne minus habere credat. Nec imerito sic reuelat patres q sic nouit ptes: quēadmodū filiū pf nouit.

1. Cor. 2. Accipe nūc qz deū patrē nouit z spūs. Scriptū ē em: Quia sic ea q hoīs sunt nemo nouit nisi spūs q in ipso ē: sic z q dei sūt nemo cognouit nisi spūs dei. Nemo inqt coguit nisi spūs dei: Nūquid exclusus ē dei filius? Nō utiqz: qz nec spūssanct⁹ exclusus ē: cū dicitur: Necqz patrē qz nouit nisi fili⁹. Ergo vni⁹ et pat⁹ z fili⁹ z spūssanct⁹ z nature sūt z sciētē. Necqz cū oibus q p filiū facta sūt scūs ānūmerādus ē spūs: cū deū patrē nouerit: quē sicut scriptū est: quis pōt nosse nisi fili⁹: s et spūssanct⁹ nouit. Quis g cū dicit vniuersitas creaturaz: nō spūssanct⁹ cōprehendit? Nūc uelim rñdeat: quid ē i hoīe qd cognoscat que sūt hoīs? Utiqz rōnabile qd cetera aīe virtutib⁹ supeminet qd p̄cipue natura hoīs estimat. Quid est igit spūs q alta dei nouit: per quē de⁹ oipotēs reuelat? Nunqd plenitudine diuinitatis inferior ē: q eiusdē cū patre substātie etiā hoc exēplo p̄batur? Aut aliquid ignorat qui nouit p̄silia dei: et mysteria ei⁹ abinitio abscondita? Quid ē qd nesciat: qui nouit oīa q dei sūt? Spūs enī etiā alta dei scrutat: Ac ne putes q scrutet incognita: z ideo scrutet vt discat id qd ignorat? Ante p̄missit: qz reuelauit nob de⁹ p spm̄ suū: simul vt disceres: qz nouit spūs q nobis p ip̄m spm̄ reuelant. In posteriorib⁹ ait: Quis em̄ scit hoīm q hoīs sūt nisi spūs qui in ipso ē? Sic z que dei sūt nemo cognouit nisi spūs dei. Ergo si hoīs spūs nouit q hoīs sūt: z anteqz scrutet nouit: pōt ne aliqd dei eē qd spūs dei nesciat? De q nō ocio se ap̄ls dixit: Que dei sūt nemo coguit nisi spūs dei: vt nō scrutādo coguerit: s nouerit p naturā. Nō q accidēs in eo scia diuinorū s cognitio natural sit. Uex si te mouet: qz dixit: scrutat: accipe qz id qz de deo scriptū ē: eo q sit scrutator cordis z renū. Ip̄e enim dixit: Ego sū scrutās corda z renes. Etiam de filio dei habes ad hebreos: Qui scrutator ē animi z cogitatiois. Cū liqz: qz nemo inferior: superioris scrutat interna. Diuine em̄ soli⁹ ē ptātis: occulta nouisse. Similiter g scrutat spūssanct⁹ vt pat⁹: sicut vt fili⁹ scrutat: cuius pprietate sermonis id exp̄m̄ vt

videat nihil eē qd nesciat quē nihil p̄terit. Deniqz ille elect⁹ a xpo: instruct⁹ ab spū est. Nā sicut ipse testat: Per spm̄ diuini cognitionē cōsecutus arcani: ostendit qz z nouit spūs dñi: z ea nobis que dei sūt spūs reuelauit: sic reuelauit z fili⁹. Et addidit: Nos autē nō spm̄ hui⁹ mundi accepim⁹ s spm̄ q ex deo ē: vt sciam⁹ q a deo donata sūt nobis: q z loquimur: nō in suauorū hūanę sapientie verbis s in ostensioe spūs z virtute dei. Probatū est igit: qz sicut de⁹ nouit que sua sūt: ita z fili⁹ q dei sūt: ita etiā spūs reuelauit. Ex vno em̄ spū p vnū filiū: in vnū patrē cognitio nra p̄cedit. Ex vno p̄e p vnūz filiū in vnū spm̄scm̄. Bonitas z sanctificatio z impiale ius: ceterę tradit ptātis. Ubi g ostētio spūs: ibi dei virtus: nec pōt eē discretio: vbi opus vnū ē. Et id qd loquitur fili⁹: loquit z pater: z qd pater loquitur: loquitur fili⁹. Unde z de spū fili⁹ dei dixit: Nō em̄ loquit a se: hoc ē nō sine mea z p̄is cōione. Necqz em̄ diuisus ac septir⁹ ē spūs: sed que audit loquitur: audit uidelicet p vnitatē subē z pprietatē scē. Necqz enī foraminib⁹ aliqbus corpilibus recipit auditū: et quibusdā diuina modulis carnalib⁹ vox resultat: vel audit id qd ignorat: qm̄ in rebus humanis sciam p̄terit⁹ audit⁹ opatur: z tñ nec i ip̄s hoīb⁹ semp colloquū corpale aut carnalis auditus ē. Qui enī loquitur linguis nō hoīb⁹ iquit loquit s deo. Nemo enim audit: spiritu enim loquitur. Ergo si in hominibus nō semp audit⁹ ē corpalis: in deo tu infirmitatis humane sonit⁹ z quedā organa exigi carnalis audit⁹: cū id audire dicat vt scire credat? Nos em̄ id scimus qd audierimus: z ante audim⁹ vt scire possim⁹? In deo aut qz nouit oīa antequā fiant: scia p̄cedit auditū. Itaqz vt qd velit pat⁹ filiū nō ignorare dicam⁹: audisse memoram⁹. S; in deo nō son⁹ neqz syllaba q significare solent indicū volūtātū: s volūtatis vnitas diuinis quidem intelligit arcanis: nostris autē significat indicū. Quid ē g: nō em̄ a se loquitur: hoc ē nō sine me loquitur: qz loquitur veritatē: sapiam aspirat. Nō sine p̄e loquitur: qz dei spūs ē: nō a se audit: qm̄ ex deo oīa. Oīa accepit a p̄e filius: qz ipse dixit: Oīa mihi tradita sūt a p̄e meo. Oīa p̄is habet fili⁹: qz itez ait: Oīa q pat⁹ habet mea sūt. Et q accepit ip̄e p vnitatem nature: ex ipso per eandē vnitatē accepit spiritus: sicut ip̄e

1. Cor. 2.

Job. 16.

Matth. 11.

Job. 16.

Job. 16. dñs iesus declarat d̄ spū suo dicēs: Propte
rea dixi d̄ meo accipiet ⁊ annūciabit vobis.
Quō ergo loquitur spūs filij ē: qđ dedit fili⁹
p̄tis ē. Ita nihil a se aut filius loquitur aut
spūs: qz nihil extra se trinitas loq̄tur. Quō
si ad infirmitatē spūssancti ⁊ quādam corpō
reꝝ similitudinē vilitatis id diriuare p̄tendas:
etiam ad filij iniuriā diriuabis: qz ⁊ de se fi-
Job. 5. lius dixit: Sicut audio iudico. Et nō potest
aliquid facere fili⁹ nisi qđ viderit facientem
patrē. Si em̄ verum est: verum est qđ dixit
filius: Quia quę pat̄r habet mea sunt: ⁊ scōm
diuinitatē vnū ē cum patre fili⁹: vnuz p̄ sub-
stātiā naturalē: Nō vn⁹ scōm sabellianā su-
pbiam. Quō vnū itaqz ē p̄ substātię pprieta-
tē nō pōt separari: ⁊ iō nō pōt fili⁹ facere nisi
qđ audierit a patre: qz in eternū est perma-
nēs dei verbū: nec vnqz pater a filij opera-
tiōe diuiditur: ⁊ qđ opatur fili⁹ scit patrem
velle: ⁊ qđ vult pater: filius nouit operari.
Deniqz nē vl̄ in tēpore vl̄ in ordine aliquaꝝ
inter patrē ⁊ filiū putares opis distantiam:
s̄ eiusdē opatiōis crederes vnitatē: Et opa-
inqt̄ quę ego facio ip̄e facit. Et rursus ne di-
scretionē aliquā in operis distinctione sen-
tires: sed idē velle: idē facere: idē posse p̄fēz
⁊ filiū iudicares: dic̄ tibi sapia de p̄fē: Quę
Job. 5. cūqz em̄ ille fecerit eadē ⁊ fili⁹ facit s̄c̄r. Non
ḡ alicui prior vl̄ secūdus ē act⁹: s̄ idē vnus
opatiōis effect⁹ ē. Et iō nihil a se posse facē
fili⁹ dic̄: qz a p̄fē nō pōt ei⁹ opatio separari.
S̄c̄riter ⁊ spūssancti opatio nō secernit̄. Vñ
etiā ea quę loquit̄ audire a p̄fē dic̄. Quid
si doceo: qz ⁊ pat̄r audit filiū: sicut ⁊ filius au-
dit patrē: Habes em̄ scriptū in euāgelio: qz
Job. 11. dicit fili⁹: Pat̄r: gr̄as tibi ago qz audisti me.
Quō audiuit pat̄r filiū: cū fili⁹ nihil ad p̄fēz
in superioribus de lazaro sit locut⁹: Ac ne pu-
tares: qz semel a p̄fē auditus ē fili⁹ addidit:
Et ego sciebā: qz semp̄ me audis. Ergo non
subiectę obediētie s̄ vnitatis audit⁹ ē sem-
pitnē. S̄c̄riter igit̄ ⁊ audire a p̄fē spūs: ⁊ cla-
rificare filij dic̄. Clarificare iō: qz docuit
nos spūssanct⁹ filiū dei imaginē eē inuisibil̄
dei: ⁊ splendorē gl̄e: ⁊ characterē sub̄ ei⁹.
Spūs em̄ ⁊ in p̄riarchis ⁊ in p̄phetis locu-
tus ē ⁊ ap̄st̄is. Deniqz tūc p̄fectiores eē cepe-
rūt: posteaqz sp̄m acceperūt. Nulla ḡ distan-
1. Cor. 12. tia diuine virtutis ⁊ gr̄e. Nā licet diuisiones
gr̄arū sint: idē tñ spūs: ⁊ diuisiones misteri-
orum sint: idē aut̄ dñs: ⁊ diuisiones opatio-
num sint: idē tñ de⁹ qui opat̄ oia in omnib⁹.

Diuisiones aut̄ sunt muney: nō separatiōes
trinitatis. Deniqz idē ē de⁹ qui opat̄ oia in
oibus: vt scias qz nō ē discretio opatiōis in-
ter deū patrē ⁊ sp̄m sc̄m: qñ ea q̄ opatur spi-
ritus: opetur ⁊ p̄fē de⁹: qui opatur oia i oib⁹.
Nā cū opetur oia in oibus: alij tñ datur per
sp̄m sermo sapię: alij sermo scię s̄m eūdē spi-
ritū: alteri fides in eodē spū: alij gr̄a curati-
onū i vno spū: alij opatio virtutū: alij p̄phe-
tia: alij discretio spiritū: alij gn̄a lingua-
rū: alij interpretatio sermonuz. Hęc oia opat̄
vn⁹ atqz idē spūs diuidēs singlis put̄ vult.
Nō ē ḡ dubiū quin ea q̄ opetur p̄fē: opatur ⁊
spūs. Nec ex p̄cepto sicut qui corporaliter au-
dit vt operet̄: s̄ ex voluntate q̄ sui est liber
arbitrij: nō aliene famulus p̄tatis. Nō eniz
quasi iussus obtemperat: s̄ qñ largitor sue
moderator ē largitatis. Eide nūc interim:
vtrū oia opari dicas sp̄m: quę opat̄ et pat̄.
Negare tñ si potes: qz opat̄ p̄fē q̄ spūssanct⁹
opat̄: alioqn̄ nō oia opat̄ pater: si non opat̄
q̄ opat̄ ⁊ spūs. Quō si qua operat̄ spūs: opat̄
⁊ pat̄: cū spūs opationes suas p̄ voluntate
sua diuidat: necesse est id qđ diuidit spūs:
aut inuito patre deo dicas eū ex voluntate
diuidere: aut si idē velle dixeris p̄fem quod
vult spūssanct⁹: necesse ē vt vnitatē volun-
tatis opatiōisqz diue vel iuit⁹ vl̄ si nō corde
saltem ore fatearis. Quō si ⁊ vn⁹ voluntatis
⁊ opationis est cū p̄fē deo spūssanct⁹: vnus
etiā sub̄ est: qñ ex opib⁹ suis creator agno-
scit̄. Idē igit̄ spūs: idē inquit̄ dñs: idē inqt̄
de⁹: Et sp̄m si dicas sc̄m: ⁊ dñm si dicas: idē
ē: ⁊ si deū dicas idē est. Nō idē vt ipse pat̄:
ip̄e fili⁹: ip̄e spūssanct⁹: s̄ qz ⁊ pat̄ ⁊ fili⁹ eius-
dem ē p̄tatis. Idē ḡ ē per substātiā atqz vir-
tutē: qz nō ē in d̄nitate vl̄ sabelliana p̄fusio
vl̄ arriana discretio vel trena corporalisqz mu-
tatio. Accipe aliud scē impator: i cā validū
s̄ tibi notum. Multifarie inqt̄ ⁊ mult̄ mo-
dis etiā de⁹ locut⁹ ē patrib⁹ in p̄phetis. Et
sapia dei dixit: Adittā p̄phas ⁊ ap̄st̄os. Et
alij dat̄ sicut scriptuz ē p̄ sp̄m s̄mo sapiētie:
alij sermo scię s̄m eūdē sp̄m: alij fides i eo-
dē spū: alij gr̄a curationum: alij opatio v̄tu-
tis: alij p̄phetia. Ergo s̄m ap̄st̄m non solū p̄
patrē ⁊ filium sed etiā per sp̄m sc̄m p̄phetia
⁊ diuinū mun⁹ vna ē gr̄a. Habes ḡ qz etiā
spūs auctor ē p̄phetaz. Apostoli quoqz vi-
serunt: Quisum est spirituisancto ⁊ nobis.
Et cuz dicunt: visum: nō solū operatorē gr̄e
s̄ etiam auctorem impatē executōis ostēdit.

Dei. 1.

Act. 17.

De Spiritu Sancto

Liber II

Sicut eni de deo legimus: placuit deo: ita etia cu dicit: qz visuz est spu sancto: arbiter suę exprimit potestatis. Et quod no arbiter: qz ea que vult loquit: que vult madat: Sic mandat pater: mandat z filij. Sicut eni au diuit paulus vocē dicentē sibi: Ego sum in quit iesus que tu persequeris: ita etia spiri tus paulū z syla vetuit ire i bithiniā: Et sic pater locut' ē per prophetas: ita etia de spi ritu agab' dicit: Hec dicit spiritus sanct' virū cui' est zona h sic alligabūt eū i hierlm. Et sicut misit sapia aplos dicēs: Ite in orbem vniuersum z pdicate euāgelium: sic z spūs sanctus dicit: Separate mihi paulū z bar naban in opus quo vocaui eos. Itaqz per missi a spūs sancto: qd infra scptura indicat: nullā discretionē inter ceteros habuerunt aplos: quasi aliter a pfe deo: aliter a spiritu mitterent. Deniqz cu paulus missus esset a spiritu: z vas electiōis erat christi: z deū i se operatum esse cōmemorat dicēs: Qui eniz operatus ē petro in apostolatū circumcisio nis: opatus est z mihi ad gētes. Luz igitur idem sit operat' in paulo qui ē operatus in petro: hoc vtiqz ostendit qd spūs sit opatus i paulo qd etia i petro spūs sanct' opatus sit. Sz z deū patrē in se opatus petrus ipse te statur: sicut ē in actib' apostolorū: quia sur gens petrus dixit ad eos: Viri fratres vos scitis qz a diebus antiquis in nobis de' ele git ex ore meo audire natiōes verbum euā gelij. Ecce igit in petro de' gām pdicatio nis opatus ē. In quo vtiqz cu per christum electus sit z assumpt' ad operationē christi: quis audeat diffiteri cum ipse dominus di cat: Pasce agniculos meos? Una igit ope ratio patris z filij z spūs sancti. Nisi forte h putetis q negatis eiusdē erga aplos operi vnitatē: ideo operatū patrē: iō opatū spm scm in petro in quo filij opatus fuerat: qua si ei filij operatio minime redūdaret ad gra tiā. Et iō ne velut adiunctis atqz collat' vi rib' patris z filij z spūs sancti opationē fuis se multiplicē: ne ad cōfirmandū petrū chri sti solius opatio vacillaret: Nec solum vna opatio in petro patr' z filij z spiritus sancti: sed etia in oib' aplis diuine opationis vni tas reuelat: z quedā supne cōstitutiōis au ctoritas. Opatio em̄ dina habet impiuz nō habet misterij. Neqz em̄ cu opat' de' aut la bore aliq' extēdit aut arte: s' dixit: et scā sūt. Dixit: fiat lux: z facta ē lux. In pcepto em̄

dei opatiōis effect' ē. Hāc igit regalē qndā etia scōspūi ptatē scripturarū testificatione delatā si velim' aduertere: facile possumus reperire: omnes apostolos: non solū christi fuisse discipulos: sed etia patris z filij z spūs sancti ministros. Sicut etia doctor gen tiū docet dicēs: Quosdā qdē posuit de' in ecclia: primo aplos: secundo pphetas: tertio doctores. Deinde vtutes: gām curationū: opitulatiōes: gubernatores: genera lingua rum: zc. Ecce deus posuit aplos: posuit p pphetas atqz doctores: dedit curationū gāz: quā supra habes dari p spm scm: dedit gene ra linguarū: s' tū nō oēs apli: nō oēs pphē: nō oēs doctores. Nō oēs inquit habēt gra tiā curationum: neqz oēs inquit linguis lo quūtur. In singulis enim hoibus vniuersa dona dina eē nō possūt: p captu vnusqzqz id accipit quod aut desiderat aut meretur. Sed nō hui' infirmitat' similis potētia tri nitatis: q̄ omniū munifica gāz est. Deniqz posuit aplos de': hos quos de' posuit in ecclia xps elegit z aplos ordinauit: z i orbē direxit dicēs: Ite in orbē vniuersū z pdica te euāgelij omni creature: z q crediderit et baptizat' fuerit salu' erit. Qui vero nō cre diderit dānabit. Signa autē credentes ista sequent. In noie meo demonia eiciēt: lin guis loquēt nouis: serpentes tollent. Et si mortiferū qd biberit: nō eis nocebit: super egros man' imponēt z bene habebūt: Ec ce doctores posuit pater: posuit etiam xps in ecclesijs. Et sicut pater dat gratiam cura tionū: ita dat z filius. Sicut pat' dat donā linguarū: ita largit' z filij. Similiter de scōspū sup accepim': qz eadē gāz genera largiat'. Dat em̄ inquit p spm alij gā curationum: alij gā linguarū: alij pphetia. Ergo eadem dat spūs q dat pfr: dat etia filij. Accipiam' nūc expressius qd supius plibauim': qz idē qd pfr z filij etia spūs sanct' mandet officiū: eosdēqz cōstituat. Dicit em̄ paul': Attēdite vobis z omni gregi in quo posuit vos spūs sanct' episcopos regere ecclesiam dei: Vni tas igit imperij: vnitās cōstitutiōis vnitās largitatis. Nam si constitutionem separet et potestātē: que erat causa vt quos posue rat apostolos christ': poneret deus pat' po neret z spūs sanctus: nisi forte vt hoies tan quam in consortio possessionis au tioris p iudicium verebantur. Et ideo diuidebatur operatio: destruebatur imperium. Hec iter

Act. 9.
Act. 21.
Act. 13.
Gal. 2.
Act. 15.
Act. 1.

1. Cor. 12.

Marci. 16.

Act. 10.

iplos homines angusta sunt et minuta qui plerumque tamen etiam si operatione non congruunt: congruunt voluntate. Unde quidam interrogatus quid amicus esset: ait inquit ego. Si ergo homo amicum ita definiuit ut alterum se esse diceret: per unitatem videlicet amoris et gratie: quantomagis in patre et filio et spiritu sancto unitatem maiestatis estimare debemus: cum per eandem operationem ac diuinitatem vel unitas vel certe id quod amplius est $\tau\epsilon\upsilon\tau\omicron\upsilon\mu\omicron\varsigma$ sic grece dicitur exprimat. $\tau\epsilon\upsilon\tau\omicron\upsilon\mu\omicron\varsigma$ enim idem significat: eo quod idem habeat et pater et filius et spiritus sanctus: ut idem velle et idem posse non ex affectioe sit voluntatis sed in substantia trinitatis. Hec est apostolice fidei et deuotionis hereditas quam habet ex ipsorum apostolorum considerare actibus. Paruerunt ergo paulus et barnabas sancti spiritui imperati. Paruerunt et omnes apostoli: statimque eos quos separari iusserat spiritus ordinauerunt. Sepate inquit mihi paulum et barnabam. Videtis iubentur impiis: spectate merita seruietium. Credidit paulus: et quia credidit: studia persecutoris abiicit: coronam iusticie reportauit: Credidit ille qui ecclesias deuastabat: sed peruersus ad fidem predicabat in spiritu: quod spiritus imperabat. Ungebat athletam suum spiritus et puluere impietatis concusso: de bellatore infidelium ineluctatorum variis imperiorum congressionibus efferebat: atque ad brauium supernae remunerationis in christo iesu diuersis passionibus erudiebat. Barnabas quoque credidit: et quia credidit paruit. Itaque sancti spiritus electus imperio: quod ei ad omne redundat insignie merito: non fuit tanto indignus collegio. Una enim gratia fulgebat in his quos spiritus vnus elegerat. Nec paulus inferior petro: quamuis ille ecclesie fundamentum: et hic sapiens architectus sciens vestigia credentium fundare populorum. Nec paulus inquam indignus apostolorum collegio: cum primo quoque facile conferendus et nulli secundus. Nam qui se impari nescit: facit equalem.

Sancti Ambrosij episcopi de spiritu sancto liber secundus explicit.
Prefatio eiusdem in librum tertium de spiritu sancto ad Bratianum incipit.

Superiore libro

evidentibus testimoniis scripturarum docuimus apostolos et prophetas illos ad pro-

mo dicitur: quia scdm carnē ppter nos ho-
mines nasci dignatus est. Vitulus dicitur:
quia propter nostram salutem pati su-
stinuit. Aquila dicitur: quia post venera-
bilem resurrectionem: vt rex altam ad pfs
peruolat sedem. Leo dictus est: quia ipse

Liber de Fide contra arrianos

est rex regum: qui mortē ac zabulum virtutis suę potestate cōminuit. **V**ia est: quia per ipsum ascensus est. **V**eritas: quia mendacium nescit. **V**ita est: quia ipse vniuersa viuificat. **V**ides ergo: quia per hęc vō tabula significationes dispositionuz z operum diuinorum preostensas: non tñ ipsum deum proprie definitum. **E**st ergo pater deus immensus: eternus incōprehēnsibilis: inestimabilis. **E**st z fili⁹ eius deus z dominus noster: tantus quantus est z pater: sed non aliunde q̄ de patre: quia ego inquit de deo patre exiui: hoc ē lumen de lumine.

Job. 16.

De remotione occasionis erroris quā heretic⁹ ex hoc sapere possent: q̄ duo nomina vel due personę id est patris z filij statuunt: quasi duo dij dicantur. **C**a. VII.

Ed ne ex eo occasionem aliquam heretic⁹ sapiat: cum duo nomina vel duas personas: id est patris z filij statuo: quasi duos deos dicam: vt illi duos ex diuersitate confingunt: **N**os autē patrem z filium ita nominam⁹ vnū deum: vt in his personis z nominibus p̄signem⁹.

Viderint philosophi: viderint heretici discipuli eoruz qui i potestatum diuersitate variantur. **N**obis tamē vn⁹ deus est pater: vt apostolus dixit: ex quo omnia z nos ex ipso: et vnus dñs iesus x̄ps deus dei filius per quem omnia z nos per ipsū. **N**ā duo: quid aliud intelligatur q̄ duorum per partes diuisa substantia: z cum omnib⁹ ipi dissociata natura agendi ac iubendi tā voluntas q̄ imperia diuisa? **P**orro pater ac filius z si duę personę creduntur: ratione tamen z substantia vnus sunt. **N**am in equalium societas: melioris offensa est: z in inuiriā eius qui verus deus est: non ver⁹ ali⁹ comparatur. **C**um autem ego patrem z filium statuo: vnitatem generis assigno. **E**t si illam in personis diuido: discretionis tamē personarum rursus eadem nomina in vnitatem sui naturali legis federe p̄signat. **E**nde z tantus est filius quantus videbit̄ pater: totus de toto: integer de integro: perfectus de perfecta consumataq̄ virtute: sicut

1. Cor. 8.

Col. 2.

Bernab. 3.

apostolus dicit: **I**n quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. **N**am z hieremias receptissimus prophetaz hęc vnitatem diuinitatis in patre z filio sciens ait: **H**ic est deus noster z non deputabitur

alius absq̄ illo: qui inuenit omnem viam prudentię z dedit eam iacob puero suo: z iſrael dilecto suo. **P**ost hęc in terris visus est z cum hominibus conuersatus ē. **E**t esaias hoc ipsum predicat dicens: **H**ęc dicit dominus deus: **F**atigata est egyptus et negociatio ethiopum z sabain: viri excelli ad te transient: tui erunt serui et post te ambulabunt vincti compedibus z te deprecabuntur: quoniam in te deus est z nō est ali⁹ deus p̄ter te: tu es enim deus. **Q**uōd ne putes me eo supcilio dixisse quo sabellius fertur: qui ipsum patrem ipsum filium profiteatur: nō ita nos totū in vnā sentiam cogim⁹: vt alioz hereticoz fraude capiamur. **S**ed q̄ in ipso noie personaz auctoritas indiscreta cognoscit̄: z fili⁹ nō genere s̄ psonaliter a patre noiat̄: p̄ inde totū p̄ri ascribim⁹ q̄d ē filius: z totū filio q̄d pat̄ ē. **N**ihil nō videbit̄ p̄ris q̄d iudicabit̄ filij: nec filij q̄d defendit̄ patri: q̄ vnitatis maiestatis nō sinit deos plurali vocabulo appellari: quippe cū cōstet patrem z filium vn⁹ esse substantię: vnde vsq̄ vn⁹ de⁹ ē dicit̄. **I**llud añ cūcta metuētes: q̄ vbi pat̄ z fili⁹ vnū nō sint inuidia recurat auctoris interpolata natiuitas. **H**oc em̄ placuit hereticis: vt de⁹ ille oipotēs inuisibilis imēsus degeneraret i filio. **N**ō mō pōt eē de cōditiōe mutata q̄si non potuerit pat̄ de semetip̄o talē h̄re qualis z ipse est.

Esa. 45.

Proinde nos vix filiiū de vero p̄fe q̄ semp fuit: z ē vn⁹ subē cū p̄fe defendim⁹. **E**t h̄ est q̄d gręci homouison appellāt: id est cum vno aliud ipsū: vt p̄sonę audient̄ notatim fierēt nō vt subam vocabula separarēt.

De apertione totius mysterij heresis **A**rriane cur noluerit filius de substantia patris credi: z de respōsione ad motiua **A**rrianorum: q̄q̄ multū intersit inter ea q̄ facta sunt: z eū qui omnia fecit. **E**t que admodum in multis ac varijs figuris deus se patribus preostenderit: qui tamen secundum deitatem videri non potuit. **C**a. VIII.

Ed vt omne mysterium heresis arriane traducam: cur nolint filium de patris substantia credi: breuiter intimabo. **A**liunt enim: **C**um sit deus pater omnipotēs: inuisibilis: incōuertibilis: imutabilis: perfectus: semper idem: eternus: **F**ilius vero visibilis: quia sepe patribus visus

et cōuertibilis atq; mutabilis: quia i varijs figuris quibusq; sese monstrauit. Qui si de patris inquit esset substātia: nunq̄ fieri posset vt ante carnis assumptionē aut visibilis aut mutabilis cerneretur: quin potius in equalitate q̄ pater est permāssisset ex cuius substātia erat: quia qd̄ de patre est nec videri nec mutari nec conuerti posse credendum est. Accedit ad causam: cū illapsus est in mariam: cum virginis vterum oplet: aliud vtiq; ex illa q̄ qd̄ venerat natum est. Unde iam inquit corrupta substātia statim vertit ordinē: perdit cōtinuo immutationem: ipsa formando de deo i hominē de spiritu in carnē. Et vtiq; translatio omnis interemptio est pristini. Ac per hoc aiunt: Si filius de patris substātia eēt: iā et pater minor videri substātię suę vel traditione vel sine: et proinde filium ex alia substātia credere maluerunt. Qd̄ conuerti et mutari et videri possit: quia hoc de patris substātia credi nō liceat. Hęc ē causa erroris: hęc origo heresis arriane: dū nō intel ligunt virtutem dei: neq; tanti sacramenti dispositiōz agnoscunt cur deum humanis cōditionibus comparent. Quib; primo respondēdum: In loco filium dei nō ita visum vt deus erat sed vt homo capere poterat de deo. Deinde varijs figuris nō immutabilem et conuertibile ipsū esse: sed hoc esse potentie dei: vt cum se singulis pro ut vult reuelare dignat; habitū mutet nō substātiā vertat: nec proprietatē qualitatis amittat: sed iuxta meritum videntis temperamentum maiestatis adhibeat: ipse tamen idem vt semper est in substātię suę proprietate permaneat: Sicut scriptum ē: Adhū tabis eos et mutabuntur: tu autem idē ipse es et anni tui non deficient. Nam et si multa sunt ex his que in hoc mūdo videntur que ex alio cōuertantur in aliud vt desinant eē qd̄ erant: et hoc sint qd̄ retro nō fuerant: vt limus cum in hominem figuratur limus esse iam desinit: aut pisces aut aues cū de aqua procedunt: ex eo iā nō aqua: quia aliud: vt lutum figuli cum solidatur in testam: vt lapis cum dissoluitur decoctus in calcem: vt arena cum mutatur in vitrum et cetera: que longum est recensere. Sed multum interest stulte heretice inter ea que facta sunt et eum qui omnia quemadmodum voluit fecit.

Ps. 101.

Que facta sunt: ascripte conditioni deseruiunt: qui vero fecit sue voluntatis et proprii iuris est. Neq; potest i aliud q̄ qd̄ ē aliquo cogente mutari: s; prout vult et cui vult se demonstrat. Nam si angeli i figura hominum sepe sunt visi: et tamen aliud nō sūt q̄ qd̄ se esse norunt: neq; substātiā mutāt cum formam humani corporis sumūt: quātomagis ipse dominus noster qui omnia fecit qui ipsis angelis vt hoc possent sua institutione concessit: Huc accedit q̄ sic filius dei vt iam dictum est visum a patribus approbamus: vt nō totum in illo qd̄ deus est videretur: sed dispositiones rerum futurarum que suis quibusq; temporib; complenda erāt: in illo per imaginē cernerent. Nā quis filiū dei videre potuit anteq; spicabilem materiam sicut ei placuit assumpsit vt ipsum hominem induere dignatus est?

Qui et si abraq; visus est: sed in formā humani corporis visus est: quo scilicet postremis temporibus in homine venturus esse demonstraret. Jacob etiā alibi in angelo: alibi eque videt in homine. Qui ideo se in angelo demonstrauit: vt nunciū se magni cōcilij indicaret. In homine vero cū quo et colluctat; fuisse describitur: vt imaginē future colluctatiōis quā cūz is i habitur; erat cū secundum hoīez aduenisset indicaret. S; vt dominū crederet cū quo tanto certamine sub figura hoīs luctabat; israel: id est homo vidēs deū nomē accepit. Uidi inquit deus facie ad faciē et salua facta est aia mea: Et vt qui figuraz hoīs viderat quā deus dei fili; induerat. Moyss in rubo in flamma ignis apparuit vt lumē credentib; incredulis iudiciū demonstraret: qz christus credentib; salus ē nō credentib; pena: vt apostol; ait: Alijs odor ei; vite in vitā: alijs odor mortis in mortē. Populū israel in colūna nubis per diem et per noctem in columna ignis quasi dux itineris pcedebat: vt baptismi gratiaz per nubē et donū sanctispiritus per ignē ostenderet: Quia apłs paulus i nube ptes baptifatos scribit: Et spiritū sicut ignē eē: apostolorū acta declarant. Elides ergo p oia heretice characteres diuinaz scripturaz in honore dei patrib; p̄stentosos: non tamē ipsuz deū vt ē proprie reuelatum. Deniq; dum moyses oraret vt faciē dei pure videret: qd̄ ad illū cōtinuo de; Non poteris inquit vi

Gen. 22.

2. Cor. 12.

Exo. 13.

Liber de Fide contra arrianos

Exo. 33. dere faciē meā: Nō enī videbit homo faciē
meā et viuet. Hoc ipso qđ negat aspectus:
claritas assignat: que scz tāta ē quāta credē
da est que inuisibilis indicat. Cum g moyses
qui et sitū celi et ordines mūdi: et elemen-
torū vices toti: Deniq; orbis ornamēta dī
gesserit: indicarit: expresserit: cui ipse domi-
nus testimoniū p̄hibuit dicens: Nemo erit
ex prophetis: vt seruus me^o moyses cui fa-
cie ad faciē: os ad os locut^o sū: Deus tamē
pure videri nō potuit. Merito quidē pphe-
tia oīm dignus: s̄ non vsq; adeo vt intueri
deū valeret: q; homo tātūmodo esset. Et
vtiq; hęc oīa filij verba defendim^o: quez in
monte syna cū moyse locutū eē scimus: qui
agendis explicandisq; rebus a patre ad-
uenerat: quia omnia a principio per ipsum
et ordinari et explicari et manere conuenerat:
vt habendi filij hęc p̄cipua ratio constaret.

Et tamen sic visus accipit: vt alicui^o con-
spicabilis vt dixi materie dispositione assū-
pta videret: salua scz inuisibilitate ei^o quā
a conspectu omniū maiestas interfusa sepo-
suit. Nō enim sic humanis aspectibus re-
uelat^o est vt tota in illo deitas appareret: sed
ad vicē speculi cū cōceptos intra lucē suam
vultus quasi ad plenā effigē hoīs icludit:
ita maiestas ei^o p̄eunte fulgore intra id vi-
sum eē q; imaginē veritatis nō ipsū deū p̄-
prie demonstraret. Sic et cum hominē in-
duere dignatus est nō labē eternitati intu-
lit vt spiritus in carnē mutaret: s̄ vt suscep-
to homini immortalitē atq; eternitatē cele-
stis vitę p̄staret. Nā et si apostol^o semet-
ipsum exinanisse dicit formā serui suscipien-
do: nō vtiq; sic exinanitū accipim^o vt aliud
q; fuerat idem spiritus fieret: sed vt seposi-
to interim maiestatis suę honore humanū
corp^o indueret: quo suscepto salus gentiū
fieret. Et enī sol cum nube tegitur: clari-
tas ei^o cōprimi nō cecat: et lumē illud qđ to-
to orbe diffusū claro splendore cuncta per-
fundit: paruo admodū obstaculo nubis in-
cludi nō aufert: sic et homo ille quē dñs ie-
sus saluator: q; noster: id est de^o deiq; filius
induit: deum tamē in illo nō interceptit sed
abscondit. Deniq; cum se in monte pau-
lulum extra ipsū hominē extulisset: fulgore
luminis eius pene obcecari apostoli: in ter-
ram quippe hoīs ceciderūt: periclitati vitā
nisi eis dominus compresso rursus maiesta-

tis suę honore vt misericors subuenisset: se-
cūdū illā sentētiā: Nemo vidit deū et vixit. Job. 1.

Et ergo claritas solis cum vsq; ad n̄fos
emicat visus sibi salua est: quia q; nō vide-
tur infirmitatis est nostrę quoz oculos nu-
biū texit obscuritas: probat se non suo de-
trimento ppriū latuisse fulgoris s̄ carnis vt
dixi bñficio: cui^o causa filij dei filij hoīs esse
sustinuit. Nempe enim de spiritu dei vir-
go p̄cepit: et qđ cōcepit hoc pepit: id est deū
homini suo: vt iam dixi sociatum: sicut ipse
dixit: Quod nascitur de carne caro est: et
quod nascitur de spiritu: spiritus est: q; de-
us spiritus est: et de deo natus ē. Sicut et an-
gelus ad mariā virginē dicit: Spūs dei ve-
niet in te et virt^o altissimi obūbrabit te. Pro-
pterea qđ nascet ex te sc̄m vocabit^o filij^o dei.

Et ides ergo ipsum spiritum: id est filium
dei venisse ad virginem: et inde dei et homi-
nis filium processisse. Nec tamen ipso indu-
mento carnis dei filij esse mutātū: s̄ eun-
dem ipsum esse in homine qui fuerat añ mū-
dum cuz patre: per quē facta sunt omnia: et
sine quo factū est nihil: sicut euāgelista ait:
Abuudus per ipsum factus est: et mund^o eū
nō cognouit. Leterum amentis est credere
ab eo posse liberari qui vt liberaret amissū
est: vt nasceretur oppressus est: vt immortali-
tatem redigeret transiit ad mortem. Sz
absit heretice vt sensus tuę iniquitatis a ca-
tholicis admittatur. Nos enim credimus
immutabilem et inconuertibilem: verbum et
spiritum: id est filium dei qui cum homine
induit nō statū vertit: nō ordinē perdidit:
non substantiam immutauit: sed illuuias
eiusdem corporis eterno claritatis suę lumi-
ne illustrauit: vt ad nos per tramitem cor-
poris eius lux sancti spirit^o et eterne vitę gra-
tia redundaret. Quem et si passum credi-
mus et sepultum: sed homo ille passus ē quē
filius dei suscepit: quem induit: quem por-
tauit. Sed quia totum ad auctorem refere-
batur quicquid homo ille patiebatur: ideo
mors et passio domini iudicatur. Nam con-
stat immortale esse qđ dei est: hominis qđ
caducum. Tertia quoq; die resurrexit: nō
deus in hominem: sed homo potius in deū:
Ascēdit in celos: obtulit patri suo hominē
illum gratissimum munus: cōsedit ad dex-
teraz patris: secundū q; scriptum est: Dixit
dominus domio meo sede ad dexterā me-

Job. 3.

Luc. 1.

Ps. 109.

Sancti

am. Adiit nobis spiritum sanctum de propria sua et ipsa una substantia sua protectorem: sanctificatorem: et deductorem in vitam eternam: sicut scriptum est ex voce dei: *Effundam de spiritu meo super seruos meos et ancillas meas. Et iterum: Spiritus ex me prodijt. Et ipse dominus saluatorque noster: Job. 16. De meo inquit accipiet. Et ex eo utique quod est filius: quia et filius de eo quod pater est. Ex inde prefinito tempore venturus viuos mortuosque iudicaturus: ut reddet credentibus premia: non credentibus vero supplicia. Cuius regnum eternum: immortale: nec initium habet nec terminum: cui est honor et gloria in secula seculorum.*

Improbe quod fidelis tunica: quam sutilis hec sit: Arri: sacrilego scindere dente iuuat: Esse aliquid patrem quod non sit filius eque: Quod neque consubstet de patre natus: ais. Deque deo genitumque deum: de lumine lumem: Credere dissimulas dogmata falsa seris.

Sancti Ambrosii episcopi mediolanensis liber de fide contra Arrianos feliciter explicit.

Ambrosij

Capitulum libri de incarnationis dominice sacramento sancti Ambrosii episcopi: recollecta annotatio.

De introductione oblationis Cain et Abel ad hereticorum confutationem: Et quod sententia qua ad Cain dictum est: Si recte offeras: non autem recte diuidas: peccasti: quiesce: generaliter in omnes extra ecclesiam constitutos sit lata. Ca. I.

De enumeratione hereticorum in quos superior generalis sententia comprobata esse lata: cum admonitione ut nos caueamus ne et alicui nostrum dicatur: Si recte offeras: recte autem non diuidas: peccasti: quiesce. Ca. II.

De comprobatione veritatis in superiori capitulo asserte: per testimonium iohannis piscatoris: et de reprehensione eorum qui recusant audire que dicuntur: et intelligere que leguntur. Quidque cauendum et quid credendum sit circa incarnati verbi naturam.

Ca. III.

De confutatione diversorum hereticorum non distinguentium naturam diuinitatis et corporis christi: quos superior commemorata sententia comprehendit: cum confirmatione ex confessione petri: ac testimonio Moysi et Helie.

Ca. IIII.

Quod confessio petri non unam tantum sed omnes hereses exclusit. Et de mysteriis incarnationis: passionis: mortis: sepulture et resurrectionis christi: cum redargutione hereticorum erumnas et cetera que corporis vasa sunt diuinitati attribuentium. Ca. V.

De illorum qui christum in phantasmate venisse et passum esse predicant: diversorumque aliorum hereticorum condemnatione: ampliori tamen atque grauiori eorum qui diuinitatem et carnem domini unius esse nature asserunt: cum argumentorum suorum dissolutione. Ca. VI.

De auctoris excusatione: ac responsione ad obiectionem qua sibi dici posset: quod de patris et filij diuinitate quinque illis libris que scripserat: conclusorem se esse promiserit: cum confutatione erroris eorum: qui animam putant a domino Iesu non esse susceptam: pulcherrimamque declarationem assumptionis humane nature: Et quod intelligendum sit quod scriptum est: Iesus proficiebat etate et sapientia. Ca. VII.

De ampliori redargutione eorum qui auctorem

Liber de Incarnationis dominice sacramento

dicunt ea usurpare que scripta non sint: et dei esse substantiam atque naturam: scriptum non esse affirmant. La. VIII.

De confutatione et destructione obiectionis memoratorum hereticorum: quo arguunt quod non possint ingenuus et genitus unius esse nature atque substantie: et de exemplari approbatione: cum dicitur genitum: non proprietatem nature sed significationem generationis exprimi. Quod appellatione ingenti et geniti species videatur esse diuersa: sed tamen indistincta diuinitas. La. IX.

De disputatione contra quosdam superiores sectas sequentes: disputationis tamen genere discordare se putantes: qui filium silem dicunt: sed non unius substantie cum patre: et quod cum sit unius nature filius cum patre etiam unius sit potentie: et ita omnipotens sicut et pater: quemadmodum etiam spiritus sanctus omnipotentem scriptura testatur. La. X.

Finis.

Quid tutus a morsu poterit gens sequa canino esse tuo? si non filius ipse dei?

Eternam verbi genesim cum tempore misces: Et male de christi dicere carne soles.

Quod natura patris: genitique sit una eademque: et pneumatica: heretico nequiter ore negas. Audi igitur quid te doceat pater ille beatus. Audi inquam tibi quid suadeat Ambrosius.

Sancti Ambrosii episcopi liber de Incarnationis dominice sacro: In quo multorum ac diuersorum hereticorum errores circa mysterium incarnationis et passionis christi: apertissimis domine scripture testimoniis condemnat: Feliciter incipit.

De introductione oblationis cain et abel ad hereticorum confutationem. Et quod sententia qua ad cain dictum est: Si recte offeras: non autem recte diuidas: peccasti: quiesce: generaliter in omnes extra ecclesiam constitutos sit lata. La. I.

Ebitum fratres

cupio soluendum: sed hester nos meos non inuenio creditores: nisi forte improuiso conuentu putauerint nos esse

turbandos: sed nunquam fides vera turbat.

Itaque dum illi forsitan veniunt: ad istos qui propositi sunt deflectam agricolas: quorum alter: hoc est cain a fructibus terre: alter autem abel videlicet ex primitiuis ouium suarum hostiam domino obtulit. Nihil inuenio quod in specie munerum reprehendendum: nisi quod et cain munera sua displicuisse cognouit: et dominus dixit: Si recte offeras: recte autem non diuidas peccasti. Ubi igitur est crimen: ubi culpa? Non in oblatione muneris: sed in oblationis affectu. Sunt quidem qui recte arbitrentur: quia alius que offerret elegerat: alius que viliora habuit offerebat. Sed non est ita in opibus spiritualium sensus in nobis: ut putemus quia dominus corporale sacrificium: non spirituale querebat: Et ideo addidit: Quiesce: tolerabilius significans abstinere a muneribus deferendis: quam infideli studio munus offerre.

Qui enim nescit diuidere: nescit diiudicare. Spiritalis autem diiudicat omnia. Et ideo abraham sacrificium quod offerebat diuisit. Sciuit etiam abel diuidere qui ex primitiuis ouium obtulit sacrificium: doces non terre munera placitura deo: que degenerauerant in peccatores: sed ea in quibus diuini gratia mysterij resplenderet. Prophetauit itaque nos per passionem domini a culpa esse redimendos: de quo scriptum est: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccatum mundi. Unde et de primitiuis obtulit: ut primogenitum designaret. Ostendit ergo verum dei sacrificium nos futuros. De quibus propheta ait: Afferte domino filios arietum. Ab hereticoque dei iudicio comprobatur: quam puto generalem in omnes extra ecclesiam constitutos latam esse sententiam. Adulterorum enim hic figuram cerno populorum: quos diuina sententia comprehendit: quorum in illo cain iam tunc munera refutauit.

De enumeratione hereticorum in quos superior generalis sententia comprobatur esse lata: cum admonitione ut nos caueamus ne et alii cui nostrum dicatur: Si recte offeras: recte autem non diuidas: peccasti: quiesce. La. II.

Generalis enim hec in impios omnes sententia est. Itaque si iudex offerat: qui filium virginis marie a patre deo separat: dicitur ei: Si recte offeras: non autem recte diuidas: peccasti: quiesce: Si offerat eunomianus: qui ex impietatis

1. Cor. 2.

Job. 1.

arriane fonte progrediens: redūdanti pfidie
 sue labitur ceno: generationē tamē christi q̄
 super omnia est asserens ex philosophiē tra-
 ditionibus colligendā: cum vtiq; alia crea-
 turarum sit ratio: alia secretorum potentia
 diuinorū: Et ipsi dicif: Si recte offeras: non
 recte autē diuidas: peccasti: quiesce. Dicif
 hoc sabelliano qui patrē filiūq; confundit.

Sef. 4.

Dicif hoc marcionite: qui aliū putat deū
 noui: aliū veteris testamenti. Dicitur hōc
 manicheo et valentino: qui nō putauerūt ve-
 ritatem carnis humane a xpo eē susceptaz.

Paul⁹ quoq; samolatenus et basilides in
 eadem sententiē sorte numerātur. Simili-
 ter quoq; eiusdē sententiē auctoritate dānan-
 tur qui diuinitatē sanctispūs negauerunt.
 Alij enim quidam vel arrianorū iudgi v̄ ar-
 riani sunt iudeorū: q; sicut illi filius a patre:
 ita et isti spiritus a deo patre et filio dei sepa-
 rant. Mouato quoq; et donato et omnibus
 qui scindere corpus ecclie gestierūt viritim
 dicif: Si recte offeras: recte autē nō diuidas
 peccasti. Ecclie enim sacrificiū ē qd offerit

Ro. 12.

deo: ad quā paulus dixit: Obsecro autē vos
 fratres p̄ misericordiā dei: exhibere corpora
 vestra hostiā viuam: sanctā deo placentē.
 Male ergo sacrificiū diuiserunt: ecclie mē-
 bra lacerādo. Illos quoq; pcellit ista sen-
 tentia qui aīam ratiōnalem ab incarnatio-
 nis dominicę segregant sacramēto: naturā
 hominis ab homine separe cupētes: Et isti
 fortasse recte offerunt trinitati: sed ratiōnē
 nesciūt naturę humane diuineq; distinge-
 re. Dei enim simplex natura est: homo ex
 aīa rationali constat et corpore. Si alterum
 tollas: totā naturā hoīs sustulisti. Aduer-
 sus omnes igit hēreses ista sententia est: q̄
 fraterno nomine: nō fraterne eccliam perse-
 quūt. Siquidē sub optiōne noīs xpiani: et
 quadam nuncupatiua fidei germanitate:
 partidalib⁹ gladijs nos cupiūt vulnerare:
 quia cōuersio nostra a deo est: et dominan-
 tur nobis i seculo peccatores. Peccator em̄
 dominat in seculo: iustus i dei regno. Ca-
 ueamus igit ne quis nos a cubiculo regis
 eterni: et a secreto matris ecclie separe cōne-
 tur: ad qd illa anima in canticis cāticorum
 verbū dei se introduxisse significat. Laue-
 amus ne a sinu pfis et quodā vtero paterno
 arcanęq; naturę: substantiā vnigeniti filij se-
 parem⁹: verbisq; his quibus veritas susce-
 pte incarnationis astruit: diuine generatio

ni iudicia inferre meditemur: ne et nostruz
 alicui dicat: Si recte offeras: recte autē non
 diuidas: peccasti quiesce. Hoc ē: si nesciam⁹
 que ppria sunt diuinitatis eterne incarna-
 tionisq; distinguere: si creatorē cū suis ope-
 ribus cōseram⁹: si auctorez tēporū dicamus
 cepisse post tēpora. Neq; em̄ pōt fieri vt p̄
 que sunt oīa: sit vnus ex omnibus.

De comprobatione veritatis i su-
 periori capitulo asserite: per testimo-
 nium iohannis piscatoris: et de rep-
 hensione eorū qui recusant audire
 que dicuntur: et intelligere que le-
 gunt. Quidq; cauendū et quid cre-
 dendū sit circa incarnati verbi na-
 turam. Ca. III.

Olo nobis credat: scriptura recite-
 tur. Nō ego dico a me: q; in p̄nci-

Job. 1.

prio erat verbū: sed audio: non ego
 effingo sed lego: qd omēs legim⁹: s̄ nō oēs
 intelligim⁹. Et cū legitur audim⁹ oēs: et nō
 audiunt oēs. Incrassatū est em̄ cor quo-
 rundā: et aures eorū grauit audierūt: aures
 scilicet interioris affectus. Nō em̄ caro pec-
 cat que suū seruat officiū et recipit audituz:
 sed anim⁹ puri audit⁹ prau⁹ interpres: qui
 recusat audire que dicunt: intelligere q̄ le-
 gunt. Quid aures tanquā cētra et plumbo
 clauditis: et tñ dñica beneficia et officia na-
 turę non potestis excludere? Auditis inu-
 ti: auditis fastidiētes: auditis ne qd nō au-
 dieritis excusare possitis. Auditis q̄ cuz le-
 gitur: In principio erat verbū. Quis hoc
 dicit? Iohānes vtiq; ille piscator: sed nō q̄
 si piscator hoc dicit: sed quasi humani pesca-
 tor affectus: qui iam non pisces caperet sed
 hoīs viuificaret. Nō suū ē qd dicit: s̄ eius
 qui viuificandi ei tribuit ptātem. Piscator
 em̄ ipsis quos ante capiebat piscibus: taci-
 turnior erat: et circa diuina mysteria magis
 mutus qui vocis sue nesciebat auctorem: s̄
 viuificat⁹ a xpo vocem audiuit in iohanne:
 verbū agnouit in xpo: et iō plen⁹ spūs sancto:
 qui sciret p̄ncipiū nō tēporis esse: sed sup̄
 tpa: reliquit secula et ascendēs spūs sup̄ omne
 p̄ncipiū ait: In principio erat verbū: hoc
 est remaneat celum. Nō dum enī erat qm̄ in
 p̄ncipio erat verbū. Nam et si celuz habet
 p̄ncipiū: deus nō habet. Deniq; in prin-
 cipio fecit de⁹ celuz et terram. Aliud ē fecit:
 aliud est erat. Qd sit incipit: qd erat: princi-
 pium non accepit s̄ p̄uenit. Remaneant

Abt. 5.

Sef. 1.

57.

Liber de Incarnationis dominice sacramento

etiam tempora: quia post celum tempora. Remaneant etiam angeli et archangeli: et si principium eorum non inuenio: erat tamen quoniam non erat. Non erant enim qui aliquando ceperunt. Si principium eorum inuenire non possum quos certum est habere principium: quomodo possum verbi inuenire principium: a quo omne principium non solum creaturarum sed etiam cogitationum nostrarum omnium prouenit? Aperte itaque sempiternam diuinitatem eius expresserat. Sed tamen ne quis a patre diuideret verbi eternitatem: ut eandem crederem? verbi esse que patris est: bonus ille piscator adiunxit: Et verbum erat apud deum: hoc est quod dixerat: sic estimandum est: Erat verbum quomodo erat pater: quoniam cum pater erat et ipse erat: et apud patrem erat semper. Nepe quod de pater legimus erat: ita et de verbo legimus erat.

Quid discernis intellectum: qui non discernis auditum? Ubi esse apud patrem est: pater esse cum verbo est. Legimus enim: quia verbum erat apud deum. Itaque si secundum tuam opinionem aliquando non erat: sed secundum tuam opinionem et in principio non erat apud quem erat verbum. Per verbum enim audio: per verbum intelligo: quia deus erat.

Nam si sempiternum verbum esse credidero: quod credo: non possum de patris eternitate dubitare: cuius eternum est filium. Si temporalem generationem eius existimo: incipit communitatem habere nobiscum: ut videatur pater esse cepisse.

Sed si de patre non ambigis: quia incipere esse dei non est: quia dei est sempiterna habere perfectiorem: ne forte vsu sermonis laboreris humani dum verbum dicis et filium: ideo addidit: Et deus erat verbum: habes utique quod pater quia deus erat. Quomodo huius negas eternitatem: cui unum cum pater dei nomen est? Non te sonus capiat: similitudoque sermonis. Aliud verbum est quod tempora habet: quod syllabis colligitur: litterisque componitur: non tale verbum filium: quia non talis est pater verbi. Cauendum ergo ne tibi questionem vocis corporalis videamur ingerere: incorporeus est deus. Vocem utique incorporeus corporalem non habet. Si vox corporalis non est in patre: nec filius verbum est corporale. Si corpus in pater non est: nec tempus in pater est. Si tempus in pater non est: utique nec in verbo est. Quia si nullus principij tempus in verbo: nec numerus utique nec gradus verbi est. Quia si numerus in verbo: ergo multa verba. Si multa verba: multi et filij. Sed unum verbum est: quod et gradum excludit et numerum unum secundum naturam. Ne querite huiusmodi naturam: nescio mul-

tomelius hoc quod scio. Hoc solum bene scio: quod nescio que scire non possum. Quod vidimus inquit et quod audiui: iohannes dicit: hoc solum bene scire se dixit quod audiuit et quod vidit: qui in christi pectore recumbebat. Ergo illi satis est audisse: mihi non est satis? Sed quod ille audiuit hoc mihi dixit: et quod audiuit a christo: hoc ceterum ego possum negare verum esse de christo: Ergo quod audiuit audiui: et quod vidit audiui. Ille enim vidit quod vidit: non utique diuinitatem que secundum naturam suam videri non potest. Sed quia secundum naturam suam eum videre non poterat: suscepit quod erat propter naturam diuinitatis: ut secundum naturam corporis videretur. Denique spiritus sanctus in specie visus est sicut coluba: quia videri diuinitas in sue claritatis veritate non poterat.

De confutatione diversorum hereticorum non distinguendum naturam diuinitatis et corporis christi: quos superius commemorata sententia comprehendit: cum confirmatione ex confessione petri: ac testimonio moysi et helie. Ca. III.

Qui igitur et tu secundum naturam interpretari: quod propter diuinitatis naturam est: Nam et si credas a christo carne esse susceptam: et offeras transfigurandum corpus altaribus: non distinguas tamen naturam diuinitatis et corporis: et tibi dicit: Si recte offeras: non recte autem diuidas: peccasti: quiesce. Diuide enim quod meum: diuide quod suum verbi est. Ego quod erat illi non habebat: et ille quod meum est non habebat. Suscepit quod meum est: ut ipartiret quod suum est. Suscepit non ut confunderet: sed ut repleret. Si credas susceptionem: affingas confusionem: manicheus esse desisti: nec tamen ecclesie filius esse cepisti. Si credas susceptioem corporis: adiugas diuinitatis copationem: portiones utique perfidie: non perfidia declinasti. Credis enim quod tibi potest presumis: non credis quod deo dignum est. Rursus si credas quia idem deus et noui et veteris testamenti est: tunc autem verbo eius et momenta permittas: tolerabilior valentinus est: qui non secula ante deum: sed deos putat esse quod secula sunt. Minor enim sacrilegus est: copulari diuinitati secula: quam profertur. Si credas itaque quia christus principium non sumpsit ex virgine: sed tamen aliquid ante christum existimes esse principium: in tempore distantia: de impietate contentio est. Virginis enim superare negasti esse non temporis. Ego autem et superare virginis secundum susceptionem corporis non ne-

gabo: et creatorē tēpōis p̄fitebor. Quid enī p̄ficis si dicas: q̄ x̄ps hec an illa sit creatura: Creatura mutat: diuinitas adorat. Mōluit se sic x̄ps agnosci: nec his tantū q̄ supra hoīem sūt meritis estimari. Deniq̄ cū interrogasset: quē me dicūt eē hoīes: cū alij dicerent heliam: alij hieremiā: aut vnū ex prophetis: nulli⁹ sententiā p̄dicauit. Cum petr⁹ dixisset: Tu es fili⁹ dei viui: hūc solū nō merito laudauit. Ergo iohānes dicit: petr⁹ dicit: x̄ps probauit: et tu nō probas arriane? Nec iohanni et petro putas eē credendum: q̄s vel solos pro testimonio gl̄ie suę dñs noster iesus x̄ps ad oīm fidē credidit abunde dare. Deniq̄ quasi ad testimoniū veteris et noui testamēti: moyses cū helia asciscit: Cum iohāne petr⁹ frequenter adhibet. Pe dicit: Tu es: non dicit: tu esse cepisti. Petr⁹ dicit: Tu es fili⁹ dei: nō dicit tu es creatura. Dixit h̄ iohānes. Si adhuc nō credidisti q̄ nō intellexisti mysteriū supra sapiētia re- cumbentis: repetiuit petrus. Lōmendauit vtrūq̄ x̄ps: alterū iudicio: alterū mysterio: id esse addidit: vt legeres q̄d in x̄pi pectore recūbebat: et intelligeres q̄ ei⁹ caput in quo principale oīm sensuū ē: arcano quodam sapientie replebat. Sed si nō putas intelligendū eē mysteriū: saltem noli impugnare iudiciū. Laudat petr⁹: q̄ dei filius credidit quē videbat: q̄ se ab imperite plebis rudibus adhuc opinionibus sepabat. Deniq̄ cū interrogasset dñs: quid hoīes de filio hominis estimarent: cum diceret vulgi sententia: petr⁹ tacebat. Taces ḡ symon: et respondentib⁹ alijs: adhuc taces: cū ipse sis p̄mus: q̄ etiā nō interrogat⁹ interrogas: nec times ne reprehēdaris a dño: q̄ nō respōdes interrogati. Ideo inquit: nō respōdeo: q̄ nō interrogor: meā s̄ alienā sententiā. Legi em̄: Ut nō loquat⁹ os meū opa hoīm. Opus autē ē p̄fidorum: p̄fidias p̄dicare. Ergo taceo adhuc q̄ nōdū id quō sentio interrogor: nō p̄feraz labijs quō anim⁹ nō p̄bavit. Erit temp⁹ quā respondeaz: interrogabor: et ipse quō sententiā: tunc demū respōdebo quō meū est. Abēū est em̄ fidē loqui: pietatē asserere: ḡfam p̄dicare. Nō igit quasi pigrior sensu: voce tardior: tacet: nec quasi fastidiosus differt vocis obsequiū: sed quasi caut⁹ piculuz vulgaris opinionis euitat: qui piculū nō euitabat salutis. Deniq̄ in posteriorib⁹ habes: quia exiliuit e nauī vt occurreret dño: nō gl̄ie cui-

pidus sed obedientie p̄matur⁹. Hic ḡ qui ante reticebat: vt doceret nos q̄ impiorum nec verbū debeam⁹ iterare. Hic in quā vbi audiuit: Vos autē quid me dicūt: statim loci nō immemor sui primatū egit. Primatuz cōfessionis vtiq̄ nō honoris: primatū fidei non ordinis: hoc est dicere: Hunc nemo me vincat: nunc mee partes sunt: debeo cōpensare quō tacui: debet p̄desse quō silui. Ligua mea nō habet spinas: sine impedimento si des debet erire: Dū alij cenū aliene licet plateę tñ impietatis euacuat: q̄ aut heliā aut hieremiā aut vnuz ex prophetis x̄pm eē dixerunt: habuit ista vox cenū: habuit ista vox spinas. Dū alij in hoc labant cenū: dum in alijs enodant sping: vox n̄ra filius dei x̄pm resultet: mihi purus ē sermo: cui nullas spinas expressa reliq̄t impietas. Hic est ḡ petrus qui respondit p̄ ceteris ap̄lis: imo p̄ ceteris: et iō fundamentū dicit: q̄ nouit nō solum propriū: s̄ etiā cōmune seruare. Huic astipulat⁹ ē x̄ps: reuelauit pater. Nam qui verā generationē loquit p̄fis: a p̄fe assumpt⁹: ex carne nō sumpt⁹.

Quō cōfessio petri nō vnā tantū sed oēs hereses exclusit. Et de mysterijs incarnatiōis: passiōis: mortis: sepulture et resurrectionis christi: cum redargutione hereticorum erumnas et cetera que corporis v̄ anime sunt diuinitati attribuentium. Ca. V.

Ides ḡ ē ecclie fundamentū. Nō est de carne petri: s̄ de fide dictuz ē: q̄ porte mortis ei nō p̄ualebūt s̄ cōfessio vicit infernū. Et hec p̄fessio nō vnaz heresim excludit. Nā cū ecclia multū tanq̄ bona nauis fluctib⁹ sepe tunda: aduersus oēs hereses dz valere ecclie fundamentum.

Dies em̄ me citius defecerit: q̄ noīa hereticorū diuersarūq̄ sectarū. Adūsus oēs m̄ generalis ista ē fides: q̄ x̄ps ē dei fili⁹ et sempitern⁹ ex p̄fe et nat⁹ ex ḡgine. Quē q̄si gigantē sanct⁹ dauid p̄pheta describit: eo q̄ biformis geminūq̄ nature vn⁹ sit p̄sors diuinitatis et corporis: q̄ tanq̄ sp̄sus procedēs de thalamo suo: exultauit tanq̄ gigas ad currendā viā. Sponsus autē fm̄ ḡbū: gigas terre: q̄ vsus n̄ri officia p̄currēs: cū de semp̄ eēt c̄tern⁹: incarnatiōis sacra suscepit: nō diuidu⁹ s̄ vn⁹: q̄ vtrūq̄ vn⁹: et vn⁹ intro q̄: s̄ est vel diuinitate v̄l corpe. Nō em̄ al-

Libre de Incarnationis dominice sacramento

et p̄ter alter ex virgine: sed idē aliter ex pa-
 tre aliter ex virgine. Generatio generatio-
 ni nō p̄iudicat: nec caro dīnitati: qz nec pl-
 gnus p̄fi: nec voluntas passioni: nec passio
 volūtati. Idē em̄ patiebatur et nō patiebatur:
 moriebatur et nō moriebatur: sepeliebatur et nō se-
 peliebatur: resurgebat et nō resurgebat: qz cor-
 pus p̄p̄itum suscitabat: quia quod cecidit
 hoc resurgit: quod non cecidit nō resurgit.
 Resurgebat igit̄ fm̄ carnem quē mortua
 resurrexit: Ad resurgebat fm̄ verbū qd̄ nō
 resolutū fuerat in terrā s̄ apud deū sp̄ ma-
 nebat. Ergo et moriebatur fm̄ n̄se susceptioez
 nature: et nō moriebatur s̄z eternē subaz virgē:
 et patiebatur fm̄ corpis susceptionē: vt susce-
 pti corpis v̄itas crederet: et nō patiebatur fm̄
 v̄bi impassibilē dīnitatē quo totū exors
 doloris ē. Deniqz idē dicebat: Deus deus
 me⁹ respice i me: q̄re me dereliquisti: qz fm̄
 carnē relic⁹ ē: q̄ fm̄ dīnitatē nec deserui po-
 tuit nec relinquit. Idē etiā dicit: Longe a
 salutē mea: v̄ba delictoz meoz: hoc est: nō
 capiat q̄ audit: q̄re me dereliquisti: sed intelli-
 gat q̄ fm̄ carnē ista dicant: q̄ lōge a plēnitu-
 die dīnitati aliēa s̄t. Aliēa s̄t em̄ a deo v̄ba
 delictoz: qz aliena s̄t et delicta v̄boz. Sed
 qm̄ delicta aliena suscepti: etiā delictoz alle-
 noz v̄ba suscepti: vt derelictū me a p̄fe deo
 eē dicā: q̄ apud deū semp̄ s̄. Erat igit̄ im-
 mortalis i morte: impassibil i passioe. Etenim
 q̄si deū nō cepit mortis erūna: et eūdē q̄si ho-
 minē inferna viderūt. Deniqz emisit sp̄m:
 et tū q̄si arbitrer exuendi suscipiēdiqz corpis:
 tenuit sp̄m: nō amisit: p̄debat i cruce et oia
 cōmouebat. Tremebat i ligno: quē totus
 tremebat hic mūd⁹. Erat inf̄ supplicia: ex-
 cipiebat vulnera: et regnū celeste donabat.
 P̄ctm̄ oim̄ fact⁹: p̄ctā generis abluēbat hu-
 mani: Postremo mortu⁹ ē. Et scōo et t̄tio
 exultās atqz ouās dico: mortu⁹ est: vt illius
 mors vita fieret mortuoz. S̄z nec sepulchz
 quidē ei⁹ miraculo caret. Nā cū eēt v̄nct⁹ a
 ioseph et ei⁹ monumēto sepult⁹: nouo ope
 quodaz ipse defunct⁹ defunctoz sepulchra
 reserabat. Et corp⁹ qd̄ ei⁹ iacebat in tumu-
 lo: ipse aut̄ inf̄ mortuos liber: remissionē in
 inferno possit: soluta mort̄ lege donabat.
 Erat em̄ caro ei⁹ i monumēto: s̄ virt⁹ eius
 opabat e celo. Distēdebat oib⁹ p̄ corpis ve-
 ritatē: qz nō caro erat v̄bū: s̄ caro erat v̄bi.
 Caro quidē gustauit mortē: s̄ impassibil dei
 virt⁹: et si exiit corp⁹: nulluz tū de corpe deo
 dānū. Cur dīnitati attribuis erūnas cor-

poris: et infirmū dolori hūani dīne cōnectis
 nature? Nāc aia inq̄t mea turbata ē: Nā
 turbata ē: nō sapia. Immutabilis em̄ ma-
 nebat sapia: et si circūdaret amictu carnis.
 Nā in illa serui forma erat veri luminis ple-
 nitudo: et cū se exinanīuit lumē erat. De-
 niqz dicebat: Ambulate dū lucē habetis. Et
 qm̄ in morte fuit: in v̄mbra nō erat. Deniqz
 etiā i inferno possit: vitē lumē s̄debat eter-
 ne. Radiabat etiā illic lux vera sapie: illu-
 minabat infernū: s̄ i inferno nō claudēbat.
 Quis em̄ loc⁹ ē sapie? Deniqz dicit iustus
 Sapia autē v̄nde inuēta ē. Quis autē loc⁹ ē
 disciplinē? Nescit hō viā ei⁹ nec inuēta ē inf-
 hoies. Ergo nec i tpe: nec in loco sapia ē: v̄n
 et tps eē significat. S̄z quō i tpe: q̄ in p̄nci-
 pio erat: quō i loco q̄ apud deū erat? Uni-
 genit⁹ fili⁹ s̄ q̄rit: in sinu p̄ris euāgelico sp̄s
 repit. Nunqd̄ sinū p̄ris locū putat? Et q̄-
 ritis quō nata sit: cū dicat p̄phetic⁹ vir: Nē
 scit hō viā ei⁹? Et scōm hoīs ortū eius est
 matris: cuz iob dicat: q̄ inf̄ hoies nō sit iue-
 ra. Et mortē tribuit sapie: De q̄ abyssus
 dicit: Ad ē i me. Adare dicit: Ad ē me cū. Ad
 dicit cglū: nō ē i me: s̄ abyssus dicit: nō ē i me.
 Ad em̄ abysso s̄ p̄ri dicit: In man⁹ tuas cō-
 mēdo sp̄m meū. Ip̄a aia et si fuit i abysso: iā
 nō ē: qz scriptū ē: Qm̄ nō relinqs aiaz meā
 i inferno: nec dabis sc̄m tuū videre corrupti-
 onē. Adare ḡ dicit: nō ē me cuz: s̄ ē vita n̄ra
 dicit fluctib⁹ seculi inq̄ta. Ad ē em̄ inf̄ ho-
 mies caro ei⁹: qz fm̄ carnem iā nō nouimus
 xpm̄. Terra dicit: nō ē me cū: qz resurrexit.
 Deniqz angel⁹ ait: Quid q̄rit viuentez cū
 mortuis? Et hū mare dixit: nō est me cū: qz
 sup mare erat. Deniqz in mari et corpe i ve-
 stigijs ābulabat: qm̄ et subiectū mari sup ma-
 re petz ābulare p̄cepit: q̄ licet titubauerit:
 titubauit tū nō p̄ ibecillitatē iubentē s̄ p̄ in-
 firmitatē obedienti. Ergo splēdori glē: nō
 p̄miscēas n̄se attramētū nature: nō luci ne-
 bulā hūani carnis infūdas. Rursus passi-
 ones p̄dicās: si neqz id qd̄ ē passibile reco-
 gnoscas: pietatē dñi refellisti: salutē tuā ne-
 gasti. V̄n amētes eos estiare debem⁹: q̄ au-
 diētes dicentē dei filiū: qd̄ me cedis: fm̄ na-
 turā dīnitatis subiectū iuriē putauerit. Di-
 xit em̄: Quid me cedis: s̄ cedē dīna natura
 nō sensit. Dixit: Dorsū meū dedi i flagella et
 maxillas meas i palmas: vultū aut̄ meum
 nō auerti a p̄fusioe sputoz. S̄z dorsū et max-
 illas dixit et vultū: s̄ hūani corpis portio-

ps. 21.

Matth. 27.

Job. 12.

Job. 28.

Luc. 23.

ps. 15.

2. Cor. 5.

Luc. 24.

Matth. 14.

Job. 18.

Esa. 50.

nes. **Q**uasi caro vbi patiebat: vt manes
i carne dei vbi: patiebat carne: sic scripta e:
1. Petri. 4. Christo in carne passo: in se vtiq; p corpis
assumptione referebat: vt q nra sunt ipse sus-
cipet et suis circūuestiret humana. Recte
igit fm naturā suā: et caro passa ē: nec ea cor-
poris passiōe vbi natura mutata ē. In ve-
ritate em nra ē resurrectio: et ideo i veritate
xpi passio p̄dicat.

De illoz q xpm in phāsmate ve-
nisse et passū eē p̄dicat: diuersorum
q alioz hereticoz p̄denatiōe: am-
pliori tamē atq; grauiori eorū qui
diuinitatē et carnē domini vni^o esse
nature asserunt: cum argumentoz
suorum dissolutione. Ca. VI.

Esq; em qd quidā dicūt: in phantas-
mate passus ē: q; nec i phantasma-
te sup mare ambulauit: q; discipuli

in euangelio opinati esse produntur: sed ex
Job. 7. cusant: q; nōdū erat spūs datus: nōdū em
iesus fuerat honorificat^o. Nobis iā cruci-
fixus ē xps et resurrexit: nobis iā spūs dat^o
ē: qui assertor ē veritatis. Et discipuli qui
dez aliq; errauerunt: ne nos postea errare
possem^o. Ergo illoz error nobis p̄ficat.
Quasi hoies errarunt: quasi discipuli credi-
derunt. Et hos igit qui i phāsmate ve-
nisse iesū p̄dicat: Et illos cōdenare debem^o
qui aduersa erroris linea: nō vnuz eundēq;
filiz dei dicunt: s; aliuz eē qui ex deo patre
nat^o sit: aliuz qui sit generat^o ex v̄gine: cuz

Job. 1. euāgelista dicat: Quia verbuz caro factum
ē: vt vnū dñm iesū: nō duos crederes. Nō
nulli etiā aliud dei v̄buz: aliū v̄z dei filiū
crediderūt: cū ipm q i p̄ncipio erat v̄bū ap̄d
deū patrem: in sua pp̄ria venisse euāgelista
testat. Sunt aut q tanq; ad vnuz pp̄buz
ita ad xpm factū eē v̄buz arbitrati sunt: nō
ipm eē dei v̄buz. S; de nullo pp̄betaz di-
ctum ē: q; v̄buz caro factuz ē: null^o pp̄buz
abstulit pctā mūdī. De nullo alio dictuz ē:

Matth. 3. Hic ē fili^o me^o dilectus in quo cōplacui. De
nullo pp̄buz legim^o q sit dñs maiestatis:

1. Cor. 2. qd de xpo ap̄s dixit: Quia iudei dñm ma-
iestatis crucifixerūt. S; dū hos redargui-
mus: emergūt aliū q carnē dñi dicāt et diu-
nitatē vni^o esse nature. Quē tm sacrilegium
inferna vomuerunt. Jam tolerabiliores
sunt arriani: quoz p istos p̄fidie robor ado-
lescit: vt maiore p̄tentiōe asserāt p̄fz et filiū
et sp̄m scm vni^o nō eē subē: q; isti diuinitatem
dñi et carnē subē vni^o dicere tēptauef. De

inde cuz isti dicāt: q; verbuz in carnē: capit-
los: sanguinē et ossa puerū ē: et a natura mu-
tatum ē proprie dat illis loc^o vt infirmitatē
carnis ad infirmitatē diuinitatis quadā facta
dine nature mutatione detorqueāt. Sunt
etiā q in tm impietat^o p̄dierit: vt putent q;
diuinitas dñi circūcisa ē: et imperfecta de perfe-
cta facta ē: et in ligno nō caro s; illa opatrie
oim suba dina: i carnis specie coagulata p̄-
debat. Quis autē nō horrescat: q; audiat
q; nō ex maria v̄gine: s; ex dina suba passi-
bilē sibi carnē fecerit dei v̄buz. Qd asserē-
do eo plabunt: vt nō ex tpe corp^o dñi eē su-
sceptuz s; coeternuz dei v̄bo sp̄ fuisse p̄ten-
dāt. Ho; oim auctores sunt: q; diuinitatē
et carnē dñi vni^o nature fuisse dixerunt. Le-
gi em qd nō crederē nisi ip̄e legissem. Legi
inquā i cuiusdā libr^o sic posituz: Et organū
et eū a q mouebat organū: vni^o in xpo fuisse
nature. Qd iō posui: vt ex scripturis nomē
dephendat auctoris: et aduertat quīs ex q̄si-
tissimis argumētis: et falerat^o fmonib^o: nō
posse vim veritatis obduci. Et hic mihi
frequent^o niceni p̄cili tractatuz se tenere cō-
memorat. S; in illo tractatu p̄res nri: non
carnē: s; dei v̄buz vni^o subē cuz p̄fe esse di-
xerunt. Et v̄bum qdez ex pat̄na processisse
suba: carnē autē ex v̄gine eē p̄fessi sūt. Quō
igit niceni p̄cili nomē obtendit: et noua in-
ducunt q; nunq; nri sensere maiores. Lum
vtiq; scripturē dicāt: q; xps fm carnē pass^o
ē: nō fm diuinitatē. Scripturē dicāt: q; virgo
in vtero accipiet et pariet filiū: Accipit em
v̄tutē et pepit filiū: quē et ip̄a suscepit. De
niq; hoc etiā gabriel pp̄rio f̄mone declarat
dicēs: Et qd nasceat ex te scm vocabit^o dei fi-
li^o. Ex te inquit: vt fm hoiez qd ex ip̄a na-
sceret aduerteres. Ex se em generauit ma-
ria: vt qd generat ex ipsa: in eo salua gene-
ratiōis dñice p̄rogatiua corpis eēt vera na-
tura. S; et paul^o dic se p̄destinatū eē i euā-
geliz dei: qd an inquit pmiserat p pp̄bas
de filio suo: q fact^o ē ex semine dauid fm car-
nē. Et ad galatas: Postq; autē venit ple-
nitudō t̄pis misit de^o filiū suū factū ex mu-
liere. Et ad timothēū dixit: Ademor esto
iesum xpm resurrexisse a mortuis ex semine
dauid. Ergo ex nobis accepit: qd pp̄rium
offerret p nobis: vt nos redimeret ex nfo.
Et qd nfm uō erat: ex suo nobis diuina sua
largitate p̄ferret. Scdm naturā igit se ob-
tulit n̄fam: vt vltra n̄fam oparet naturaz.
De nfo sacrificium: de suo p̄miū est. Multa

Eia. 7.

Luc. 1.

Ro. 1.

Gal. 4.

1. Timoth. 1.

Liber de Incarnationis dominice sacramentō

q̄ in eodē r̄ fm naturā inuenies: r̄ yltra natura. Scdm̄ pditionē etem̄ corpis in ytero fuit: nat̄ ē: lacrat̄ est: i presepi est collocat̄. Sed supra cōditionez virgo cōcepit: virgo generauit: vt crederes q̄ deus erat qui ino uabat naturā: r̄ hō erat qui fm naturā nascēbat ex homine. Neq̄ em̄ vt quidam interpretati sūt: natura ipsa mutata x̄bi est: que immutabilis semp̄ ē: sicut ip̄e dixit: **U**idete videte me: q̄ ego sū r̄ nō sū mutatus.

Sed etiā paulus dixit: q̄ iesus x̄ps h̄ri r̄ die: ip̄e est r̄ in secula: hoc est q̄ nō fm natura mutat̄ ē carnis: sed imutabilis etiā i ip̄a mutabili cōditionis hūanę qlitate permāsit. Didicistis igif̄: q̄ sacrificiū de n̄fo obtulit. Nam que erat causa incarnationis: nisi vt caro q̄ peccauerat per se redimeret̄. Quōd peccauerat igif̄ hoc redemptū est. Non est ergo imolata diuinitas verbi: q̄ nō peccauerat diuinitas verbi: r̄ iō non est verbi natura in carnis p̄uersa naturā: q̄ imunis peccati diuinitas: pro pctō qd nō fecerat se nō debebat offerre. Hoc em̄ in se obtulit Christus qd̄ induit. Induit qd̄ ante nō habuit. Nō igif̄ diuinitatis suę diuinitatē induit: i quo erat plenitudo diuinitatis eternę. S̄z carnē assumpsit: vt spoliuz carnis exueret: atq̄ in semetipso r̄ manubias diaboli crucifigeret: r̄ trophęa virtutū erigeret. Ergo si caro oī r̄ in x̄po subiācuit iurię: quō vni illā cū diuinitate dicit̄ eē subē x̄bū? Si em̄ vni subē x̄bū r̄ caro: q̄ de terra h̄z naturā: Cur vnus subē asserat verbū atq̄ aīa: quā p̄fectā nature suscepit hūanę? Vni autem subē est verbū cū deo: fm paternā p̄fessōz: r̄ ip̄s̄ dñi assertionē qui ait: **E**go r̄ p̄ vnus sum? Vni ergo subē pat̄ cū terreno corpē p̄dicat̄? Et adhuc indignam̄ arrānis: q̄z hī dicit̄ filiū dei creaturā eē: cū ipsi dicatis patrē vni cum creaturis esse subē? Quid autē aliud agitis ista dicēdo: nisi vt aut limū adē: terrāq̄ nostrā diuinę substātię cōparetis: aut certe diuinitatē in terrenę corruptelę iniuriā trāsserat̄? Dicēdo em̄ q̄ verbum: caro et ossa factum est: in terram vtiq̄ dicitis esse cōuersum: quoniā caro r̄ ossa de terris sunt. Scriptum est inquit: q̄ verbum caro factuz est. Scriptū est: nō nego: sed cōsidera quid sequatur. Sequit̄ em̄: **E**t habitauit in nobis: hoc est illud verbuz qd̄ carnē suscepit: h̄ habitauit i nobis: h̄ ē i carne habitauit humana: r̄ ideo emanuel dicit̄

est: hoc est nobiscum deus. Hoc ergo verbum caro factuz est: pro eo qd̄ est: homo factus ē. Sicut etiam iohel dixit: **E**fundā de spiritu meo super omnem carnē. Nō em̄ super irrationabilem carnem: sed in homines futura promittitur gratię spiritualis effusio.

Si fm litteram vos tenetis: vt putetis ex eo qd̄ scriptum est: **Q**uod verbū caro factū est: verbum dei in carnē esse p̄uersū: Nō qd̄ negatis scriptum esse de domino: quia peccatū nō fecit sed peccatum factus est: Ergo in peccatū p̄uersus ē dominus? Nō ita: sed quia peccata nostra suscepit peccatū dicitur est. Nā r̄ maledictū dicit̄ est dominus: nō q̄ in maledictū p̄uersus ē dominus: sed q̄ n̄m suscepit ip̄e maledictū. Maledict̄ em̄ in q̄t qui p̄det in ligno. Miraris ḡ: q̄ scriptum est: **V**erbum caro factum est: cum caro assumpta sit a dei verbo: q̄n de peccato quod nō habuit scriptū ē: Quia peccatū fact̄ est: hoc ē nō naturā operatiōemq̄ peccati: vt pote in similitudinem carnis peccati fact̄: sed vt pctm̄ n̄m in sua carne crucifigeret: susceptionē p̄ nobis: infirmitatem obnoxiiā corpis pcti carnalis assūpsit. Desinat ḡ dicere naturā x̄bi: i corpis naturā eē mutata: ne pari iterptatiōe videat̄ natura x̄bi: i cōtagiū mutata pcti. Aliud ē em̄ qd̄ assumptū: r̄ aliud qd̄ assūptū ē. **C**urr̄ venit in virginē: sicut r̄ angel̄ ad eā dixit: **Q**uia x̄tus altissimi obūbrabit te. S̄z natuz ē corp̄ ex virgine: r̄ iō celestis qd̄ descensio: s̄ hūana p̄ceptio est. Non ergo eadē carnis potuit esse diuinitatisq̄ natura.

De auctōris excusatiōe: ac responsione ad obiectionem qua sibi dici posset: q̄ de patris r̄ filij diuinitate quinq̄ illis libris quos scripserat: cōclusorē se esse p̄miserit: cū cōfutatiōe erroris eoz: q̄ aīam putat a dño iesu nō esse susceptā: pulcher r̄ inaq̄z declaratione assūptōis humane nature. Et quō intelligendū sit qd̄ scriptum est: **I**esus proficiebat etate r̄ sapientia. **L**a. VII.

Ossem latius p̄seq̄: s̄ vereor: ne hec ip̄a aliq̄bus aut supflua aut plura videant̄. Fortassis em̄ dicat aliq̄s: **N**ōne de patris r̄ filij diuinitate q̄nq̄ illis quos scripsisti libris: p̄clusorē te esse p̄miseras? S̄z qd̄ faciā cū quotidie nouas seminent questiones? Non p̄terit sponsio: s̄ astringit

Johel. 2.

Deut. 21.

Job. 1.

Luc. 1.

Malach. 3.

Deut. 2.

Job. 10.

Abeo sane vobis fratres dilectissimi: plebs sancta: maximam gratiam: quam non alium dolorem meum quam vestrum putatis: quam vobis accidisse hanc nostri creditis solitudines: quam fletum totius ciuitatis etiam omnium: ordinum omnium: vota noua quędam pietate desertis. Non enim misericordię priuatę dolor: sed quoddam publicę officium et munus est gratię. Aut si qua vos mei tangit misericordia quam talem fratrem amiserim: habeo fructus vberem: habeo vestri pignus affectus.

Aballem fratrem viuere: sed tamen publicum officium in secundis rebus fortius est: in aduersis gratius. Neque vero mihi mediocre meritum tantum datur officij. Neque enim ociose: vel in actibus apostolorum thabita mortua flentes videtur describuntur: vel in euangelio mota lachrymis videtur persequitur: funus adolescentis inducitur: cui resurrectio debebatur: illam tamen thabitam videtur: hunc tota ciuitas fleuit. Non ergo dubium est vestris lachrymis apostolorum patrociniū comparari: non inquam dubium est christi misericordia motum cum vos flentes videret: et si nunc non tergit loculum: suscepit tamen comedatum spiritum: et si non appellauit corporis voce defunctum: diuine tamen potestatis auctoritate a cruciatibus mortis et nequitię spiritualis incursionibus eius animam liberauit: Et si non resedit in loculo qui erat mortuus: tamen requieuit in christo: et si non locutus est nobis: tamen ea que supra nos sunt cernit: et que potiora sunt nobis iam se videre letatur. Per ea enim que in euangelio legimus: que futura sunt intelligimus: et presentium species futurorum est. Non opus fuit ei resurrectio temporalis: cui eterna debetur. Quid enim in hanc miseram et eruminosam recideret labem: atque in hac flebilem vitam rediret: quem raptum magis esse ex tam iminentibus malis urgentibusque periculis gaudere debemus. Nam si pacato seculo bellisque cessantibus raptum enoch nemo defleuit: sed magis propheta laudauit: sicut de illo scriptura dixit: Raptus est ne malicia mutaret cor eius: quanto magis nunc iure dicendum est: cum ad seculi lubricum vite accedat ambiguus: raptus est ne manus incideret barbarorum: raptus est ne totius orbis excidia: mundi sine: propinquorum sane ra: ciuium mortes: ne postremo sanctarum virginum atque viduarum: quod omni morte acerbius est: colluionem vi-

Act. 9.

Luc. 7.

Sap. 4.

76

Liber de excessu fratris

deret. Ego enim te frater tuus vite tue flore: tum mortis comoditate: beatum arbitror. Non enim nobis ereptus es: sed periculis: non vitam amissisti: sed ingruentium acerbis formidine caruisti. Nam qui eras sancte mentis misericordia in tuos: si nunc virgeri Italianam tam propinquo hoste cognosceres: quantum ingemisceres: quam doleres: in alpium vallo summam nostrae salutem consistere: lignorumque cedibus constructum murum pudoris: qua afflictione mereres: in tanto teneri discrimine tuos ab hoste impuro atque crudeli: qui nec pudicitiae perceret nec salutem? Quoniam inquam haec modo ferres quae nos perpeti et fortasse quod grauius est spectare cogemur: raptae virgines et auulsos a complexu parentum paruos liberos supra tela iactari: incestari sacra deo corpora: et senilem viduae maturioris uterum: in usus desuetos onerum redire non pignerum? Quoniam inquam modo ista tolerares: qui etiam ultimo spiritu: tui iam fortassis oblitus: et ad huc nostri non immemor: de cauenda incursione barbarorum nos sepius admonebas: commemorans non frustra te dixisse fugiendum: fortasse ideo quod nos destitui tua morte cernebas: quod non infirmitate animi: sed pietate faciebas. Et si infirmus pro nobis: tamen firmus tibi. Qui cum a viro nobili reuocareris Symmacho tuo parente: quod ardere bello Italia diceretur: quod in periculum tenderes: quod in hostem incurreres: respondisti hanc ipsam tibi causam esse veniendi ne nostro deesses periculo: ut consortem te fratris discriminis exhiberes. Felix igitur tam oportuno obitu: quod non es in hunc seruatus dolorem: certe felicio: quam sancta soror quae tuo solatio destituta de suo pudore sollicita: duobus nuper beata Germanis: nunc et duobus fratribus grumosa: neque alterum sequi potest: neque alterum derelinquere: cui tumulus hospitium tuus: et corporis tui sepulchrum est domus:

atque utinam vel hoc tutum diversorum cibis in fletibus: potus in lacrymis. Libum etenim dedisti nobis panem lacrymarum: et potum dedisti nobis in lacrymis in mensuram: aut fortasse ultra mensuram. Nam quid de me loquor: cui neque mori licet: ne sororem relinquam: neque vivere libet: ne a te reuellar? Quid enim mihi sine te potest esse iocundum: in quo omnis semper fuit nostra iocunditas? Aut quid diutius in hac vita degere iuuat atque in terris morari: in quibus tam diu iocunde viximus: quam diu simul viximus? Et si esset quod hic delectare nos posset: sine te delectare non posset. Et si quando voluissemus impense vitam producere: iam tamen sine te esse nollemus. Nec intolerabilia. Quid enim tolerabile sine te tanto vitae comite: tanto laborum meorum: officiorumque consortem? Cuius ego casum quo esset tolerabilior: nec praemeditari potui: ita pauebat animus de illo tale aliquid cogitare: non quo conditionem ignorarem: sed quidam votorum usus: sensum communis fragilitatis obduxerat: ut de illo nisi secunda omnia cogitare nescirem.

Quomodo sanctus Ambrosius omni solatio huius temporis se destitutum existimet in defunctione talis fratris. Mutuaque ipsorum charitatem magis interiori affectu quam forensibus osculis in alterutrum fuisse: amboque facies tam similem imaginem habuisse: ut iocundo quodam errore alter se pro altero visus fuerit. Ca. V.

Enique proxime cum graui quodam atque utinam supremo virgeret occasu: hoc solum dolere quod non ipse assideres lectulo: ac votiuum mihi cum sancta sorore partitus officium: morientis oculos digitis tuis clauderes. Quid optauerat?

Quid repēdo? Quē vota deficiūt? Quē ministeria succedunt? Aliud preparabam: aliud exhibere compello: nō iā ipse ministeriū funeris sed minister. **Q** dura oculorum lumina: quē potuisti fratrem videre morientē. **Q** immites et aspere manus quē clausisti oculos in quibus plus videbā. **Q** durior ceruix: quē tam lugubri onus cōsolabili licet obsequio gestare potuisti. **H**ec tu frat̄ mihi iusti⁹ exhiberes: **H**ec ego a te expectabam: **H**ec ego officia desiderabā. **N**ūc vero ipse me⁹ vitē superstes: qđ sine te solatiū capiā: qui solus merentē solari solebas: excitare leticiam: mesticiam propulsare? **Q**ualem te nūc ego frater aspicio: iā nulla mihi verba referentem: iā nulla offerentē oscula? **Q**uāquā ita mutu⁹ semper vtriq; nostrū insederit amor: vt interiore potius foueret affectu: q̄ forēsi blanditiā diuulgaretur. **N**eq; enī aliorū querebam⁹ testimonium: qui tātā nostri gratiā tenebam⁹? **I**ta virilis se vtriq; nostrum germanitatē lucus infuderat: vt nō blanditijs probare amorem: sed cōscientia teste pietatis interno amore contenti: lucum blanditiarum nō requirere videremur: quos et ipsa in amorē mutuū imago formaret. **N**escio qua enī expressione mentis: qua corporis similitudine alter in altero videbamur. **Q**uis te asperit: qui nō me visū putaret? **Q**uotiens aliquos salutavi: qui quoniā te prius consalutauerant: se a me iam dicerēt saluatos? **Q**uanti tibi dixerūt aliquid qđ se mihi dixisse memorarēt? **Q**uē mihi hinc gaudia: quāta frequēter oborta leticia: qđ eos errare in nobis cernerem? **Q**uāgratus error: qđ iocūda prolapsio: qđ religiosa fallacia: qđ suavis calumniā. **N**eq; enī de tuis erat aliquid aut factis aut sermonib⁹ qđ timerē: qui mihi tua letabar ascribi. **T**amen si vehementius contenderent qđ se mihi aliquid intimasse memorarent: respondebas ridens et gau-

dens: videte ne fratri dixeritis. **N**am cum omnia nobis essent nostra cōmunia: indiuiduus spiritus: indiuiduus affectus: solum tamen cōmune non erat secretum amicorum: nō quo conferendi periculum vereremur s̄ tenēdi seruaremus fidem. **S**ane si cōsilio pendenda res eēt: erat semper cōmune cōsiliū: non semper cōmune secretum. **N**am et si amici ita alteri nostruz dicerent: vt dicta sua ad alterūtrum peruenirent: tamen scio plerūq; complacitum ita fidem secreti esse seruata: vt nec fratri cōmitteretur. **E**rat enim fidele indicium: et extraneo non esse prodituz: qđ non esset cum fratre collatum. **H**is igitur tantis ac talib⁹ bonis in excessum quendā fateor: mētis elatus: superstitem me timere desiderarem: qđ illum vita crederem digniorē: et ideo excepi plagam quā ferre non possuz. **T**olerabiliora enī tanti doloris premeditata q̄ explorata vulnera.

De prerogatiua virtutū fratris: prudentie videlicet in arbitrando atq; cōcordie in mediō seruādo. **Q**uodq; primū bonorū sit deum scire et hunc diligere: secundum vero a celesti fonte in primos deriuare pietatem. **L**a. VI

Uis iam mestum solabitur?
Quis afflictum leuabit? **C**ū quo p̄cipabo curas? **Q**uis me ab istius mundi vindicabit vsu?
Tu enim auctor negociorum: censor seruulorum: arbiter fratrum: nō litis sed pietatis arbiter. **N**am si quando aliquid cum sancta sorore mihi conferendum fuit: intra melior videre sententia: te iudicem sumebamus: qđ nullius lederes os: atq; vtriq; satisfacere gestiēs: et amādī affectū tenebas: et cēfendi modū: vt et vtrūq; gratū dimitteres: et vtriusq; tibi grāz vendicares.

Aut si ipse aliqd disceptadū deferres: q̄ gra-
ta contentio tua: q̄ sine felle ipsa indigna-
tio: q̄ seruulis ipsis coercitio non amara:
cum te fratribus magis deferre q̄ ex affe-
ctu diceres vindicare. Nobis enim profes-
sio repressit studia coercendi: immo tu fra-
ter ab omni nos abducebas coercitionis af-
fectu: vidicare pollicēs: et lenire desiderās.
Non mediocris igitur prudentiē testimoni-
um que ita a sapientibus definitur: bonorū
primum esse deum scire: et verum illud atq̄
diuinū pia mente venerari: illam amabilem
et concupiscendam eterne pulchritudinē ve-
ritatis: tota mentis charitate diligere. Se-
cundum autē in proximos a diuino illo fon-
te atq̄ celesti nature deriuare pietatem: qd̄
etiam mundi sapientes nostris hausere de
legibus. Neq̄ enim deriuare ista in homi-
nū disciplinas: nisi de celesti illo diuine legi
fonte potuissent.

De fortitudine et fidei sinceritate fratris: Et quomodo in naufragio plenus fide se in mare iecerit: et eucharistiam secū in collo portans: post euasione liberato deo gratias egerit. Nec ab alio q̄ ab episcopo cum romana ecclesia cōueniente communionem recipere voluerit. Ca. VII

Quid igitur obseruantiaz eius erga
q̄ dei cultum predicem: qui priusq̄ p̄-
fectionibus eēt initiatus mysterijs:
in naufragio constitutus: cum ea qua vehe-
retur nauis scopuloso illisa vado: et vrgēti-
bus hinc atq̄ inde fluctibus solueretur: nō
mortē metuens: sed ne vacuus mysterij exi-
ret e vita: quos initiatos esse cognouerat:
ab his diuinum illud fidelium sacramētum
poposcit: nō vt curiosos oculos insereret ar-
canis: sed vt fidei sue consequeretur auxili-
um. Etenim ligari fecit in orario: et orarium
inuoluit in collo: atq̄ ita se deiecit in mare:
nō requirens de nauis compage resolutam
tabulā cui supernatans iuuaretur: qm̄ fidei
solius arma quesierat. Itaq̄ his se tectum
atq̄ munituz satis credens: alia auxilia nō
desiderauit. Simul fortitudinem eius spe-
ctare licet: qui fatifcente remigio: nō quasi

naufragus tabulaz sumpserit: sed quasi for-
tis ex seipso adminiculū sue virtutis assūp-
serit. Nec deseruit spes: nec fefellit opinio.
Deniq̄ primus seruat⁹ ex vndis et in portū
terrene stationis euectus: p̄sulem suum cui
se crediderat recognouit: statimq̄ vbi etiaz
ceteros seruulos suos: vel ipse liberauit: vt
liberatos comperit: negligens facultatum:
nec amissa desiderās: dei ecclesiam requisit:
vt ageret gr̄as liberat⁹: et mysteria eter-
na cognosceret: pronuncians nullū referen-
de gratiē maius esse officium. Qd̄ si homi-
ni nō referre simile homicidio iudicatū est:
quantum crimē est nō referre de o? Est ergo
prudētis agnoscere seipsuz: et quemadmo-
dum a sapientibus definitum est: secundū
naturam viuere. Quid enim est tam secun-
dum naturam: q̄ referre auctori gratiam?
Aspice celum hoc: nonne auctori refert gra-
tiam cum videtur? Celi enim enarrant glo-
riam dei: et opera manuum eius annunciat
firmamentū. Mare ipsum cum sedarū atq̄
tranquillum est: diuine serenitatis testatur
indiciū: cum mouetur: indignatio super-
na terrori est. Nonne omnes dei gratiā iu-
re miramur: cuz aduertimus q̄ insensibilis
natura quadam sensibili ratione suos flu-
ctus coerceat: et sine suis vnda cognoscat?
Nāz de terris quid loquar: que diuino obe-
dientes p̄cepto: omnibus sponte anima-
tibus pabuluz subministrant: atq̄ id quod
acceperint agri: velut crescentibus vlturis:
multiplicatum cumulatūq̄ restitunt? Er-
go ille qui natura duce diuini rationē ope-
ris igneo mentis vigore perceperat: sciuit
primo omnium seruatoꝝ suo gratiam esse
referendam. Sed quia referre poterat: ha-
bere poterat. Est enim huiuscemodi gratiē
vis: vt et cum refertur habeatur: et habendo
referatur. Referebat igitur gratiam: desere-
bat fidem. Nam qui tantum mysterij cele-
stis inuoluti in orario p̄sidium fuisset ex-
pertus: quantū arbitrabat si ore sumeret: et
toto pectorē hauriret arcano? Quid mai⁹ puta-
bat fusū i viscera: qd̄ tñ sibi tectū orario p̄-
fuisset? Sed nō ita auid⁹ fuit: vt eēt incaut⁹.
Scimus enī plerosq̄ auiditate studiū p̄ter-
mittere cautioꝝ. Aduocauit ad se ep̄m: nec
vllam veram putauit nisi vere fidei grati-

Ps. 18.

Sancti

am: percontatusque ex eo est utrum nam cum
episcopis catholicis: hoc est cum romana
ecclesia conueniret: et forte et ad id locum in
scismate regionis illius ecclesia erat. Luci-
fer enim se a nostra tunc temporis comunio-
ne diuiserat. et quamquam prouide exulasset: et
fidei sue reliquisset heredes: non putauit ta-
men fidem esse in scismate. Nam et si fidem
erga deum tenerent: tamen erga dei ecclesi-
am non tenerent: cuius patiebantur velut
quosdam artus diuidi et membra lacerari.
Etenim cum propter ecclesiam christus pas-
sus sit: et christi corpus ecclesia sit: non vide-
tur ab his exhiberi christo fides: a quibus
euacuat eius passio: corpusque distrabitur.
Itaque quamuis gratie fenus teneret: et metue-
ret tanti nominis debitor nauigare: tamen
eo transire maluit: ubi tuto posset exolue-
re. Iudicabat enim diuine solutionem gra-
tie in affectu ac fide esse: quam quidem statim
ubi primum copia liberior ecclesie fuit: im-
plere non distulit: Dei gratiam et accepit de-
sideratam: et seruauit acceptam. Nihil igitur
ea prudentia sapienti: que diuina et hu-
mana secernit. Nam quid spectatam in sti-
pendijs forensibus eius facundiaz loquar:
que incredibili admiratōe in adiutorio emi-
cuit? Sed malo illa laudare: que perceptis
mysterijs dei duxit humanis esse potiora.
Fortitudinē quoque eius si quis pleni⁹ expe-
ctare uolet: consideret quotiens post naufra-
gium inuicto quodam contēptu uite huius/
maria trāsfretauerit: diffusaque regioes ob-
eundo peragrarit: postremo que hoc ipso tē-
pore periculū non refugerit: sed ad periculū
uenerit: patiens iniurie: negligens frigoris:
atque utinam sollicitus cautidōis: sed hoc ipso
beatus que dum licuit vigore uti corporis: in
offenso ad exequēda que uellet functus iu-
uentutis officio: uitam uixit: debilitatē ig-
norauit. Qua uero prosecutione simplici-
tatem eius edisseram? Ea est enim quedam
morum temperantia: mentisque sobrietās.

De simplicitate fratris atque vere-
cundia uirginali ac castimonie pu-
ritate: que non minus uerborum in-
tegritate que corporis pudicitia ser-
uauerit. La. VIII.

Ambrosij

Atte queso ueniam: et permittite do-
lorem meo: ut de eo mihi paulo uer-
bius liceat loqui: cum quo iam non
conceditur colloqui. Lerte et uobis proficit
ut aduertatis: non fragilitate quadam uos
hoc officium: sed iudicio detulisse: nec mise-
ricordia mortis impulsos: sed uirtutum hono-
rificentia prouocatos. Anima enim benedi-
cta omnis simplex. Tante autem simplici-
tatis erat: ut conuersus in puerum: simplici-
tatem illius etatis innoxie: perfecte uirtu-
tis effigie: et quodam innocentium morum
speculo reluceret. Intrauit igitur in regnum
celorum: quoniam credidit dei uerbo: quasi
sicut puer artem repulit adulandi: iniurie
dolorem clementer absorbuisset: quam clemē-
tis uindicauit: querele que dolo promptior:
satisfactio facilis: difficilis ambitioni: san-
ctus pudori: ut frequenter in eo superfluum
magis uerecundiam predicares: que neces-
sariam quereres? Sed nunquam superflua fun-
damenta uirtutis. Pudor enim non reuocat:
sed commendat officium. Itaque uelut quadam
uirginali uerecundia suffusus ora cum uultu
affectum proderet: si forte aliquam subito ue-
niens offendisset parentes: uelut depressus
et quasi demersus in terram: licet in ipso ne-
quaquam dissimilis cetero uiuorum: rarus at-
tollere os: eleuare oculos: referre sermonem:
quod pudico quodam mentis pudore faciebat:
cum quo castimonia quoque corporis congru-
ebat. Etenim intemerata sacri baptismatis
bona seruauit: mundo corpore: purior cor-
de nominis adulterini sermonis opprobrium
que corporis perhorrescens: non minorem ra-
tus pudicitie reuerentiam deserendam inte-
gritate uerborum que corporis castitate. De-
nique intantum castimoniam dilexit: ut nec
uxorem expeteret: licet in eo non solum ca-
stitatis appetentia fuerit: sed etiam pietatis
gratia. Adhuc autem modo et coniugium dissi-
mulabat et iactantiam declinabat: tantaque
erat dissimulatio: ut nobis quoque uirgenti-
bus differre magis consortium que refugere
videretur. Hoc unum itaque fuit: que nec fra-
tribus crederet: non aliqua cunctationis he-
sitantia: sed uirtutis uerecundia.

De ceteris eius uirtutibus: scilicet
clementia atque pietate: que sunt

quedam virtutum seminaria: et de
parsimonia ac paupertate spiritus
cuz esset opibus terrenis locuples
Ca. IX

Quis igitur non miretur virum inter
fratres duos: alteram virginem: alterum
sacerdotem: etate mediuz: magna
nimitate non imparem: ita inter duo maxi
ma munera prestitisse: ut alterius minoris
castitatem: alterius sanctitatez referret: non
professionis vinculo sed virtutis officio: Er
go si libido atque iracundia: reliquorum vitio
rum educatrices sunt: iure castitatem atque
clementiam dixerim quasdam virtutuz pa
rentes: quamquam pietas quoque ut omnium pn
cipatus bonorum: ita etiam seminariu vir
tutum est ceterarum. Nam de parsimonia
quid loquar: et quadam habendi castitate?
Is enim non querit aliena que sua seruat: nec
inflatur in modico qui contentus est pro
prio. Nihil ergo aliud nisi proprium recupe
rare voluit: magis ne fraudaretur quam ut del
taretur. Nam eos qui aliena querunt: recte
accipitres pecunie nominabat. Quod si radix
malorum omnium auaricia est: utique vitia
exiit qui pecuniam non requirit. Non vnquam
accuratioribus epulis aut congestis ferculis
delectatus est: nisi cum amicos ad epulas
rogaret: quantum nature satis esset: non qua
tum voluptati superesset requirens. Et cer
te erat non pauper opibus: sed tamen paup
spiritu: quonia ipsorum est regnum celorum.
De istius beatitudine nequaquam utique du
bitare debemus: qui neque ut opulens exul
tauit in diuitiis: neque ut pauper exiguum quod
habuit iudicauit.

De iusticia eius: Et quomodo p
singulas suas species in eo emicue
rit. Ca. X.

Operest ut ad conclusionem card
inalium virtutum: etiam iusticie par
tes in eo debeamus aduertere. Nam
et si cognate sint inter se concreteque virtutes:
tamen singularum quedam forma expressi
or desideratur: maximeque iusticie. Ea enim
sibi partioz foris tota est: et quicquid habet
quadam inclementia sui: dum rapit amore
comuni: transfundit in proximos. Sed hu
ius multiplex species. Alia erga proprios:
alia erga vniuersos: alia erga dei cultuz vel
adiumentu inopum. Itaque qualis in vni

uersos fuerit provincialiuz quibus presuit
studia docent: qui parentem magis fuisse pro
prium quam iudicem loquebantur: gratum pie
necessitudinis arbitrum: constantem equi iu
ris disceptatores. Inter fratres autem qua
lis fuerit: licet omne hominum genus beui
uolentia complecteretur: indiuisum patri
monium docet: nec distributa aut delibata
sed reseruata hereditas. Etenim pietate sibi
causam esse negauit testandi. Nam h quo
que ultimo sermone signauit: cum quos dile
xerat commendaret: sibi nec vxoris arbitriuz
fuisse ducende: ne a fratribus diuelleretur:
nec testamenti faciendi voluntatem ne no
strum in aliquo arbitrium lederetur. Deni
que et oratus et obsecratus a nobis: nihil ta
men condendum putauit: non oblitus pauperu
sed tantum obsecrans esse tribuendum: qua
tum nobis iustum videretur. Quo vno sa
tis et dini timoris expressit iudiciu: et huma
ne edidit religionis exemplum. Nam quod pau
peribus contulit: deo detulit. Quonia que lar
gitur pauperi feneratur deo: et postulando
quod iustum est: non exiguum sed totum reli
quit. Hec enim est summa iusticie: vendere
que habeas et conferre pauperibus. Qui enim
dispersit dedit pauperibus: iusticia eius ma
net in eternum. Ergo dispensatores nos non
heredes reliquit. Nam hereditas successori
queritur: dispensatio pauperibus obligat.
Unde non immerito quantus fuerit: hodie
quoque per vocem lectoris paruuli spiritus
sanctus expressit: Innocens manibus et mi
do corde: qui non accepit inuanum animam
suam: nec fecit proximo suo dolum. Hec est
generatio requirentium deum. Hic ergo et
in montem domini ascendit: et in tabernacu
lo habitabit dei: quia ingressus sine macu
la operatus est iusticiam: locutus est verita
tem: non decepit proximum: nec pecuniam
feneratus est suam qui semper voluit recu
perare hereditariam. Agnosco oraculum: quod
enim nulla ordinauit dispositio: spiritus re
uelauit.

De fratris pietate que supergre
ditur iusticiaz: Et quomodo dolor
communis omnium: luctum priua
tum vacare faciat. In pudetia quo
que sit impetrare solus velle quod
pluribus negatum est: ut scripture
testimonio comprobatur. Ca. XI.

Ps. III.

Ps. 25.

Quid vero illud recenset: quod super ipsam
 iusticiam pietate progressus: cum que-
 dam incubatori communi fructuum
 mei contemplatione muneris putasset esse tri-
 buenda: largitatis me iactabat auctore: por-
 tionis sue lucrum ad commune consortium con-
 ferebat. Hec et alia que mihi tunc erant volu-
 ptati maxime: nunc recordatione doloris
 exasperavi. Absent tamen: eruntque semper:
 nec tanquam umbra preterierunt: neque virtutis
 gratia cum corpore occidit: nec idem nature me-
 ritorumque finis: licet ipsi nature usus non in-
 eternum occidat: sed temporaliter quadam vocati-
 one requiescat. Talibus igitur perfunctum
 virtutibus: ereptum periculis: desiderio ma-
 gis quam amissione flebo. Suadet enim ipsa
 oportunitas mortis: ut persequendum ma-
 gis gratia quam dolendum putem. Scriptum
 est enim: in communi dolore: proprium vacare debe-
 re. Necque enim prophetico sermone: vni illi mu-
 lieri que figuratur: sed singulis dicitur: cum ecclie
 sic dictum videtur. Dicit ergo et ad me: et dicit
 scriptura celestis: hoc cunctis doces: sic institui
 tuis dei plebem? An nescis: quia exemplum
 tuum periculum ceterorum est? Nisi forte ex
 auditum non esse te quereris. Primum istud
 arrogantis est impudentie: mereri solum vel-
 le: quod multis etiam sanctis negatum noueris:
 cum scias: quia non est personarum acceptor de-
 us. Nam et misericors deus: tamen si semper ex-
 audiret omnes: non iam ex voluntate libera
 sed ex quadam velut necessitate facere videretur.
 Deinde cum omnes rogent: si exaudi-
 ret omnes: nemo ergo moreret. Pro quan-
 tis quotidie rogas? Nunquid constitutio
 dei contemplatione soluenda est tui? Cur er-
 go non impetratum aliquando doles: quod non
 semper impetrabile esse cognoscit? Stulte inquit
 super omnes mulieres: nonne vides luctum
 nostrum: et que nobis contigerunt: quam syon ma-
 ter nostra omnium: in tristitia contristatur: et hu-
 militate humiliata est? Lugete validissime
 et nunc quam omnes lugemus: et tristes estote:
 quam omnes contristati sumus. Tu enim contrista-
 ris in fratrem: Interroga terram et dicet ti-
 bi: quam hec est que debebat lugere tantorum
 superstes germinum: et ex ipsa inquit initio
 omnes nati: et alij venient: et ecce pene omnes
 in perditione ambulantes: et in exterminium
 sunt multitudo eorum. Et quis ergo debet lugere
 magis: nisi que tam magnam multitudinem
 perdidit: quam tu qui pro vno doles? Absorbent

4. Desider. 10.

igitur nostrum dolorem communis dolor: et
 acerbitate proprii meroris excludat. Non
 enim dolere debemus eos quos cernimus
 liberatos: neque enim ociose tam sanctas hoc
 tempore animas corporalis vinculis remini-
 scimur absolutas. Namque velut diuino iudi-
 cio tam graues viduas: ita vno tempore de-
 functas videmus: ut perfectionis quidam vi-
 deatur excessus: non mortis occasus: ne vetera
 na emeritis stipendijs pudicitia dubium diu
 seruati pudoris incideret. Quos gemit mi-
 hi: quos dolores: tam acerba excitat recor-
 datio? Et si meroribus non vacabam: tamen in
 ipso dolore priuato: in ipso tantorum amisso
 flore meritorum: communis quedam nature me-
 conditio solabat: defixusque in vno dolore acer-
 bitate publici funeris domesticę specie pie-
 tatis obduerat.

**Quęadmodum aduersi casus ex di-
 uino ordine venientes fortiter to-
 lerari debeant. Ca. XII**

Epete ergo sacra scriptura solatia
 tua. Iuuat enim tuis preceptis: tuis
 sententijs immorari. Quod facilius est
 celum et terram preterire: quam de lege vnum apicem
 cadere. Sed iam audiamus que scripta sunt:
 Hunc inquit retine apud te ipsum dolo-
 rem tuum: et fortiter fer qui tibi contigerunt ca-
 sus. Si enim iustificaueris terminum dei: et
 filium tuum recipies in tempore: et in mulie-
 ribus collaudaberis. Si hoc ad mulierem:
 quam magis ad sacerdotem: si de filio: non vti
 quam absurdum etiam de fratrum amissione ta-
 lia memorari: quamquam si mihi fuisset filius:
 nunquam eum amplius dilexisset. Nam sicut
 in obitu liberorum effusi labores: suscepti fru-
 stra dolores merorem videntur augere: ita
 etiam in fratribus consuetudinis usus atque col-
 legij: acerbitem dolorem accendunt. Sed
 ecce dicentem scripturam audio: Noli facere
 hunc sermonem: sed consenti persuaderi. Qui
 enim flet casus syon: et consolare propter do-
 lorem hierusalem. Vides enim quia sancta
 nostra contaminata sunt: et nomen quod nomi-
 natum est super nos pene prophannatum est: et
 iuuenes nostri contumeliam passi sunt: et sa-
 cerdotes nostri succensi sunt: et leuitę nostri in
 captiuitate fuerunt: et mulieres nostre contami-
 nate sunt: et virgines nostre vim passę sunt:
 et iusti nostri rapti sunt: et paruuli nostri pro-
 diti sunt: et iuuenes nostri seruerunt: et fortes
 nostri inualidi facti sunt. Et quod omnino maus:

Abi.

79.

Liber de excessu fratris

signaculuz syon: qm̄ resignata ē de glia sua nunc: ⁊ tradita est in manibz eoz qui nos oderunt. Tu ergo excute tuam multam tristitiā: ⁊ depone abs te multitudinem dolorū: vt tibi repropitiē fortis: ⁊ requiē faciat tibi altissimus requiē doloꝝ.

Qd non eque lugendum sit fidelibus ⁊ infidelibus: cū illi spem resurrectionis non habeant: nec vllā putent requiē mortuorum. Nos vero quibus eternitas repromissa est patientiores solatio esse debeamus. Ca. XIII

Cessabunt igitur lachrymę: parēdū est enim remedijs salutaribz: qz debet aliquid inter fidos ⁊ p̄fidos int̄ esse. Fleant ergo qui spem resurrectionis habere non possūt: quā nō sentētia dei eripit: sed fidei inclementia. Interst̄ inter xp̄i seruulos idolorumq; cultores: vt illi fleant suos quos in perpetuu existimant interisse: illi nullas habeant lachrymaz ferias: nullā tristitię requiē consequantur: qui nullam putant requiē mortuoz: nobis vero quibus mors nō nature sed vitę istius finis est: quoniā in meli⁹ ipsa natura reparat̄: fletus omnes: casus mortis abstergat. Lerte si illi sibi aliqua solatia repererunt: qui finē sensus defectumq; nature mortē arbitrati sūt: quanto magis nos quibz meliora post mortem premia bono um factorum conscientia pollicetur: habent gentiles solatia sua: qz requiē maloz omnium mortē existimant. Et vt vitę fructu carent: ita etiaz caruillē se putant omni sensu ⁊ dolore penarum quas in hac vita graues ⁊ assiduas sustinem⁹. Nos vero vt erectiores p̄mio: ita etiaz patientiores solatio esse debemus. Non enī amittit sed p̄mitti videntur: quos nō absumptura mors: s̄ eternitas receptura est.

Qd propter assiduaz recordationem mortuum fratrem representatē a fletu se continere non poterit: comunibus tamē lachrymis lugendum censuerit. Ca. XIII

Cessabunt ergo lachrymę: aut si cessare non poterunt: in comunibz lamentis flebo te frater: ⁊ sub dolore publico domesticos gemitus tegam. Nam cessare non poterunt: cū ad omnem sonum nominis tui lachrymę subrepant: vel cum vsus ipse recordationem excitat: vel cū affe-

ctus imaginem representat: vel cum recordatio dolorem renouat. Quādo enī dees q̄ tantis officijs representaris? Ades in quaz ⁊ semper ostenderis: ⁊ toto te animo ac mēte complector: aspicio: alloquor: osculor: cōp̄bendo: vel in ipsa quiete nocturna: vel in luce clara cū reuifere ⁊ solari dignaris merētem. Deniq; ipse iam noctes que quasi molestiores viuente te videbant: q̄ mutui conspectus copiā denegarent: ipse iam somnus colloquioꝝ nostroz duduz interruptor: inamabilis: dulcis esse: iaz cepit: quia te mihi reddidit.

Qd tam amabilis fratris nō potuit nō reminisci: cū amor nō sinat disungi absentes etia defunctos. Ca. XV.

Non igitur miseri sed beati quorum nec p̄sentia deficit: nec cura minuit ⁊ auget gratia. Etenim somni similis imago mortis. Qd si in quiete nocturna vinculis adhuc corporcis inherentes: ⁊ q̄ si inter carceraria religatę claustra mēbroꝝ: possunt tñ aīq; altiora ⁊ discretā perspicere: quanto magis spectāt hęc cū iā puro ethereoq; sensu nulla corporee labis impedimēta patiunt̄? Aheritoq; mihi cōquerenti: vergenteq; iam in occasum die: non reuiferes quiescentem: totus omni tēpore indiuidu⁹ affuisti: ita vt illo perfusus sopore mēbroꝝ: cū ego vigilarē tibi: tu viueres: mihi dicerē: Quid ē mors frat̄? Nā certe nullā a me separare momētis. Ita enī vbiq; p̄sto eras: vt q̄ in istius vitę vsu habere copiā neq; bamus: nūc nob̄ semp ⁊ vbiq; p̄sto sit. Nā tūc vitę oīa p̄sto esse nō poterāt: nec enī cōplexiones nostre cōspectusq; ⁊ osculoꝝ corporalium suauitates locis oibus ⁊ oibz tēporibz suppetebāt. Animoꝝ imagines semp nobiscū erāt: etiā quādo nō eram⁹ vna: q̄ ne nūc q̄dem occiderūt: assidueq; aduolāt: q̄ maiore desiderio: eo maiore copia. Teneo igitur te frater: nec mihi te aut mors aut tēpus auellet. Ipse dulces lachrymę sunt. Ip̄i flet⁹ iocundi: quibz restinguit ardoꝝ animi: ⁊ q̄ si relaxatus euaporat affectus. Neq; enī sine te esse possū: aut tui nō meminisse vnquā: aut meminisse vnquam: aut meminisse sine lachrymis. Amari dies q̄ interruptā copulā pditis: flebiles noctes q̄ tam bonum p̄sortem quietis ⁊ indiuiduū mihi comitem pdidisti. Quas ederetꝫ cruces nisi se offu-

l

deret imago presentis: nisi visiones animi representaret: quæ species corporis denegaret? Jam iam frater aîo meo carissime: quâquâ imaturo decesseris obitu: beat? tñ qui ista nō sustines: nec amissum fratrem merere compelleris: quæ absentē diu ferre nō poteras: s̄ recurſu celeri reuisebas. Qd̄ si tunc solitudinis mee tedia repellere: mesticiā fraternę mentis ableuare p̄perabas: quāto nūc crebrius afflictū animū debes reuifere: et ex te cōceptū: p̄te lenire merorem? At mihi tamē dat aliquas officij vsus iducias: et obsequij sacerdotalis intentio abducit animum.

De fletu sororis que ex fragili conditione serus amplius in lachrymis exuberavit. Ca. XVI

E sancta vero sorore qd̄ fiet: q̄ licet d̄ dino metu pietatez tēperet: rursus tñ ipsū pietatis dolorē: studio religiōis accendit: strata humi et totuz gremio sui cōplexa tumultū: laborioso sessa incessu: tristis affectu: dies noctesq; merorem integrat. Nā licet fletum plerūq; sermōe suspēdat: i oratiōe renouat. Et quāuis scripturarum memoria cōsolationes ferentib; p̄currat: flendi tñ desiderium p̄candi assiduitate cōpensat: lachrymarū vbertatē tunc p̄cipue qñ nemo interrūpere possit instaurās. Ita qd̄ miserearis habes: qd̄ rephēdas nō habes. Flere enī i oratiōe virtutis ē: et quāquā istud familiare virginib; quib; mollior sexus: tenerior affectus contuitu cōis fragilitatis: in lachrymas etiā sine domestici sensu doloris exuberat: tñ cū maior causa merendi est: finis meroris excludit. Deest igit̄ cōsolandi via: quia superit excusandi gr̄a. Neq; enī possis prohibere qd̄ doceas: p̄sertim cum religionis astruat lachrymas non doloris: et cōmunis seriem deplorationis in metu pudoris obtexat. Cōsolare ergo q̄ potes adire animū: penetrare mentē. Lernat te esse presentem: sentiat nō eē defunctuz: vt cuius secura de merito: eius functa solatio: discat pro eo nō grauit̄ dolere: qui se admonuerit nō dolendum.

Qd̄ fratrem precedentē ad vitas sancti Ambrosij sequi cito desideret: vt quib; hic oia fuere cōmunia illic quoq; indiuiduū ius sit. De cōmēdatiōe quoq; anime fratris omnipotenti deo: et hostie ac sacrificij ipsius oblatione. Ca. XVII

Ed quid ego demoror frater: quid expectē vt nostra tecū cōmoriat: et quasi cōsepeliat oratio? Licet ipsa species et exanimis corporis forma soletur: oculosq; manens gr̄a et permanēs figura demulceat: nihil inquā moror: procedam ad tumultū: s̄ prius vltimū corā p̄lo vale dico: pacē p̄dico: osculū soluo: p̄cede ad illā cōmunē omnib; et debitā: sed iam mihi p̄ ceteris desiderabilē domū. Para hospiti cōsortium: et quēadmodū hic oia nobis fuere cōmunia: ita illic quoq; ius diuiduum nesciamus. Ne quēso cupiētē tui diu deferas: p̄perantē expecta: festinantē adiuua: et si diutius morari tibi videbor: accersi. Neq; enī vnquā prolixius abfuim; a nobis: tu tamē solebas reuifere: Nūc qñ tu redire iam nō potes: nos ad te ibim;: equū est vt officiu; rependam;: subeam; vicē. Nūq; nobis fuit vitę p̄ditio discretior: semp aut sanitas aut egritudo cōmunis: vt cū alter egresceret: alter incurreret: cum alter reualesceret: vterq; cōsurgeret. Quō ius n̄m amissim;? Et nūc p̄sortiu; egritudinis fuit: quomō mort; cōsortium non fuit: Tibi nunc omnipotens deus innoxia cōmendo aiaz tibi: hostiam meam offero: cape propitius ac serenus fraternuz munus: sacrificium sacerdotis: hęc mei iam liba p̄mittito. In hoc ad te pignore venio: nō pecunię sed vitę pignore: ne me diutius residere facias tant; senoris debitorē. Non mediocris est fraterni amoris vsura: nec vilis nature fors quā cumulauit incrementū virtutis. Possū ferre: si cito cogar exoluerē.

Sancti Ambrosij epi de excessu fratris feliciter explicat.

Capituloꝝ libri de fide resurrectionis sancti ambrosij episcopi: recollecta annotatio.

Qua rōne sanct; ambrosij libro superiore de fide suo indulserit: dolorēq; lenierit: et qd̄ in hoc libro agere p̄ponat. Ca. I.

Qua rōne indiscret; timor mortis atq; excessiuus luct; et clamores publici circa defunctos: qui frequētius a mulierib; feruntur: rephensibiles sint. Ca. II

Quō naturalis dolor p̄pter defunctos lege rōnis restringi debeat. Et a quib; malis present; vitę liberati sint mortui. Ca. III
Qd̄ mors malū nō sit: s̄ erūnaz oim malorūq; p̄fugiu;: vt exēplis scripture demon-

Liber de Fide resurrectionis

strat. Et quomodo exemplo dauid magl
desienda sint peccata defunctorum quod corpora-
ralis mors ipsorum. La. III.

Quo exemplis sapiētissimi salomonis: scōrum
iob atq; dauid: plus appetēda sit mors q̄
presens infelix vita. La. V

Quo presentis vite fallax beatitudo desideran-
da nō sit: s̄ exemplo scōrum futura felicitas sit
appetēda. Et de triplici morte scz spiritali
naturali et penali. La. VI.

Quomodo lex carnis legi mētis repugnet:
sicuti omnes sentimus: et de remedio libe-
rationis. La. VII.

Per quem modū licitū sit desiderare corpo-
ralem vitam vel mortem. Et quantū pro-
fuerit mors plurimorum: et maxime mors
filij dei: qui sua morte omnes nos viuifi-
cauit. La. VIII.

Quo mors a natura nō sit: s̄ post p̄uaria-
tionē p̄ remedio introducta. Et q̄ nemo
apetere debeat nō mori: cū honoratioꝝ re-
surgat p̄ mortē q̄ ante uiuebat. La. IX

De errore genitū. Et q̄ licet plurimū modis
fides resurrectionis astrui possit: tribus tū ar-
gumētis euidenter colligit: uidelicet ratioe
vniuersitatis: exemplo et testimonio rei geste.

Ac de astruptione per euidentem rōnē. Et
que sit prima resurrectionis fides. La. X.

De probatione fidei resurrectionis sumpta
ab exemplis fructuū terre et seminum: que
sata moriunt et reuiuiscunt. La. XI.

De astruptione fidei resurrectionis p̄ exemplum
surculi inserti trunco: q̄ ualefcit i arborē.
Atq; exemplo maris q̄ mortua corpora
in litus restituit. La. XII.

De assertionē fidei resurrectionis ab exem-
plo phenicis aus in arabia: que sibi rogū
succendere perhibetur: et rursus de fauil-
lis et cineribus renasci. La. XIII.

Quo sicut id q̄ insertū nō suūp̄i s̄ semē ē fu-
turi: sic corp⁹ h̄ mortale semē sit futuri cor-
poris immortalis. Et sic hęc corruptibilia a
p̄ditore nature certo tpe regenerat̄ et resur-
gūt: sic resurrectio i fine mundi sit futura.
La. XIII.

Quo sic ex nihilo aliqd fieri recta fide credi-
mus: sic id q̄ factū ē i meli⁹ repari possibi-
le credere debeam⁹. Ac de testimonijs scri-
pturę q̄b⁹ ueritas resurrectōis comproba-
tur. La. XV.

De approbatione fidei resurrectionis ex eze-
chiele p̄pheta: atq; miraculis circa filios

israel et egyptios ostensis. La. XVI.

De affirmatiōe fidei resurrectionis p̄ exem-
plū rei geste i resuscitatiōe lazari et de my-
sterijs significat̄ i illa resuscitatiōe. La. XVII

De exemplis aliorum mortuorum resuscitatorum: ut
in nouo et ueteri testamēto legit: quibus ue-
ritas resurrectōis astruat. La. XVIII.

Quo magl credendū sit testimonio dei resur-
rectionē p̄dicenti: q̄ dicti philosophorum
de natura celi et fidei disputantibus. Et q̄
cōuenienter reuniri debeat caro spiritui:
ut cum quo meruerit vel demeruerit: cum
ipso quoq; dignā vicem recipiat. La. XIX

Quemadmodum exemplo abrahe et dauid
resurrectionem credere debeam⁹: sciētes
quoniam qui suscitauit dominum iesum
xpm: et nos cum illo suscitabit cum hoc p̄-
miserit qui nunquā mentis de⁹. La. XX.

De fructu resurrectionis atq; distinctiōe or-
dinis resurgentium secundum distinctio-
nem meritorum. La. XXI

Quo quicumq; sine peccato est: uiuat deo vi-
ta ḡfē: etiā si moriat̄ corpe: cū exhortatiōe
perpulchra ut imitemur scōrum vitā q̄rū re-
surrectiōis speramus cōsortiū. La. XXII.

De fide: obediētia et hospitalitate sc̄i abrahe:
ac bonitate castimonia et patientia isaac:
Et de fidelitate atq; ceteri virtutibus iacob:
in q̄ typū xpi imitari adhortamur cum ce-
lū patere virtuti videamus. La. XXIII.

Quo exemplo resurrectōis xpi maxime astruat
ueritas resurrectiōis hūanę in fine mudi:
quo in momento in nouissima tuba chri-
stus omnes suscitabit. La. XXIII.

De tubarum speciebus: et mystica illorū interpreta-
tiōe q̄ diligenti adūscenda. La. XXV.

De mystica significatiōe tube qua uerus
iubileus et futura requies p̄signatur. Et
de umbra et imagine atq; per iesum chri-
stum facta ueritate. La. XXVI.

De morali significatiōe duarum tubarum argen-
tearum atq; sacerdotaliū: q̄rū sonitu mortui
suscitant̄: nō crepitu aeris sed d̄bo uiratis
aiati q̄bus etiā hostes fugāt. La. XXVII.

De distinctiōe atq; ordine resurgentium fm̄
differētiā meritorum significatis p̄ quadru-
plicē modū canēdi tubis: q̄ castrametates
filij isrl ordinate citabant. La. XXVIII

Quemadmodū xps oēs benignus illustret
et inuitet: sicut et ecclesia facit: et de eiden-
tioribus testimonijs quibus reuelatur re-
surrectio. La. XXIX.

De cōparatione hui⁹ vite ad beatā illā vitā
quę post resurrectionē erit. Et de laborib⁹
erūnis ac miserijs vite presentis cui resur-
rectio preferenda est. La. XXX.

De erroribus philosophorū atq; poetarum
de ipsa anima: atq; ei⁹ immortalitate: quibus
preferenda sūt oracula prophetarū atq; xp̄i
fidele promissum. La. XXXI.

De his quę s̄m rectā fidē credere debeam⁹
de animę immortalitate: resurrectionē quoq;
atq; futura felicitate: vbi mortē iam time-
re non poterimus. La. XXXII.

Sancti Ambrosij epi liber de fide
resurrectionis: In quo fratris sui de-
cessū recōmemorādo: cohortat nos
ac cōsolat docēs obitū nr̄orū lugē-
dū nō eē: p̄cipue p̄opt̄ spem resur-
rectionis z future glorie suauitatem
feliciter incipit.

Qua rōne sanct⁹ ambrosi⁹ libro
superiore desiderio suo indulserit:
doloremq; lenierit: z quid i hoc li-
bro agere proponat. La. I.

Superiore libro ali

quid indulgim⁹ desiderio: ne tan-
quā feruenti plage austeriora ad-
hibita medicamēta exasperarēt
magis q̄ lenirēt dolorē: s̄l qz fratrē sepius
allocuti sum⁹: z oculis tenebam⁹: absurdū
nō fuit relaxare paulisp̄ affectū nature: q̄ la-
chrymis magis pasci: fletib⁹ delinī: stupo-
re desigī. Abollis enī z tenera spēs est for-
ma pietatis: nihil insolens amat: nil immi-
te: nil dux: ferendo autē probat̄ patiētia q̄
resistendo. Ergo qz dudū dies mortis inter
lachrymabiles aspect⁹ debuit animū incli-
nare fratnū qui totū tenebat: nūc qm̄ die se-
ptimo ad sepulchrū redim⁹: q̄ dies symbolū
future quietis ē: a fratre paululū ad cōmu-
nē humani generis cohortationē iuuat de-
riuare mentē: intētionēq; transfundere: ita
vt neq; totis sensib⁹ desigamur i fratre: ne
obrepat affectus: neq; tantę exules pietatē
z gr̄e: eum quē diligim⁹ deseram⁹: z vere ip̄i
nobis tanti doloris augeam⁹ iniuriā: si ho-
die nobis z in sermōe moriat̄. Tū p̄posui-
mus fr̄es carissimi solari nos cōmuni vsu:
nec durū putare qcqd̄ vniuersos manet: et
iō mortē nō eē lugēdā. Primū: qz cōis sit et
cunctis debita. Deinde: qz nos seculi huius
absoluit grūmnis. Postremo: qz sōni specie

vbi ab istius mundi labore requietuz sit: vi-
gor nobis viuatior resūdat. Quē dolorē nō
solet resurrectionis gr̄a: quē nō excludat me-
rorē: si credas nihil perire morte: immo ip̄i
celeritate fieri mortis plus perire ne possit.
Erit ergo fratres carissimi vt in adhortatio-
ne cōmuni etiā fratri nostro pendam⁹ affe-
ctū: nec ab eo longi⁹ deuiasse videamur: si
p̄ resurrectionis spem z future gl̄ie suauitatē
etiā in sermone nobis hodie reuiuiscat.

Qua ratiōe indiscret⁹ timor mor-
tis atq; excessiu⁹ luct⁹ z clamores
publici circa defunctos: qui frequē-
tius a mulierib⁹ serunt: reprehensi-
biles sint. La. II

Rdiamur igit̄ ab eo: vt lugendum

nobis nostrorū obitū nō eē doceam-
mus. Quid em̄ absurdius: q̄ vt id

quod scias oib⁹ eē p̄scriptū: quasi speciale de-
plores: hoc ē animū sup̄ cōditionē extolle-
re: legē nō recipere: cōe nature p̄sortiū recu-
sare: mēte carnis inflari: z carnis ip̄i nesci-
re mensuram. Quid absurdū q̄ nescire quā
sis: affectare quod nō sis: Aut quā imprudētī⁹
quod futurū scias: id cū acciderit ferre nō pos-
se: Natura ipsa nos reuocat: z huiuscemo-
di in ḡorib⁹ quadā sui collatione subducit.

Quis est enī tam grauis luct⁹: aut tā acer-
bus dolor: in q̄ nō interdū relaxet̄ animus?
Habet hoc natura: vt quāuis hoies in tristi-
bus rebus sint: tū si modo hoies sūt: a me-
rore mētē paulisper abducāt. Fuisse etiā
quidā ferunt̄ ip̄i: qui ortus hoim̄ lugerēt:
obitusq; celebrarēt. Nec imprudent̄. eos enī
qui in hoc vite salū venissent in ḡendos pu-
tabant: eos vero q̄ ex istius mundi p̄cellis
z fluctib⁹ emerissent nō iusto gaudio p̄se-
quendos arbitrabant̄. Mos q̄ ip̄i natales
dies defunctorū obliuiscimur: z eum q̄ obie-
rint diē celebri solennitate renouam⁹. Nō ē
grauis subesid⁹ m̄ero: s̄m naturā: ne aut ex-
cellētiore aliq̄ nature exceptationē nob̄ ar-
rogare videamur: aut cōem recusare. Et em̄
mors ēlis ē oibus: indiscepta paupib⁹: in-
discepta diuitib⁹. Et iō licet p̄ vni⁹ pct̄m̄: in
oēs tū p̄transiuit: vt quē generis nō refugī-
mus auctore: nō refugiamus z mortis: z sit
nobis s̄l p̄ vni⁹ mors: ita p̄ vni⁹ etiā resurre-
ctio: nec recusem⁹ erūnam: vt pueniam⁹ ad
gr̄am. Venit em̄ vt legim⁹ xp̄s saluū facere
quod perierat: s̄ vt nō solū viuorū s̄ etiā mor-
tuorū dñes. Lapsus sū in adā de paradiso: Luc. 19

Liber de Fide resurrectionis

elect? Adā: mortu? i adā: quē reuocaret nisi me in adam inuenerit: vt in illo culpę obnoxium morti debitū: ita in xpo iustificatum? Si ergo debitū mortis ē solutio: debet esse tolerabilis. Sed hic locus posteriorib? partibus reseruandus. Nunc ppositū est asserere mortē grauiori nō debere esse merori: q̄ eū natura ipsa respuat. Deniq; lyciorum ferunt esse pcepta: quę viros iubeāt mulierē vestē induere: si merori indulgeāt: eo q̄ mollē & effeminatū iudicauerint in viro luctū. Deforme est em̄ eos qui p fide: pro religione: p patria: p equitate iudicij atq; intentione virtutis obuiū mortī debēt pectus offerre: merere in alio graui? q̄ i se si causa exegerit expetendū est. Nā quēadmodum potes i te nō refugere: q̄ impatienti? alijs doleas accidisse? Depone merorē si potes: include si nō potes. Aut absorbendus dis: aut p̄mendus ē dolor. Cur em̄ inesticiā tuā nō ratio potius q̄ dies leniat? Nā q̄ obliteratura est tēporis series: melius prudētia imitigabit. Quinetiā hoc ipsū irreligiosum puto erga ipsoꝝ memoriaꝝ quos dolemus amissos: vt obliuisci eoz malimus: q̄ consolationē mulceri: aut cū horrore reminisci: q̄ meminisse cum gratia: recordationem timere quoz imago debeat eē voluptati: distidere poti? q̄ sperare de meritis defunctorum: & penę additos q̄ immortalitati debitos quos dilexerit estimare. Sz dic. Quos diligebam? amissim? Nōne hęc nob cū ipso mundo elementisq; cōmunia sunt: quia ad tempus credita in perpetuū tenere nō possumus? Semit terra sub aratr: imbrib? ceditur: tēpestare pcutitur: stringitur frigore: sole torret vt fruct? annuos sēta parturiat: & cum se vario flore vestierit: exurit p̄prio & spoliatur ornatu. Quantos hęc raptores habet: nec fructū suū queritur amissuz: quē ideo generauit vt amitteret: nec impostērū negat: quē sibi meminit auferendū. Lelum ipsū nō semp stellaz micatū globis fulget: & quasi quibusdā insignis coronis. Nō semper ortu lucis albescit: radijs solis irrutilat: sed assidujs vicibus ille quidā mundi vultus gratissim?: humenti noctiū caligat horrore. Quid gratius luce? Quid sole iocundius qui quotidie occidit? Decessisse tamē hęc nobis nō moleste ferimus: quia repressumim?. Doceris in his quā i tuis debeas exhibere patientiā. Si superiora tibi occidūt

nec dolori sunt: cur si occiderint hūana doleant? Sit tamen patiens dolor: sit in tristibus modus qui exigit in secūdis. An si immoderate gaudere nō cōuenit: lugere cōuenit? Nō enī mediocre maluz est immoderatio doloris: aut metus mortis. Quātos ad laqueū impulit: armavit ad gladiū: vt i eo ipso amentia suā pderent: mortē nō ferētes & mortē appetentes: & q̄ p malo fugerēt p remedio asciscerent: qui qm cōsentaneū nature suę ferre ac ppeti nequeunt: stratiū vortū incidunt: vt ab his in perpetuū separent quos sequi desiderauerūt. Sz hęc rara: qm̄ natura ipsa reuocat: & si p̄cipitet amentia. Illud verō frequēs in mulierib?: vt clamores publicos serant: quasi metuant ne eaz ignoret erumna: vt illuuiē vestis affectent: quasi in ea sit sensus dolēdi: vt impexū sordibus imadidēt caput: vt postremo q̄ pleriq; in locis vulgo fieri solet: discisso amictu: diloricata veste secreti pudoris nuda pstituant: quasi ipsū lenocinent pudorez: qz pudoris sui p̄mia perdiderūt. Sic p̄caces oculi puocant vt cōcupiscant: vt amare incipiant mēbra nudata: quę si nō aspicerent nō amarent. Atq; vrinā sordidata illa tegumenta corporis nō speciē: sed mentē obnubarent. Latet plerūq; sub tristi amictu mētis lasciuia: & deformis horroz vestis obrexitur: vt secreta petulatiū tegant animoz. Satis pie virum luget: quę seruat pudorē: nō deserit fidē. Hęc bñ defunctis officia impendunt vt viuant i mentibus: in affectib? p̄seuerent. Nō amisit virū quę exhibet castitatem: nō est viduata cōiugio: q̄ nō mutauit nomē mariti. Nec tu perdidisti heredem q̄ adiuuas coheredē: s̄ p̄ successore corruptibiliū: mutasti cōsortē imortalium. Habes q̄ tibi representet heredez: solue pauperi q̄ debet heredi: vt nō solū matere aut patere senectutis: s̄ etiā vite p̄prie sit superstes. Plus successor tuo relinques: si portio eius non ad luxū presentū p̄ficiat s̄ ad p̄ciū futuroꝝ. Sed desideram? amissos.

Quō naturalis dolor ppter defunctos legerōnis restringi deberat. Et a quib? malis p̄sentis vite liberati sunt mortui. Ca. III.

Quo sūt em̄ q̄ maxime angunt: aut desiderū eoz quos amiserim? sic meo exemplo merior: aut q̄ eos vite suauitate priuatos: ereptos laboris sui

fructibus arbitramur. Tenuis enim amoris est titillatio: quae ex improviso affectum excitat: ut sedandi magis quam excludendi doloris facultas relinquatur: simulque pariter videtur desiderare quod amiseris: et specie virtutis adolescit infirmitas. Sed cur tu putes patientiorem illam esse debere quam dilectum ad peregrina dimiseris: et militie gratia vel susceptae administrationis officio: vel negociandi usu transfretas se compererit: quam te quae non fortuito arbitrio dereliqueris: aut studio pecuniae sed lege naturae? Sed recuperandi tibi interclusa spes quasi cuiusdam certa redeundi. Et plerumque dubia plerumque fatigant ubi periculi metus integer: grauiusque est timere ne acciderit: quam tolerare quod iam noueris accidisse. Aliud enim summam formidinis coaceruat: aliud sine expectat doloris. An dominus ius est quo decreuerit transferre mancipia: deo non est? Sed non suppetit expectare remeantem: suppetit tamen praecedentem sequi. Et certe breuis vitae usus: nec illi multum videtur eripuisse qui ante praecessit: nec te differre diutius qui remanseris. Quod si desiderium tuum mitigare non possis: nonne tamen videtur indignum pro desiderij tui studio rerum ordinem velle conuertit? Amantium ardentiora utique desideria sunt: et tamen necessitatibus contuitu temperant. Et si dolent deserere: lugere tamen non solent. Desistitui amare impatientius erubescunt. Ita patientia desiderij plus probatur. Quid autem de his loquar: qui defunctos putant vitae suauitate priuari? Nulla potest esse iocunditas inter has vitae nostrae amaritudines aut dolores: quae vel ex corporis ipsius infirmitate: vel extrinsecus accidentium incommoditate generantur. Anxij enim semper et ad ipsa leticiae vota suspensi quodam fluctuamur incerto: sperantes dubia pro certis: incommoda pro secundis: caudam pro solidis: nihil habentes potestatis in arbitrio: firmitatis in voto. At si aliquid contra voluntatem acciderit: perditos nos putamus: plusque aduersorum dolore frangimur: quam secundorum fructu potimur. Quibus igitur caret bonis: qui maioribus eripiuntur incommodis? Qualitudo credo bona: plus adiuuat quam affligit mala: aut opulencia plus delectat quam egestas afficit: aut filiorum magis amabilis gratia: quam lugubris amissio: aut adulescentia iocundior: quam senectus tristior: quam plerumque suorum tedit voto et optati penitet: ut doleat spectatum quod non impetrare metuebat. Exilia vero et ceterarum poenarum acerbitates: quae potest compere-

sare patria: quae voluptates: quae etiam cum sunt debilitant: tamen aut non intendendi affectu aut amittendi metu? Esto tamen maneat inoffensus: immunis a doloribus: perpes in voluptatibus vitae cursus humane: quid tamen commodi consequi potest anima in istiusmodi corporis inclusa compaginibus: et quibusdam membrorum angustis coartata? Si caro nostra carcere fugit: si detestatur omne quicquid euagandi facultates negat: quae utique paruis ultra se audiendi videndique excurrere videtur sensibus: quantomagis anima nostra corporeum istud euadere gestit ergastulum: quae motu aereo libera nescimus quo vadat aut vbi veniat? Scimus tamen quod corpori supuiuat: et ea iam depositis proprii sensus repagulis expedita libero cernat obtutu: quae ante sita in corpore non videbat. Quod exemplo dormientium possumus estimare: quorum animi velut sepulto quieti corpore: ad altiora se subrigunt: et renunciant corpori rerum absentium vel etiam celestium visibiles. Ergo si mors carnis et seculi nos absoluat eternis: utique malum non esse quae libertatem restituit et excludit dolorem.

Quod mors malum non sit: sed eternarum omnium malorum perfugium: ut exemplis scripture demonstrat. Et quo exemplo dauid magis defenda sint peccata defunctorum quam corporalis mors ipsorum. Ca. III.

Ita igitur nobis adouendus disputandi locus: mortem malum non esse: quae erumnarum omnium malorumque perfugium est: et si dauid statio securitatis ac portus quietis. Numquid in hac vita non experimur aduersa? Quas non procellas tempestatesque prope timemus. Quibus non exagitamur incommodis? Luitius parca meritis? Sanctus patriarcha israel: perfugus patria: fratre pariter: domum mutauit exilio: stuprum filiae: generis necesse flevit: famem petulit: sepulturam defunctus amisit: transferri enim ossa sua: ne vel mortuo requiesceret obsecrauit. Sanctus ioseph odia fratris: insidias inuidorum: seruulorum obsequia: mercatorum imperia: omne petulantiam: mariti inselciam: carceris quoque est expertus erumnarum. Sanctus dauid filios amisit: duos: unum incestum: alterum parricidam. Hos habuisse pudor est: doloris est perdidisse. Amisit et tertium quem amabat paruulum: hunc uiuentem ad huc fleuit: mortuum non desiderauit. Sic enim legitur quod egrotante puero deprecabatur dauid

domini pro puero et ieiunavit: et in cilicio iacuit: et astantibus maioribus natu ut excitaret eum de terra: nec surgendum sibi nec cenandum putavit: ubi vero defunctum puerum coperit surrexit de terra: lauit: ilico vinctus est: vestimenta mutavit: adoravit dominum: cibum sumpsit. Cum haec miranda suis pueris viderent infante vivente eum ieiunasse: plorasse: quia iure arbitrabatur dominum posse misereri: nec dubitandum quod vitam posset servare viventis: qui posset vivificare defunctos. Jam vero obita morte quid ieiunaret: quod iam non posset reducere mortuum exanimemque revocare? Ego inquit ibo ad eum: ipse autem non revertetur ad me. **M**aximum solatium desideratis: **V**erum sapientis iudicium. **M**irram patientiam servientis: ut nemo sibi adversus aliquid accidisse indigne ferat: et contra meritum suum se querat afflictum? Quis enim tu es qui de tuo merito ante pronuncies? Cur pervenire desideras cognitionem? Cur eripis sententiam iudicaturus? Nec sanctis istud permittitur: nec a sanctis impune unquam est usurpatum. David se propterea flagellatum suo carmine confitetur: Ecce ipsi peccatores et abundantes in seculo: obtinuerunt divitias. Ergo sine causa iustificavi cor meum et laui inter innocentes manus meas: et fui flagellatus tota die: et vindex meum in matutinum. Petrus quoque quantum plenus fide devotionis: tamen quia nondum conscius non infirmitatis presumptivae dixerat domino: Niam meam pro te ponam: temptationem presumptivae ante te tertio gallus cantaret incurrit: licet ipsa temptatio documentum fuerit ad salutem: ut discamus non contemnere carnalis infirmitatem: ne contemnendo temptemur. Si petrus temptatus est: quis presumat: quis astruat se non posse temptari? Atque haud dubie pro nobis temptatus est petrus: ut in fortiore non esset temptamenti periculum: sed ab illo discerem quem admodum in persecutionibus resistentes: et si vitae studio temptemur: temptationis tamen aculeum patientiae lacrymis vincemus. Idem tamen david ne quem fortassis scripturarum tenace moveat factorum diversitas: idem inquam david parricidam mortuum fleuit: qui non fleerat innocentem. Denique cum ploraret et lugeret dixit: Filius meus absalon: filius meus absalon: Quis dabit mihi mortem pro te? Non solum ergo fletur absalon: fletur parricida: non fletur incestus: sed etiam vindicatur: alter contemptu regni: alter fratris exilio: fletur sceleratus: non

fletur dilectus. Quae causa: quae ratio? Non mediocriter igitur in prudentibus deliberatio: sapientibus confirmatio. Magna enim prudentiae in tanta factorum diversitate constantia. Una est fides: et illos mortuos fleuit: et fletum infantem mortuum non putavit. Illos enim sibi perisse credebat: hunc resurrecturum sperabat. Sed de resurrectione posterius: nunc ad proposita revertamur.

Quomodo exemplis sapientissimi salomonis: sanctorum iob atque david: plus appetenda sit mors quam praesens infelix vita. **Ca. V.**

Remissimus enim etiam sanctos viros gravia in hoc mundo et multa perpassos: sine suffragatione meritorum cum erumna laborum. Unde regressus ad se david in posterioribus dicit: Abemento domine quia pulvis sumus: homo tanquam fenuz dies eius. Et alibi: Homo vanitati filis factus est: dies eius sicut umbra praetereunt. Quid enim nobis miserum qui tanquam spoliati et nudati precipimur in hanc vitam: corpe fragili: corde lubrico: imbecillo animo: anxii ad sollicitudinem: desidiosi ad laborem: pni ad voluptates? Non nasci igitur longe optimum: secundum sancti salomonis sententiam. Prosum enim etiam qui sibi vili sunt in philosophia excellere secuti sunt. Nam ipse illis anterior: non posterior: ita in ecclesiae locutus est: Et laudavi ego omnes defunctos qui iam mortui sunt magis quam viventes: quicumque vivunt usque ad huc: et optimus super hos duos qui nondum natus est: et qui non vidit hoc opus malum quod factum est sub sole. Et vidi ego universum laborem eorum: et omnem virtutem operum huius: quia emulatio viro ab altero. Equidem hoc vanitas et presumptio spiritus. Et quis hoc dixit: nisi ille qui sapientiam poposcit et impetravit ut sciret dispositiones orbis terrarum: et virtutum elementorum: anni cursus: et stellarum dispositiones: non ignoraret naturam animalium: et iras colligeret bestiarum: vim ventorum et cogitationes hominum deprehenderet? Quem igitur non latuerunt caelestia: quem admodum laterent mortalia? Qui cogitationem mulieris inuestigavit infantem vendicatis alienum: qui naturas animalium quas non acceperat: divina tamen gratia aspirante cognovit: hic de sua conditione naturae quam in se expertus est: errare aut metiri potuit? Sed non solus hoc sensit: et si solus expressit.

Ps. 72.

Job. 13.

1. Reg. 18.

Ps. 102.

Ps. 143.

Eccl. 4.

- Job. 5.** Legerat sanctum dixisse iob: Pereat dies illa qua natus sum: et cognouerat: nasci malorum omnium esse principium: et ideo diem qua natus est perire optauit: ut tolleretur origo incommodorum: et optauit perire diem generationis sue: ut die resurrectionis acciperet. Audierat etiam salomon dixisse profetam suum: Notum fac mihi domine finem meum et numerum dierum meorum qui est: ut sciam quid desit mihi. Nouerat enim dauid non posse id quod perfectum est hic comprehendere: et ideo ad ea que sunt futura properabat. **1. Cor. 13.** Nunc enim ex parte scimus et ex parte cognoscimus: tunc autem id quod perfectum est poterit comprehendere: cum reuelata facie nobis speculanda manifestat et eternitatisque diuine ceperit relucere: non umbra sed veritas. Nemo tamen festinaret ad finem: nisi vite istius fugeret incommoditatem. Et ideo etiam dauid quare ad finem festinet: exposuit dicens: Ecce veteres posuisti dies meos: et habitudo mea tanquam nihil ante te: verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.

Quod presentis vite fallax beatitudo desideranda non sit: sed exemplo sanctorum futura felicitas sit appetenda. Et de triplici morte: scilicet spiritali: naturali: et penali. **Ca. VI**

Quid igitur videmur fugere? Vanitatem. Aut quid nos delectat in hoc seculo vane conturbari: thesaurum pecuniarum condere: et ignorare cui congregemus hereditatem? Petamus amoueri a nobis plagas: eripi nos et insipienti seculo carere: de peregrinatione diuturna ad illam redire patriam et naturalem domum. In hac enim terra aduenimus et peregrinamur: remigrandum eo unde descendimus: ambigendum et obsecrandum: non perfunctorie sed obnoxie: ut a dolis et ab iniquitate loquacium liberemur. Et ille qui remedium nouerat: per longatum tamen suum ingemuit incolatum: et cum peccatoribus et iniquis se habitare deplorat. Quid ergo faciam qui et peccatum habeo et ignoro remedium? Hieremias quoque generatus sit: et ipse deplorat his verbis dicens: Heu me mater: ut quid me peperisti virum causam dicentem iudicij? In omni terra non profui: neque profui mihi quisquam: virtus mea defecit. Si igitur sancti viri vitam fugiunt: quorum vita et si nobis utilis: sibi tamen inutilis estimatur: quid nos face-

re oportet: qui nec alijs prodesse possumus et nobis vitam hanc quasi funebrem pecuniam usurario quodam cumulo grauescentem onerari in dies peccatorum cupimus? Quotidie morior apostolus dicit: melius quam illi qui meditationem mortis philosophiam esse dixerunt. Illi enim studium predicarunt: hic usum ipsum mortis exercuit. Et illi quidem propter se: paulus autem ipse perfectus moriebatur: non propter suam sed propter nostram infirmitatem. Quid autem est mortis meditatio: nisi quedam corporis et anime segregatio? Quia mors ipsa non aliud quam corporis atque anime secessio definitur. Sed hoc secundum communem opinionem. Secundum scripturas autem triplicem esse mortem accipimus. Una est cum morimur peccato: deo viuimus. Beata igitur mors que culpe refugium domino dedita: a mortali nos separat: immortali nos consecrat. Alia mors est vite excessus: qua mortuus est patriarcha abraham: patriarcha dauid: et sepulti sunt cum patribus suis: cum anima nexu corporis liberatur. Tertia mors est de qua dictum est: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Ea morte non solum caro: sed etiam anima moritur. Anima enim que peccat ipsa morietur. Aboritur enim domino: non nature infirmitate sed culpe. Sed hec mors non perfunctio huius est vite: sed lapsus erroris. Una ergo est mors spiritalis: alia naturalis: tertia penalis: Sed non que naturalis eadem penalis: Non enim pro pena sed pro remedio dedit mortem. Denique ad peccanti prescriptum est: aliud pro pena: aliud pro remedio. Pro pena dicit: Quonia audisti vocem vxoris tue et manducaisti de ligno de quo preceperam tibi ab hoc solo ne manducares: maledicta terra in operibus tuis: manducabis fructum eius omnibus diebus vite tue. Spinis et tribulos germinabit tibi: et edes pabulum agri tui. Lum sudore vultus tui manducabis panem tuum donec reuertaris in terram de qua assumptus es. Habes penam ferias: quia aduersus spinas seculi huius et sollicitudines mundi: voluptatesque diuitiarum que verbum excludunt: penam includunt. Mors pro remedio data est: quasi finis malorum. Non enim dicit: Quonia audisti vocem mulieris: reuertes in terram. Hec enim esset penalis sententia: quemadmodum est illa: Maledicta terra: spinas et tribulos germinet.

Matth. 23.

Ezech. 18.

Gen. 3.

Gen. 3.

nabit tibi: sed dixit: Abanducabis panem tuum in sudore: donec reuertaris in terram. Videt mortem magis metam esse nostram penarum: qua cursus huius vite incidit. Ergo mors non solum malum non est: sed etiam bonum est. Denique pro bono querit: sic scriptum est: Querunt homines mortem: et non inuenient eam. Querunt enim illi qui dicuntur sunt montibus: Ladite super nos: et colibus: operire nos. Queret etiam anima illa que peccat. Querit diues ille postquam in inferno: qui vult digito lazari refrigerari linguam suam. Videmus itaque quod et mors hec lucrum est: et vita pena est. Unde et paulus ait: Abibi enim viuere christus est: et mori lucrum.

Apoc. 9.

Phil. 1.

Quomodo lex carnis legi mentis repugnet: sicuti omnes sentimus: et de remedio liberationis. Ca. VII.

Quid est christus: nisi mors corporis: spiritus vite? Et ideo commoriamur cum eo ut viuamus cum eo. Sit quidam quotidianus vltus in nobis affectusque moriendi: ut per illam quam diximus segregationem a corporeis cupiditatibus anima nostra se discat extrahere: et tanquam in sublimi locata quo terrene adire libidines et eas sibi glutinare non possint: suscipiat mortis imaginem: ne penam mortis incurrat. Repugnat enim lex carnis legi mentis: et eam legi erroris adicit: sicut apostolus reuelauit dicens: Video enim legem carnis mee repugnantem legi mentis mee: et captiuantem me in lege peccati. Omnes impugnamur: omnes sentimus: sed non omnes liberamur. Et ideo infelix ego homo: nisi remedium queram. Sed quod remedium? Quis me liberabit de corpore mortis? Gratia dei per iesum christum dominum nostrum. Habemus medicum: sequamur remedium. Remedium nostrum: christi gratia: et corpus mortis: corpus est nostrum.

Ro. 7.

Per quem modum licitum sit desiderare corporalem vitam vel mortem. Et quantum profuerit mors plurimorum: et maxime mors filii dei qui sua morte omnes nos viuificauit. Ca. VIII.

Rogo peregrinemur a corpore: ne peregrinemur a christo: et si in corpore sumus: tamen quasi sint corporis non sequamur: nec deseramus iura nature: sed dona gratie propter. Dissolui enim et cum christo esse multo melius: permanere autem in carne magis necessarium propter vos.

Phil. 1.

Sed non omnibus necessarium. Domine iesu non mihi quod nulli utilis sum: Nam mihi lucrum est mori: ne plura peccem. Lucrum mihi est mori: quod ipso libro quod alios consolor: quasi vehementiori monitore ad desiderium amissi fratris impellor: quam me eius non sinit obliuisci: nunc magis amo: et vehementer desidero. Desidero cum loquor: desidero cum relego: et ideo habet potius scribendum arbitror: ne quasi ab eius recordatione diuellar. Quod non propter scripturas facio: sed cum scripturas sentio: ut patienti doleam: impatienti desiderem. Prestitisti mihi frater: ne mortem timeam: atque vltinam moriamur anima mea in anima tua. Hoc enim sibi balaaz pro maximo bono optat donat spiritum prophetandi. Aboriat inquit anima mea in animis iustorum: et fiat semine meum sicut semine iustorum. Et vere hoc secundum prophetiam optat. Qui enim viderat ortum christi: vidit eius triumphalem mortem: vidit in eo perennem hominum resurrectionem: et ideo mori non timet resurrecturus. Non moriamur ergo anima mea in peccato: ne peccatum in se recipiat: sed moriatur in anima iusti: ut eius recipiat equitatem. Denique qui moritur in christo: fit eius gratie particeps in lauacro. Non ergo formidabilis mors: nec amara egentibus: nec gratiosa diuitibus: nec iniusta senioribus: nec ignaua fortibus: nec perpetua fidelibus: nec improuisa sapientibus. Multi enim vitam solo mortis stimulo consecrarunt: quatenus viuere puduit: mori profuit. Aborte vni plerumque accepimus maximos pro liberatos. Aborte imperatoris: fugatos exercitus hostium: quos viuus vincere nequiuisset. Aborte martyrum religio defensa: cumulata fides: ecclesia roborata est: vicem mortui: victi persecutores sunt. Itaque quorum vitam nescimus: horum mortem celebramus. Unde et david propheticam gloriatur in sue mentis excessu: Preciosa inquit in conspectu domini mors sanctorum eius. Abortem maluit proferre quam vitam: ipsa mors martyrum premium vite est. Aborte etiam inimicorum odia soluitur. Quid plura? Unius morte: mundus redemptus est. Potuit enim christus non mori si voluisset. Sed neque refugiendam mortem quasi ignauam putauit: neque melius nos quam moriendo seruasset. Itaque mors eius vita est omnium: morte eius signamur: mortem eius orantes annunciamus: mortem eius offerentes predicamus: mors eius victoria eius: mors eius sacramentum est: mors eius annua solennitas mundi est.

Numeri, 23

Ps. 115.

Quo mors a natura non sit sed post
 per uariationem per remedio introduc-
 ta. Et quod nemo appetere debeat non
 mori: cum honoratioz resurgat post
 mortem quam ante uidebat. *Ca. IX.*

Quid preterea de eius morte dica-
 mus: cum diuino probemus exemplo:
 quia immortalitate mors sola que
 fuit: atque ipsa se mors redemit: Non igitur
 merenda mors: que causa salutis est publi-
 ce: non fugienda mors quam dei filius non dedig-
 natus est: non refugit: non resoluendus est ordo
 nature. Quod enim commune est omnibus: exce-
 ptum singulis esse non potest. Et mors quod
 in natura non fuit: sed conuersa in natura est.
 Non enim a principio deus mortem instituit: sed
 per remedio dedit. Et consideremus ne uidea-
 tur esse contrarium. Nam si bonum est mors:
 cur scriptum est: quia deus mortem non fecit:
 sed malicia hominum mors introiuit in orbem
 terrarum. Reuera enim mors diuino operi ne-
 cessaria non fuit: cum in paradiso positus ho-
 norum omnium iugis successus afflueret: sed
 per uariationem damnata in labore diurno
 gemitusque in tolerando: uita hominum cepit
 esse miserabilis: debuit dari finis malorum
 ut mors restitueret quod uita amiserat. Im-
 mortalis enim oneri potius quam uisus est: nisi
 aspiraret gratia. Et si bene discutias: non na-
 ture mors ista est: sed malicie. Abanet enim na-
 tura: malicia moritur: resurgit quod fuit: atque
 utinam ut peccandi liberum: ita uacuum cul-
 pe prioris. Sed hoc ipsum iudicio est mortem
 non esse nature: quod idem erimus quod fuimus. Ita-
 que aut peccatorum nostrorum supplicia pedemus:
 aut bene gestorum gratiam consequemur. Re-
 surget enim natura eadem: iam stipendium mor-
 tis honoratioz. Denique mortui qui in christo
 sunt resurgunt primi: deinde et nos qui uiui-
 mus inquit simul cum illis rapiemur in nu-
 bibus obuiam christo in aera: et ita semper cum
 domino erimus. Illi primi: uiuentes autem
 secundi. Illi cum iesu: uiuentes per iesum. Illis
 dulcior uita post requiem: uiuentibus et si
 grata compendia: tamen ignorata remedia.
 Nihil est igitur quod in morte timeamus: nihil
 quod debeamus dolere: si aut nature repetenti
 uita que accepta est rependat: aut petenti
 impendatur officio: in quo religionis cultus
 aut uirtutis usus est. Neque enim quisquam
 sibi ut sic maneret optauit. Iohanni promissum
 estimatum est: sed non est creditum. Verba

Sap. 1. et. 2.

1. Thessal. 4.

tenemus: sententiam deriuamus. Ipso in li-
 bro negat sibi quod non moreretur esse promissum:
 ne que uana spes exemplo incesceret. Quod si
 id uelle: spes insolens est: quanto insolentius est quod non
 preter modum acciderit: ultra modum dolere.
De errore gentilium. Et quod licet plu-
 ribus modis fides resurrectionis
 astrui possit: tribus tamen argumē-
 tis euidentius colligitur: uidelicet
 ratione uniuersitatis: exemplo: et
 testimonio rei geste. Ac de astru-
 ctione per euidentem rationem. Et que
 sit prima resurrectionis fides. *Ca. X.*

Entiles plerumque se consolantur vi-
 ri: vel de commoditate gramine: vel
 de iure nature: vel de immortalitate
 anime: quibus utinam sermo constaret ac non
 miseram animam in uaria portentorum lu-
 dibria formasque transfunderent. Quid igitur
 nos facere oportet: quorum stipendium re-
 surrectio est: cuius gratiam quoniam negare ple-
 ritque non possunt: fide abnuunt? Et ideo non
 uno argumēto aliquo sed pluribus modis
 ut possum astruam. Equidem omnia aut usus:
 aut ratio: aut exemplo: aut eo quod decorum sit ea
 esse: ideo esse credunt: et ad finem singula suffra-
 gant. Uisus: quod mouemur. Ratio: quod quod mo-
 ret uirtutem alterius conuenit estimari. Exempla
 quod generauit ager fruges: et ideo generatur
 esse presumimus. De quorum gratia ubi fructum
 non putamus: decere tamen credimus ut uirtutem opa
 minime deseramus. Singula igitur singula astru-
 untur: Tribus tamen euidentibus colligitur resurrecti-
 onis fides: quibus omnia comprehenduntur: ratione
 uniuersitatis: exemplo: testimonio rei geste: quod
 plurimi surrexerunt. Ratio euidentis est: quia
 cum omnis uite nostre usus in corpore aliquid sortitio
 sit: resurrectio autem aut boni actus premium habe-
 at: aut pena improbi: necesse sit corpus resurge-
 re cuius actus expendit. Quod enim in iudicium
 uocabitur anima sine corpore: cum de suo et corporis con-
 tubernio ratio prestanta sit? Resurrectio omnibus
 erit: sed id difficile creditur: quod non nisi meritis
 dei munus est. Prima igitur resurrectionis fides
 usus est mundi: rerumque statim omnium generationum
 series: successionum uices: obitus ortusque signo-
 rum: diei et noctis occasus: eorumque quotidie tam-
 quam rediuisa successio. Repetenti que genita-
 lis huius aliter ratio subesse non posset: nisi hu-
 mores ipsi que omnia trena generant: quantum di-
 urni solis estus extorreret: tantum rore no-
 cturno dispositio diuina repararet.

Liber de Fide resurrectionis

De probatione fidei resurrectionis sumpta ab exemplis fructuum terre et seminum: que sata moriuntur et reuiuiscunt. Ca. XI.

v. Cor. 15.

Am quid de fructibus loquar? Nonne tibi videntur occidere cum decidunt: resurgere cum reuiuiscunt? Quod satum est resurgit: resurgit quod mortuum est: et in eadem genera: in easdem species reformatur. Hos terra primum reddidit fructus: in his primum natura nostre speciem resurrectionis imitata est. Quid dubitas de corpore corpus resurgere? Granum serit: granum resurgit: pomum decidit: pomum resurgit. Sed flore granum induit: foliuloque vestit: Et hoc mortale oportet induere immortalitate: et hoc corruptibile induere incorruptione. Flos resurrectionis immortalitas est: Flos resurrectionis incorruptio est. Quid enim vberius quiete perpetua? Quid locupletius securitate diuturna? Hic est multiplex fructus: cuius prout pullulat secundiorum: hominum naturam post mortem. Sed miraris quemadmodum putrefacta solidentur: dispersa coeant: absumpta reparentur: non miraris quemadmodum semina vaporem et compressu terre soluta viridescant? Nam utique etiam ipsa terreno consuetudine putrefacta soluntur: et cum occata soli genitalis succus animauerit: quodam calore vitali spiritum quandam herbe viridantur exhalant. Deinde paulatim tenera spice adulescent: etates culmo erigit: et vaginis quibusdam natura tanquam sedula mater includit: ne pubescentem glacies adurat aspera atque a nimio solis defecdat ardore. Frugem quoque ipsam adhuc quasi primis erumpentem cunabulis mox adultam ne pluuia decutiat: ne aura dispergat: ne auium minorum morsus interimat: vallo aristarum sepire consuevit. Quid igitur miraris: si homines quos acceperit terra restituat: cum seminum corpora que cum vi susceperit: viuificet: erigat: vestiatur: muniat: atque defendat? Desine ergo dubitare quod depositum generis humani terre fides reddat: que commendata sibi semina usurario quodam fenore multiplicata restituat.

De astructione fidei resurrectionis per exemplum surculi inserti trunci: qui conualescit in arbore. Atque exemplo maris quod mortua corpora in littus restituit. Ca. XII.

Am quid de generibus arborum loquar: que posito surgunt de semine:

fructusque resolutos rediuiua fecunditate resuscitant: et forme veteri atque imagini succedunt: multasque etates quedam arborum corpora reparata transmittunt: ut ipsa durando vincant secula? Putrescere videmus acinum: vitem resurgere: surculum inserit: arbor renascitur. Unde reparandis arboribus diuina est prouidentia: de hominibus nulla cura? Et qui ea que ad usum hominum dedit perire non passus est: hominem perire patietur: quem ad imaginem sui fecit? Sed incredibile tibi videtur: ut mortui reuiuiscant. Insuper tu ipse quod seminas: nonne prius moritur ut viuificetur? Sere quemlibet fructum arenam: resuscitatur. Sed habet succum: et nostrum corpus habet sanguinem suum: habet humorem suum: hic nostri succus est corporis. Quia illud quoque explosum arbitror: quod arenam surculum quidam reuiuiscere negant: idque ad iudicium carnis deriuare nituntur. Non enim caro arida: cum caro omnis e limo sit: limus in humore: humor e terra. Denique multa gignentia quamuis iugi serenitate: humo arida harenosaque nascuntur: quam ipsa sibi terra ad humores sufficit: Non igitur in hominibus terra degenerat: que omnia regenerare consuevit? Quia daret non esse dubitandum: quod secundum naturam magis quam contra naturam est interire. Sequitur illud quod gentiles plerumque perturbat: quomodo fieri possit ut quos mare absorberit: sere dilacerauerint: bestie deuorauerint et terra restituat? Quo ita demum veniat necesse est: ut non de fide resurrectionis sed de parte dubitetur. Esto enim ut lacertorum corpora non resurgant: resurgunt ceteri: Nec resurrectio destruit si conditio excipitur. Atque tamen cur vel de his dubitandum putent: quasi non omnia que ex terris sunt in terram redeant: et in terram resoluantur. Mare quoque ipsum quecumque corpora humana demerserit: vicinis expuit vnda plerumque littoribus. Quod nisi ita esset: difficile credo deo foret dispersa conecere: dissipata sociare: cui mundus obtemperat: muta obsequuntur elementa: seruit natura: quasi non maioris miraculi sit limum animare quam iungere.

De assertione fidei resurrectionis ab exemplo phenicis auis in arabia que sibi rogum succendere perhibetur: et rursus de fauillis et cineribus renasci. Ca. XIII.

¶ His in regione arabie: cui nomen est
 a phenix: rediituo sue carnis humo-
 re reparabilis cum mortua fuerit reuiu-
 scit: Solos non credimus homines resuscitari: At
 qui hoc relatione crebra et scripturarum auctori-
 tate cognouimus: memorata autem quingento-
 rum annorum spatia vitali usui habere prescripta
 eamque cum sibi finem vite adesse presaga quadam
 nature sue estimatione cognouerit: thecam
 sibi de thure et mirra et ceteris odoribus ador-
 nare: complectoque ope pariter ac tempore intrare
 illam atque emori: ex cuius humore orti vermes:
 paulatimque eum in auis eiusdem figuram presce-
 re: usque formari: subnixamque remigio pen-
 narum: renouate vite officia munere pietatis
 ordiri. Nam theca illa vel tumultu corporis: vel
 incunabulum resurgentis in qua deficiens oc-
 cidit: et occidens resurrexit: ex ethiopia in li-
 caonia vehitur: atque ita resurrectione auis huius
 locorum incolae completum quingentorum annorum
 tempus intelligunt. Ergo isti aui quingentesi-
 mus resurrectionis annus est: nobis millesimus.
 Illi in hoc seculo: nobis in consummatione mun-
 di. Plerique etiam opinantur quod auis hec rogam
 sibi ipsa succendat: et rursus de fauillis suis
 et cineribus reuiuiscat.

Quod sicut id quod inseritur non suuipsum
 sed semen est futuri: sic corpus hoc
 mortale semen sit futuri corporis
 immortalis. Et sicut hec corrupti-
 bilia a conditore nature certo tem-
 pore regenerantur et resurgunt: sic resur-
 rectio in fine mundi sit futura. Ca.
 XIII.

¶ Sed fortasse natura discretior: fidei
 quoque discretionem videat afferre: in
 origine principiumque hominis precrean-
 di: mens nostra redeat. Viri estis: femine estis:
 que humana sunt non ignoratis: et si quod ignora-
 tis ex nihilo putatis esse quod nascimur: quod ex
 paruo quantum exurgimus? Et si non exprimimus:
 intelligimus tamen quid velimus: vel potius quod no-
 limus dicere. Unde hoc caput et vultus iste mi-
 rabilis: cuius artificem non videmus: opus vide-
 mus: in varia officia usque formatur. Ubi for-
 ma erectior: status excelior: faciendi vis: sen-
 tiendi viuacitas: gradiendi facultas: Igno-
 ra certe nobis sunt nature organa: sed nota mi-
 nisteria. Et tu semel fuisti: et tuum corpus semel
 est resurrecturum. Audi paulum: et discite quod semen
 est: Seminat in corruptione: surgit in incor-
 ruptione. Seminat in ignobilitate: surgit in

1. Cor. 15.

gloria. Seminat in infirmitate: surgit in vir-
 tute. Seminat corpus animale: surgit cor-
 pus spiritale. Et tu ergo seminat ut cetera:
 quid miraris si resurgis ut cetera? Sed illa
 credis: quia vides: ista non credis: quia non vides.
 Beatiores qui non viderunt et crediderunt. Tamen
 antequam tempus veniat: nec illa credunt: non
 enim omne tempus accommodum ad resuscitanda
 semina. Alio triticum seminat: alio nascitur:
 alio vitis inseritur: alio gemmat: ita farrago
 pubescunt: luxuriat pampinus: vicia forma-
 tur: alio plantatur olea: alio velut alio gra-
 uis et onusta plebe bacarum fructus sui vberta-
 te curuescit. Ante vero quam suum cuiusque tempus
 adueniat: fetura restrictior est: nec generati-
 onis etate habet in parte generandi ipsa que
 generat. Nunc informem feturam: nunc feturam nu-
 dam: nunc virentem floribus: nunc carentem ipsam
 omnino cernas parentem: que vitis vellet omnibus
 se vestire temporibus: nec vnum aurea segetum
 aut viridantia pratorum indumenta deponere
 ipsa sui egens et puentuum suorum que in alios
 transfuderit indotata compediis. Ergo et no-
 stra resurrectione: et si non credis fide: non cre-
 dis exemplo: vultus es creditur. Et alijs quidem
 fructibus: ut viti oleum pomisque diuersis anni-
 etas extrema habilis maturadibus: nobis que
 mundi consummatio tamquam extremus anni finis
 accommodata resurgendi prescribit etatem.

Quod sicut ex nihilo aliquid fieri recta
 fide credimus: sic id quod factum est in me-
 lius reparari possibile credere de-
 beamus. Ac de testimonijs scripture
 quibus veritas resurrectionis com-
 probatur. Ca. XV.

¶ Bene in consummatione mundi resur-
 rectio mortuorum est: ne post resurrecti-
 onem in hoc malum nobis esset seculum
 recidendum. Ideo enim Christus est passus: ut nos
 ex hoc malo seculo liberaret: ne iterum nos
 huius seculi temptamenta subuerent: et obesset
 renasci si renasceremur ad culpam. Et rationem
 igitur resurrectionis et tempus tenemus. Rationem
 quia in omnibus sibi fetibus eque natura ridet:
 nec in sola hominum successione degenerat tem-
 pus: quia omnia in anni fine generantur. Audi te-
 pora: annis unus est. Et quid mirum si annus
 vnum est: quoniam dies vnum est? Una enim die dominus opa-
 rios produxit ad vineam dicens: Quid hic statis
 tota die otiosi? Cause originum semina sunt.
 Semel est corpus humanum: generum doctor asse-
 ruit. Est ergo substantia resurgendi: quando est

20. amb.

Liber de Fide resurrectionis

series seminandi. Quod si substantia aut causa non esset: arduum quilibet putaret deo: vni vellet: vni quod vellet hominem regenerare: quod mundum ex nulla materia: nulla substantia esse iussit: et factum est. Celum aspice: terram intueri. Unum stellarum ignes: Unde orbis solis et radius: globi lune: Unde motuum vertex: dura saxorum: nemo rosa siluarum: Unum vel diffusus aer: vel infusus vel suprafusus aque: Sed si hec omnia deus fecit ex nihilo: Ipse enim dixit et facta sunt: ipse mandavit et creata sunt: cur miremur renasci posse quod fuerit: cum videamus natum esse quod non fuit: Illud mirum quod cum resurrectionis non credat: tamen ne generet hominem clementer quodam benignitate prospiciunt: et id transire ac demigrare in corpora dicunt alas: ne mundus intereat. Sed quod sit difficultas ipsi asserunt: transire alas: an redire: sua repetere: an noua querere: Sed illi dubitent quod non didicerunt: nos vero quod legimus legimus: prophetas: apostolos: euangelium dubitare fas non est. Quis enim dubitet cum legit: Et in tempore illo saluabit omnes plebs tua que scripta est in libro: Et multi dormientium in terra fossu vna apertione exurgent: hi in vitam eternam: et hi in opprobrium et in confusionem perpetuam: Et intelligentes splendebunt ut splendor firmamenti: et ex iustis multi sicut stelle in secula: Vnde itaque dormientium dixit quiete: ut intelligas mortem non esse perpetuam: que somni vice insidiat ad tempus et ad tempus excludit. Heliorumque profertur vite eius ostendit que futura post mortem est que eius que ante mortem merore ac dolore transigit. Siquidem illa stellis comparatur: hec erunt addicuntur. Nam quod illa preterquam alio loco scripta sunt: Suscitabis me et prostabo tibi: Quid etiam illud quod iob sanctus vite istius expertus iniurias et aduersa omnia patientia virtute exuperans: commendationem sibi malorum presentium de resurrectione permittit dicens: Suscitabis corpus meum: quod multa mala passum est: Esaias quoque resurrectionem prophetis annuncians: dominici se nuntium dixit esse responsum. Sic enim habes: Os enim domini locutum est: Et dicent die illa. Quid igitur os domini locutum sit: prophetas esse dicturos in posterioribus declaratur: vbi scriptum est: Propter timorem tuum in vtero accepimus: et parturimus spiritum salutis tue que effudisti super terram: cadent qui inhabitant terram: resurgent qui in monumentis sunt. Ros enim qui abs te est: sanitas est illis: terra vero impiorum peribit. Ambulate prope me et intra recessus tuos. Absconde te aliquatulum donec transeat ira dei. Bene recessus esse signavit tumulos mortuorum: quibus paucillulum abscondimur: ut

in iudicium dei quod pro nostris sceleribus ius debite indignationis assumet: tolerabilius transire possim. Quiuit igitur qui abscondit: et descendit quasi e medio se subtrahens et recedens: ne enim artioribus laqueis mundi huius inuoluatur eruna: quibus reposita resurrectionis esse leticia sanitateque corporum solutorum diuino rore reparabile: celestia oracula prophetis vocibus pollicentur. Et vnde ros significat: que genitalia omnia terrarum semina suscitant. Quid igitur mirum si fatiscens corpus nostri cineres ac fauilla: pinguedine celestis rosis exuberat: et accepto humore vitali: in copagum suam membrorum nostrorum habitum reformatur: Dicit etiam sanctus ezechiel propheta et plena expositione describit quemadmodum arentibus vigor ossibus refundatur: sensus redeat: motus accedat: nervisque redeuntibus corporis copago rigescat humani: quemadmodum nimis arida renatis ossa visceribus vestiunt: venarumque hiat et sanguinis riuulorum exteque cutis velamine obducatur. In ipsis dum legimus prophetis sermonibus humanorum videtur leges corporum rediuiua consurgere: atque ipsa spatia diffusa caporum nouis videas pululare seminibus. Quod si veteres sapientes satis hydrem dentibus in regione thebana inhoruisse armorum: segetem crediderunt: cum vtius alteri nature semina certum sit in naturam verti alteram nequiuisse: nec partem suis discordem fuisse seminibus ut ex serpente homines nascerentur: ut caro ex dentibus gigneretur: quanta magis vtius credendum est: quecumque sunt seminata in suam naturam resurgere: nec a satore sua segetes discrepare: nec duris mollia: nec mollibus dura viuiscere: nec in sanguine venena perverti: si carne de carne: os de ossibus: sanguinem de sanguine: humorem de humore reparari. De approbatione fidei resurrectionis ex ezechiele propheta: atque miraculis circa filios israel et egyptios ostensis. Ca. XVI.

Otestis que gentiles reformationis negare nature: qui mutationem potestis asserere: Potestis non credere oraculis: non euangelis: non prophetis: que fabulis inanibus creditis: Sed iam ipsum audiamus prophetam. Sic enim ait: Et facta est super me manus domini: et eduxit me in spiritu domini: et posuit me in medio campo: et hic erat plenus ossibus humanis: et circumduxit me per gyrum eorum: et ecce multa valde in facie campi: arida nimis. Et ait ad me: Fili hominis: si uiuent ossa ista: Et dixi.

ps. 148.

Daniel. 12.

isa. 26.

Ezech. 37.

Dne tu scis. Et ait ad me: Sta et dices illis: Ossa arida audite verbum domini. Hec dicit dominus minus ossibus istis: Ecce ego induco in vos spiritum vite: et dabo in vos nervos: et adducam super vos viscera: et extendam super vos cutem: et dabo spiritum meum in vos et vivetis et scietis quod ego sum dominus. Et prophetavit sicut mandavit mihi. Et factum est cum prophetaret hec omnia: et ecce factus est tertremotus magnus. Et tunc quoadmodum et auditum in ossibus et mortui prius ostendat esse quod vite spiritus refundat. Nam et supra ossa arida iubent audire: quasi sensum habeant audiendi: et hic accessisse eorum unum quod ad suam copaginem prophetico sermone signat. Sic enim habes: Et accedebant ossa unum quod ad suam copaginem. Et vidi et ecce super illa nervi et viscera nascebantur: et ascendebat super ea cutis desuper: et spiritus in his non erat. Abagna domini gratia quod future resurrectionis prophetam testis adhibet: ut nos quod ea illi oculis viderem. Nec enim omnes testes adhiberi poterant: sed in uno omnes testes sumus: quod nec in vix sanctum cadit mendacium: nec in tantum error prophetam. Nec minus verisimile debet videri: quod iubente deo: ossa in suam copaginem reformantur: cum utique innumera habeamus exempla: quibus natura rex celestium est obsecuta preceptis: ut terra pabulum gignere iuberetur et gigneret: ut ad virge tactum stentibus populis petra vomeret aquam: atque estu torridis miseratone divina viderent flueta dura saxorum. Virga in serpentem versa: quid aliud indicavit: nisi volente deo ex insensibilibus sensibilia posse generari. An vero incredibilis putas quod ossa cum iubent accedunt quod quod retrorsum fluentia vertunt: maria fugiunt? Sic enim propheta testatur: Abare vidit et fugit: iordanis pueris est retrorsum. Nec super his ambigi potest quod duorum populorum alterius salute: alteri obitu comprobatum est aquarum cursus stertisse frenatos: eosdemque aliis circumfusos: aliis ad mortem refusos: ut alios mergeret: alios reseruarer. Quid in ipso euangelio: nonne ibi probavit dominus quod verbo vinda mitescat: fugent celi nubila: cedat flabrum ventorum: placidusque licetoribus muta deo famuletur elementa? Sed propter quamur cetera: ut quemadmodum spiritum vite animent defuncti: surgant iacentes: sepulchra referent: possimus advertere. Et ait ad me: Prophetiza filii hominis et dic spiritui: Hec dicit dominus: A quatuor ventis celi veni spiritus et insuffla in mortuos istos et vivant. Et pro-

phetam sicut mandavit mihi: et intrauit in eos spiritus vite: et vixerunt et steterunt in pedibus suis congregatio nimis multa. Et locutus est dominus ad me dicens: Fili hominis: ossa hec omnia domus israel est. Ipsi enim dicunt: Arida facta sunt ossa nostra: perijt spes nostra: interimitus. Propterea prophetiza et dic: Hec dicit dominus: Ecce ego aperiam vobis monumeta vestra et educam vos de monumetis vestris in terram israel: et scietis quod ego sum dominus: cum aperiam sepulchra vestra et educam de sepulchris populum meum et dabo spiritum meum in vobis et vivetis: et ponam vos super terram vestram: et scietis quod ego dominus locutus sum et faciam dicit dominus. Aduertim quoadmodum vitalis spiritus in artus resumatur: cognovimus quoadmodum debiscens tibus tumultis mortui suscitetur. An vero mirandum est iussu domini mortuorum sepulchra reserari: cum tota suis terminis uno tonitruo terra quatatur: mare suis efundet sinibus: iteque suarum cursus refrenet vndarum. Denique ille qui crediderit: quod in momento oculi: si novissima tuba mortui resurgent: cum primis rapiet in nubibus obviam christo in aera: qui non crediderit relinquetur: et perfidie sue subdet se ipse sententiae.

De affirmatione fidei resurrectionis per exemplum rei geste in resuscitatione lazari: et de mysterijs significati in illa resuscitatione. Ca. XVII.

Stendit tibi dominus etiam in euangelio

o ut iam ad exempla veniam: quoadmodum resurgas. Non enim unum lazari sed fide omnium suscitavit. Quod tu si credas cum legimus quod tua quod mortua fuerat in illo lazaro resuscitavit. Quid enim sibi vult quod dominus ad monumentum accessit: magna voce clamavit: lazare exi foras: nisi ut future resurrectionis specie presteret: exemplum ederet: Tur voce clamavit: quasi spiritum non soleat operari: quasi tacitum non soleat imperare? Sed ut illud ostenderet quod scriptum est: Quia in momento oculi: in novissima tuba: et mortui resurgent incorrupti. Tubarum enim crepitum: vocis meritum elatio. Et clamavit: lazare exi foras. Tur etiam nomen additur: nisi forte ne alii resuscitatus pro alio videretur: aut fortuita magis resurrectio quam imperata? Auduit ergo defunctus: et exiit foras de monumento: ligatus pedes et manus instrictis: et facies eius orario colligata erat. Copte benedicti si potes quoadmodum clausis oculis iter carpat: vincit pedibus gradum dirigat: inseparabili gressu: separabili progressu. Abane

Ps. 109.

Job. 11.

1. Cor. 15.

Liber de Fide resurrectionis

bant vincula nec tenebāt: tegebant oculi: & videbant. Videbat deniq; q̄ resurgebat: q̄ ambulabat: q̄ deserebat sepulchrū. Virtute enim diuine p̄ceptionis operante: natura suū nō requirebat officiū: & tanquā in excessu posita: nō iā suo ordini sed diuino nutui seruebat. Rumpēbant prius mortis q̄ sepulture vincula: agebat prius q̄ parabatur incessus. Si miraris hec: disce qui imperauerit: tum mirari desines. Iesus x̄ps dei virtus: vita: lux: resurrectio mortuoz: virtus erexit iacentē: vita gressū extulit: lux fugauit tenebras: raparauit obtutū: resurrectio viuendi gratiā reformauit. Fortasse moueat q̄ iudei lapidem tollunt: iudei instita soluunt: ne forte & tu sollicitus sis qui lapidē de monumēto tuo tollāt: quasi vero q̄ sp̄m̄ refūdere poterat: lapidē mouere nō poterat: aut vincula rumpere: qui vinctū fecerat ambulare: aut deoperire faciē q̄ opertis oculis lumē infuderat: aut findere petrā qui poterat reformare naturā. Sz vt vl̄ oculis suis crederēt: qui credere mente nolēbāt: remouent lapidē: vident cadauer: fetorē sentiūt: instita rumpunt. Nō possunt negare defunctū quē aspiciūt resurgentem: vident signa mortis & vite munerā. Quid si dū conātur labore ipso emendant: Quid si dum audiunt: vel aurib⁹ suis credūt: Quid si dū intuent vel ocul̄ suis corrigūt: Quid si dū rumpunt vincula: mētes suas soluunt: Quid si dū lazarus exiit: ipse liberat: dū lazarus abire permittit: ipi ad dñm̄ reuertunt: Deniq; multi q̄ venerāt ad mariā: vidētes que facta sunt crediderunt.

De exemplis alioz mortuoz resuscitatoz: vt in nouo & veteri testamento legitur: quibus veritas resurrectionis astruatur. Ca. XVIII.

E hoc soluz exemplū edidit dominus noster iesus x̄ps: & alios q̄ resuscitauit: vt nos vl̄ exēplis vberioribus crederem⁹. Resuscitauit adolescētes: fletu vidue m̄ris inflexus: qñ accessit & tetigit loculū dicēs: Adolescēs tibi dico surge: & resedit q̄ erat mortu⁹: & cepit loq̄. Statim vt audiuit: statim resedit: statim locut⁹ est. Alia enī virtutē gr̄a: alius ordo nature. Nā quid de archisynagoge filia loquar: in cui⁹ obitu flebāt turbe: tubicines p̄sonabāt: Et enī ad finem mortis: pōpa funeris exhibet. Quācito ad vocē dñi cōuertit sp̄s: rediit

uum corpus erigit: cib⁹ sumit: vt vite testimonium crederet. Et quid miremur ad vocē dei refundi aīam: redire ossib⁹ viscera: cum meminerim⁹ p̄pheticō tactu corpis: mortuum suscitātū. Helias orauit & defunctū suscitauit infantē. Petrus in noīe x̄pi thabītam surgere: atq; ambulare p̄cepit: & reddītam sibi pauperes gratulati crediderunt p̄ alimentis: & nos adhuc p̄ salute non credimus: Illi resurrectionē alienā: suis lachrymis redemerūt: nos nostrā nec x̄pi redimus passione: qui cū emitteret sp̄m̄: vt ostēderet p̄ nostra resurrectionē se mortuū serie ipsā resurrexerunt. Simul enim vt clamans iterā voce magna: emisit spirituz: terra mota est & petre scisse sunt: & monumēta aperta sunt: & multa corpora sanctorum dormientiū resurrexerūt: & exeuntes de monumento post resurrectionem ei⁹ venerunt in sanctam ciuitatez & multis apparuerunt. Si hec lecta sunt: cū emitteret sp̄m̄: cur incredibilia putamus cū redire ceperit ad iudicium: p̄sertim cū hec resurrectio documētum illius resurrectionis & future veritatis sit exemplū? Minus autē exemplū ē q̄ veritas. Quis igit in dñi passione: monumēta aperuit: manum resurgentibus dedit: viāz qua ciuitatem sanctā peterēt demonstrauit? Si nemo fuit: fuit itaq; vis diuina q̄ operaretur in corporibus mortuorum. Hominis tu queris auxilium: vbi op⁹ dei cernis? Nō egent humanis diuina mysteria. Celū deus fieri iussit: & factū ē: terrā creari statuit: & creata est. Quis humeris saxa p̄iecit: quis cōgessit impensas: quis laboranti deo suam operam ministravit? In momento hec facta sūt. Vis scire q̄ breui? dixit: & facta sūt. Si dicto elemēta consurgūt: cur dicto mortui nō resurgāt? Qui licet mortui sint: tamē aliqui vixerūt: habuerūt sp̄m̄ sentiēdi: habuerūt vires agēdi: plurimumq; refert capax animi nō fuisse: & exanimū remansisse. Diabolus dixit: Dic lapidi huic vt fiat panis. Cōfitef iubēte deo p̄uerti posse naturā: tu sic credis iubēte deo reformari posse naturā.

Qd magis credendū sit testimonio dei resurrectionē p̄dicēti q̄ dictis philosophoz de natura celi et fidez disputantib⁹. Et q̄ p̄ueniēne reuniri debeat caro spiritui: vt cuz quo meruerit vl̄ demeruerit cū ipso quoq; dignā vicē recipiat. Ca. XIX.

4. Regl. 13.

3. Regl. 17. Act. 9.

Matt. 27.

Matt. 4.

Zac. 6.

Matt. 9.

Solis cursu celiq; ratione philoso-
phi disputant: et sunt qui putant his
esse credendum: cum quid loquantur
ignorent. Neq; enim celum ascenderunt: axem di-
mensi: mundum oculis perscrutati sunt: quia
nullus eorum cum deo in principio fuit: nullus
eorum de deo dixit: **L**u pararet celum cum ipso
eram: et eram cum eo componens: ego eram cui
aggaudebat. Si ergo illis creditur: non cre-
ditur deo qui ait: **Q**uoadmodum celum novum
et terra nova que ego facio manere coram me:
sic stabit nomen vestrum et semen vestrum:
et erit mensis ex mense et sabbatum ex sabbato:
et veniet omnis caro in conspectu meo:
ut adorent in hierusalem dixit dominus deus:
et exhibent et videbunt membra hominum qui per-
uaricati sunt in me. **N**am vermis eorum non morietur:
et ignis eorum non extinguetur: et erunt in aspectum
universę carnis. Si terra renouatur et
celum: cur dubitemus hominem posse renouari:
propter quem terra facta vel celum est? Si
peruicator seruat ad penam: cur iustus non per-
petuat ad gloriam? Si vermis non morietur pec-
catorum: quoadmodum interibit caro iustorum?
Hec est enim resurrectio: sicut verbi ipsius sono
expressit: ut quod cecidit: hoc resurgat: quod mor-
tuum fuerit reuiuiscat. Et hec est series et causa
iusticie: ut quonia corporis animiq; comis
est actus: que animus cogitauit: corpore effi-
cit: utrumque in iudicium veniat: utrumque aut pe-
ne dedatur aut glorie reseruet. **N**am propemodum
absurdum videtur: ut cum animi legem
lex carnis impugnet: et mens plerumque quod odit
hoc faciat: quando inhabitans in homine peccatum
carnis operatur: animus subdat iniurie alienę reus
culpe: caro quiete potius auctore erumne:
et solus atterat qui non solus errauit: aut so-
lus gloriam referat: qui non solus glorie militauit.
Plena nisi fallor: et iusta ratio. Sed ego ra-
tionem a christo non exigo: si ratione conuincor si-
dez abnuo.

Quoadmodum exemplo abraę et da-
uid resurrectionem credere debeamus:
scietes quoniam qui suscitauit do-
minum iesum christum: et nos cum
illo suscitabit: cuius hoc promiserit qui
nunquam mentitur deus. **C**a. XX.

Redidit abraam deo: et nos credamus:
ut qui sumus generis: etiam fidei sumus
heredes. Credidit et dauid pro-
pter quod locutus est: et nos credamus ut possimus
loqui: scientes quoniam qui suscitauit dominum iesum

christum: et nos cum iesu suscitabit. Hoc enim
promisit qui nunquam mentitur deus. Hoc promi-
sit veritas in euangelio suo dicens: Hec est
autem voluntas eius qui misit me: ut omne
quod dedit mihi non perdam ex eo: sed resusci-
tem illud in nouissimo die. **N**ec satis puta-
uit semel dixisse: sed etiam repetit: expressioe
firmauit. Sic enim sequitur: Hec est enim vo-
luntas patris mei qui misit me: ut omnis qui
videt filium et credit in eum: habeat vitam
eternam: et resuscitabo eum in nouissimo die.
Quis hoc dicit? **U**trique is qui mortuus: plu-
rima defunctorum corpora suscitauit. Si deo
non credimus: nec exemplo credimus. **N**on cre-
dimus quod promissit: quando etiam quod non promi-
sit effecit. **I**pse autem quam causam moriendi ha-
buisset: nisi habuisset causam resurgendi?
Et enim quonia dei mori non poterat sapi-
entia: resurgere autem non poterat quod mortuum
 in lege: merito reprehendit illos qui perfe
 cta dimittant et principia verbi requirant.
 Docet nos scire oportere destructa eē vni
 uersa legis baptismata: vnum baptisma eē
 in ecclesia. Hortatur autem nos: vt relin
 quentes initiū verbi ad perfectum tenda
 mus. Et hoc faciemus inquit: siquidē per
 miserit deus. Non potest enim sine fauore

dei aliquis esse perfectus. Possem quidem
 etiam illud dicere ei qui hoc de penitentia
 dictum putat: quia que impossibilia sūt ho
 mini: possibilia sunt apud deum: et potens
 est deus quando vult donare nobis pecca
 ta: etiam que putamus nō posse cōcedi: Et
 ideo quod nobis impossibile impetrati vi
 detur: deo donare possibile est. Nam et im
 possibile videbatur vt peccatū ablueret aq̄.
 Denique naaman syrus: lepram suam mū
 dari per aquam posse nō credidit. Sed quō
 impossibile erat: fecit de⁹ possibile esse: qui
 tantā nobis donauit gratiā. Similiter im
 possibile videbatur per penitentiam pecca
 ta dimitti. Concessit hoc christus apostolis
 suis: quō ab apostolis ad sacerdotum officia
 transmissum est. Factū est igitur possibile:
 quō impossibile videbatur. Sed tamen de
 baptismo dictum: ne quis iteraret vera ra
 tione persuadet.

Quō apostolus non venerit con
 tra euidentem doctrinam christi: quō
 de peccatore penitentiam habentem
 comparationē posuit filij pro
 digi: et quemadmodum ex hoc ad
 spem venie per penitentiaz prouo
 cemur. Ca. III.

Es enim apostolus contra euidentem
 christi doctrinā veniret: qui de pec
 catore penitentiam agente compa
 rationez posuit: eo quod peregre profectus ac
 ceptam a patre omnem substantiam deuo
 rauerit viuendo luxuriose: et postea panem
 patris desiderauerit cuius vesceretur siliquis:
 et meruit stolam: anulum: calciamentū: im
 molationem quoque vituli: que speciem ha
 bet passionis dominice: per quā celeste sa
 cramentum nobis donatum est. Bene dici
 tur: quod peregre profectus est: qui erat a sacr̄
 altarib⁹ sepatus: hoc est enim ab hierusalē
 illa que in celo est ciuico quodā et domesti
 co sanctorū separari domicilio. Unū et aposto
 lus ait: Ergo iā nō est aduenē atque peregrini:
 sicut ciues scōrum et domestici dei. Et cōsump
 sit inquit substantiā suam. Merito cōsumpsit
 eam: cuius fides in operib⁹ claudicabat. Et
 des enim eorum que sperant substantia eorum
 argumētū nō apparentiū. Et bona substan
 tia fides: in qua spei est nostre patrimonii.
 Nec mirū si fame peribat quō diuino alimēto
 egebat: cuius desiderio compulsus: Surgā
 inquit et ibo ad patrē meum et dicā illi: Pa

De Penitentia Liber II

ter peccavi in celum et coram te. Nonne ad-
uertistis id evidenter iam nobis expositum: quod
merendi gratia sacramenti ad precandum
impellimur: et hoc auferre vultis propter quod
agitur penitentia? Tolle gubernatori per-
ueniendi spem: et in medijs fluctibus incer-
tus errabit. Tolle luctatori coronam: lentus
iacebit in stadio. Tolle piscatori capiendi ef-
ficaciam: desinit iactare retia. Quomodo er-
go potest qui famem patitur anime super stu-
diosius deum precari: si sacram desperet ali-
moniam? Peccavi inquit in celum et coram
te. Fatetur utique peccatum ad mortem: ne-
quem vos agentem cuiuslibet criminis pe-
nitentiam iure excludi putaretis: quando
is qui in celum peccavit: vel in regnum cele-
ste: vel in animam suam: quod est peccatum ad
mortem: et peccavit coram deo: cui soli dicit:
ps. 50. Tibi soli peccavi et malum coram te feci: tam cito
veniam mereor: ut veniendi et adhuc longe posito
occurrat pater: et osculum tribuat: quod insigne
est sacre pacis: stolam proferri iubeat quam ve-
stis est nuptialis: quam si quis non habuerit a
conuiuio nuptiali excluditur. Det anulum
in manus eius: quod est fidei pignus et sancti
spiritus signaculum: Calciameta deferri pre-
cipiat. Celebraturus enim pascha domini epu-
laturus agnum: reclusus debet aduersus om-
nes incurfus bestiarum spiritualium morsus
et serpentis habere vestigiis. Titulum pre-
cipiat occidi: quia pascha nostrum immola-
tus est christus. Etenim quotienscumque san-
guinem domini sumimus: mortem domini
annunciamus. Sicut ergo semel pro omni-
bus immolatus est: ita quotienscumque pec-
cata donantur: corporis eius sacramentum
sumimus: ut per sanguinem eius fiat pecca-
torum remissio. Ergo evidenter domini pre-
dicatione mandatum est: etiam grauissimi
criminis reis: si ex toto corde et manifesta con-
fessione peccati: penitentiam gerant sacramen-
ti celestis: refundenda gratia. Unde nihil
vobis ad excusationem resedisse certum est.

De spiritu blasphemie qui non re-
mittetur hic neque in futuro: et quo-
modo intelligatur illud de hereti-
cis atque scismaticis qui ecclesiam se-
parant: quibus indulgentia nega-
tur quoad tanti criminis merita
non deposuerint. Ca. III.

Relatum est tamen ad nos etiam illud
vos obicere solere: quod dicatis scri-
ptum esse: Omne peccatum et blasphemie
remittetur hominibus: spiritus autem
blasphemie non remittetur hominibus: Et
quicumque dixerit verbum contra filium ho-
minis remittetur ei: qui autem dixerit con-
tra spiritum sanctum: non remittetur ei: ne-
que in hoc seculo neque in futuro. Quo exem-
plo omnis assertio vestra destruitur et absol-
uitur. Scriptum est enim: Omne peccatum et blas-
phemia remittetur hominibus: Cur igitur non
remittitis? Cur ligatis vincula que non sol-
uistis? Cur nodos necitis quos non relaxa-
tis? Remittite ceteris: agite de his que pec-
cantes in spiritum sanctum euangelica au-
toritate in perpetuum astringi putatis. Et
tamen quos astringat consideremus: repetentes
superiora lectionis ipsius: ut evidenter con-
prehendam? Dicebant iudei: Hic non eicit
demonia: nisi in beelzebub principe demo-
niorum. Respondit iesus: Omne regnum di-
uisum contra se destruet: et omnis ciuitas et
domus diuisa contra se non stabit. Si enim
sathanas sathanan eicit: aduersum se diuisus
est: quomodo ergo stabit regnum eius?
Et si ego in beelzebub eicio demonia: filij
vestri in quo eiciunt? De his utique expro-
sum videmus: qui dominum iesum in beelze-
bub eicere demonia loquebantur: quibus sic
respondit dominus: quod sathanam hereditas
in his esset qui sathanam compararent saluato-
rem omnium: et in regno diaboli constitue-
rent christi gratiam. Et ut cognosceremus
quod de hac dixit blasphemia: adiunxit: Pro-
genes viperarum: quomodo potestis bona
loqui cum sitis mali? Hos ergo qui hec loquuntur:
negat adveniam pertinere. Denique petrus symo-
ni qui magicę artis consuetudine deprauatus
putasset quod gratia christi per impositionem man-
arum infusionem spiritus sancti compararet pecu-
nia ait: Non est tibi pars neque sortis in hac fide:
quod cor tuum non est rectum apud deum. Peniten-
tiam itaque age ab hac nequicia tua: et precare
dominum si forte remittat tibi recordatio cordis
tui. In obligatione enim iniquitatis et amaritu-
dine fellis video te esse. Elides quod huc ma-
gica vanitate blasphemantem in spiritu sancto:
apostolica auctoritate condemnet: et eo ma-
gis quia puram conscientiam fidei non ha-
bebat: et tamen non interclusit ei spiritum venientis

Matth. 12.

Abi. 3.

Act. 8.

quem inuitavit ad penitentiam? Resposus est igitur a domino blasphemie phariseorum: et ideo his potestatis sue gratiam negat: quia in remissione peccatorum est: qui celestem eius potestatem diabolico fultus suffragio vendicaret: eos quoque asserit diabolico viti spiritu qui separarent ecclesiam dei: ut omnium temporum hereticos et scismaticos comprehenderet: quibus indulgentiam negat: quod omne peccatum circa singulos est: hoc in universos. Soli enim sunt qui volunt solvere christi gratiam: quod ecclesie membra discerpunt: propter quam passus est dominus iesus: spiritusque sanctus datus est nobis. Denique ut sciat quod de disperforibus dicit: sic habemus scripturas: **Matth. 12.** Qui non est mecum contra me est: et qui non colligit mecum: dispergit. Et ut scirem de his dictum: statim subiunxit: Non dico vobis: omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus. **Luce** dicit: Ideo dico vobis: nonne evidenter hoc per ceteris a nobis intelligi voluit? Adherensque adiunxit: Arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor: malos fructus facit. Congregatio enim mala: bonum facere fructus non potest. Arbor itaque congregatio est: fructus boni arboris filii ecclesie sunt. Et ideo revertimini ad ecclesiam: si qui vos separastis ipse. **Iob. 2.** Oibus enim conuersis pollicetur veniam: quod scriptum est: Dis quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit. Denique etiam iudeorum populus qui dicebat de domino iesu: Demonium habet: qui dicebat: In beelzebub eicit demonia: qui crucifixus dominum iesum: petri predicatione vocatus ad baptismum: ut scelera tanti merita deponat.

De infructuosa penitentia iudei: qui non coram deo: sed coram iudeis penituit: quod penitentia debet esse sincera non dolosa. Et quod intelligenda sint verba apostoli petri: quibus nouatiani errorem suum defendunt. De differenti quoque accessu ad baptismum atque penitentiam. **Ca. v.**

Ed quid mirum: si salutem negat alijs qui vestram recusatis? Licet illi nihil deferant qui a vobis penitentiam petunt. Arbitror enim quod etiam iudas potuisset tanta dei miseratione non excludi a venia: si penitentiam non apud iudeos: sed apud christum egisset. **Matth. 27.** Peccaui inquit: et tradiderim san-

guinem iustum. Responderunt: Quid ad nos? Tu videris. Quae vox alia vestra est: cum etiam minoris peccati reus vobis factus proprium confiteatur? Quid respondetis aliud nisi hoc: quod ad nos tu videris? hunc sermonem laqueus seculi: eo feracior est pena quo culpa est minor. Sed si isti non puertunt: vel vos revertimini qui lapsu vario de innocentie fideique processu fastigio decidistis: bonum dominum habemus qui velit donare omnibus: qui te per prophetam vocavit dicens: Ego sum: ego sum: qui deleo iniquitates tuas: et memor non ero: tu autem memor esto et iudicemur. Referunt tamen questione de verbo apostoli petri: quod dixit: Si forte: et putant non confirmasse petrum: ut agenti penitentiam peccatum remitteret. Sed considerent de quo loquatur: hoc est de symone qui non ex fide crederet: sed dolus cogitaret. Denique et dominus dicitur ei: cui non plenam sinceritatem videret: Sequar te: ait: Vulpes foueas habet. Quae ergo dominus ante baptismum prohibuit sequi quoniam fraudulenter videbat: miraris si post baptismum peruanientem non absoluit apostolus: quem in obligatione iniquitatis manere pronunciat? Sed hoc illis responsum sit. Ego autem nec petrum dubitasse dico: nec verbi vnius pro iudicio tantam causam strangulanda arbitror. Nam si putat dubitasse petrum: nunquid et deo dubitavit qui ait ad hieremiam prophetam: Sta in atrio domus domini: et responsum dabis omni iudei: his qui veniunt adorare in domo domini: omnia verba que constitui tibi respondere illis: noli auferre verbum: forsitan audient et auertent? Dicat ergo dominum ignorasse quid esset futurum. Sed non ignorantia eo verbo exprimitur: sed in scripturis dominis frequens huiusmodi consuetudo aduertitur: eo quod simplex sit elocutio. Siquidem et ad ezechielem dicit dominus: Fili hominis mitte ego te ad domum israel eos qui me exacerbauerunt: ipsi et patres eorum usque in hodiernum: et dices ad eos: hec dicit dominus: si forte audient et terrebunt. Nesciebat ergo eos posse aut non posse conuerti? Non ergo semper dubitantis ista est elocutio. Denique ipsi sapientes seculi: quod omnem gentem suam statuunt in expressione verborum: quod latine: forte dicimus grece ταχα: non vbi per dubitationem posuerunt. Aiunt itaque dixisse primum suorum poetam η ταχα χηρα ηνη: quod est: cito vidua ero. Et alibi: ταχα ποσει και τα ταμεου σιμαχαι οιν αμτετε φορμη θευτε. Non enim du-

Matth. 12.

Iob. 2.

Matth. 27.

Matth. 4.

Matth. 2.

Iob. 2.

Ezech. 5.

De Penitentia Liber II

bitaret omnib' simul insurgentib': vnū facile ab vniuersis posse p'ferri: Sed nos nostris magl' q' alienis vtamur. Deniq' habes in euangelio: q' ipse filius de patre ait: cum misisset seruos ad vineā suā z occisi essent: dixisse patrē: **Abittā filiū meū dilectissimū: forsitan ipsū verebunt. Et alibi ex sua persona filius ait: Neq' me scitis: neq' patrem meuz. Si eniz me sciretis: z patrē meū forsitan sciretis. Si ergo his verbis vsus est petr' q' dñs vsus ē sine p'iudicio sentētię suę: cur nō accipiam' z petrū his vsū sermonib' sine suę fidei p'iudicio? Neq' poterat dubitare de christi munere: qui sibi soluendoruz peccatoruz dederat p'tatem: p'sertim cum verfutis hereticorū locū nō deberet relinquere: qui ideo volūt spem hominū destituere: vt iterandi baptismatis apud desperantes facili' inducant p'suasionē. Sz apli hoc habentes scōm christi magisterium penitētiā docuerūt: sponderūt veniā: culpā relaxauerūt: Sic z dauid docuit dicēs: Beati q' remisse sunt iniquitates: z quoz tecta sūt peccata: beat' vir cui nō iputauit dñs peccatū. Ultrūq' enim beatū dixit: z cuius iniquitas remittit' per lauachrum: z cui' peccatū tegitur operib' bonis. Qui enī agit penitētiā: nō solū diluere lachrymis debet peccatū suum: sed etiaz emēdatiozibus factis operire z tegere delicta superiora: vt non ei imputetur peccatum. Ergo tegamus lapsus n'ros posterioribus factis: mundemus fletibus: vt audiat nos dominus deus noster ingemiscētes: sicut audiuit lachrymantē effrē: quēadmodum scriptū est dicente deo: Audiens audiui effrē lachrymantē. Et ipsa verba effrem lamentantis expressit dicēs: Castigasti me z castigatus sū: sicut vitulus nō sum edoctus. Vitulus enī ludit: z p'sepe deserit: z ideo effrem sicut vitulus nō est edoctus longe postus a p'sepe: q' p'sepe domini deseruit z hieroboā secur': vitulos adorauit: q' p'pheta futuz per aaron indicauerat: sic lapsuz pplm iudeozuz. Jōq' agēs penitētiā dicit: Conuerte me z conuertar: quia tu domin' meus: quia in nouissimo captiuitatis meę penitētiā egi: z postquam cognoui ingemui sup dies cōfussionis: z subiectus sum tibi: quia accepi opprobrium et demonstraui te.**

Matth. 27.

Job. 8.

Ps. 31.

Dier. 31.

ne ad lamenta penitentie ex differēsis sacre scripture sententijs atqz exemplis. Ca. VI

Quertim' quomō agenda sit penitentia: q'bus sermonib': q' b' fletib' vt peccati dies cōfussionis apellet. Confusio est eni quando xps negat. Et id subijciam' nos deo: vt nō subditi sim' peccato: z delictoz nostrorū memoriā recēfentes tanquā opprobriuz erubescamus: nō velut quandam gloriā predicemus: sicut q'daz expugnata pudicitia: oppressa iusticia gloriāntur: z tanta fiat conuersio: vt q' deū non agnoscebamus: ipsi eum iam alijs demonstremus. Adotus autem dominus tali conuersioe nostra respondeat: **A iuuentute mea es tu filius dilect' mihi effrem: vt puer in delitijs: quoniam eo q' sermones mei in ipso sunt: memoria memor ero eius: propterea festinaui super illum: miscōia miseror eius dixit dñs. Quā autem misericordiā nobis polliceatur infra ostendit dicēs: Inebriauit omnem animā sitientē: z omnez animam esurientem satiaui. Ideo exurrexi z vidi z somnus meus mihi dulcis est. Aduertim' q' peccantib' dominus sacramenta pmittat sua: z ideo omnes cōuertamur ad dominū. Si isti nō cōuertunt: vt vos reuertimini qui lapsu vario de innocentie fideiq' p'cello fastigio decidistis: bonum dominū habemus qui velit donare omnibus: qui te per p'phetam vocauit dicēs: Ego sū ego sum qui deleo iniquitates tuas: et memor non ero: tu autē memor esto vt iudicemur. Ego inquit memor nō ero: tu autē memor esto: hoc est: nō reuoco illa: quecūq' delicta donauit tibi: velut quadā obliuione tecta sint: tu autē memor esto. Ego inquit memor nō ero propt' gratiaz: tu memor esto p'pter correctionē: memor esto vt scias donatū esse peccatum: ne gloriēris quasi inocēs: ne te iustificando plus ingraueris: s' si vis iustificari fatere delictū tuū. Soluit enī criminū nex': verecūda p'fessio pctōz. Elides qd a te exigat de' tu': vt memor sis ei' quā accepisti grē. Non gloriēris q'si nō acceperit. Elides q' remissiois pollicitatiōe te puocet ad confitendum. Elide ne reluctando mandatis celestibus in deuotionē iudeozum incidas: quibus dicit dominus iesus: **Lantauimus vobis z non saltastis: lamentauim'****

Dier. 31

Luc. 7.

et non plorastis. Ulis sermo: sed non vile mysterium. Et ideo cauendum ne quis vulgari quadam sermonis huius deceptus interpretatione putet nobis saltationis lubricę histronicos motus: et scenę deliramęta madari. Hęc etiam in adoleſcētula etate vitiosa sūt: sed saltationem eam mandauit: qua saltauit dauid ante arcam domini. Totum enim decet quicquid defertur religioni: vt nullū obsequiū quod proficiat ad cultū et obseruatiam christi erubescam. Non ergo illa delictiarum comes atque luxurię saltatio predicat: sed qua vnusquisque corpus attollat impigrum: nec humi pigra iacere membra vel tardis sinat torpere vestigijs. Saltabat spiritaliter paulus cum se pro nobis extenderet: et posteriora obliuiscens: priora appetens contēderet ad brauium christi. Tu quoque cum ad baptismum venis: manus eleuare: pedes quibus ad eterna cōscendas velociores habere admoneris. Hęc saltatio fidei sortia: gratię comes. hoc est ergo mysterium. Cantauim⁹ vobis noui veterisq; canticū testamenti: et non saltastis: hoc est: non eleuastis animū ad spiritalem gratiam. Cantauim⁹ et non plorastis: hoc est: non egistis penitentiam. Et ideo derelictus est iudeorum popul⁹: quia nec egit penitentiam et gratiam refutauit. Per iohannē penitentia: per christū gratia. Istā quasi dominus donat: illam quasi seruus annunciat. Utrumque igitur ecclesia custodit: vt et consequatur gratia: et non abiiciat penitentia. Gratia enim munus largientis est: penitentia delinquentis remediū. Sciuit hieremias magnū remediū esse penentię: quā in threnis suis suscepit pro hierusalem: et ipsam inducit agentem hierusalem dicens: plorans plorauit in nocte: et lachrymę eius in maxillis eius: nec est qui consoletur ab omnibus qui diligunt eam. Ule syon lugent. Et adiecit: In his ergo fleo: oculi mei caligauerūt a fletu: quia elongauit a me qui me consolabatur. Aduertimus quod hunc malorum suorum acerbissimū cumulū arbitrabat: quia deerat quod consolaretur merentem. Quomodo ergo vos ipsam cōsolationem aufertis: qui spem relaxande negatis penentię? Sed audiant qui agunt penentia: quomodo agere debeant: quo studio: quo affectu: qua mentis intentione: qua intimoꝝ concussione viscerum: qua cordis conuersione. Unde inquit

domine: quia tribuloꝝ: venter meus turbatus est a fletu meo: conuersum est cor meum in me. Cognouisti intentionem animi: fidę mentis cognosce et habitū corporis. Sedebunt inquit in terra: tacuerūt seniores filie syon: et imposuerunt terram super caput suum: percinxerunt se cilitio: deduxerūt in terram principes: virgines hierusalem defecerunt in lachrymis: oculi mei caligauerunt. Turbatus est venter mens: effusa est in terra gloria mea. Sic fleuit et ninieue popul⁹: et denunciatus exidit ciuitatis euasit. Tanta est enim penentię medicina: vt mutare videatur suam deus sententiam. In te est igitur vt euadas: vult se rogari dominus: vult de se sperari: vult sibi supplicari. Hō es et vis rogari vt ignoscas: et putas deus tibi non roganti ignoscere? Ipse dominus hierusalem fleuit: vt quia ipsa flere nolebat: dñi lachrymis ad veniam pertineret. Ipse nos flere vult: vt euadere possimus: sicut habes scriptum in euangelio: Filie hierusalem nolite me flere: sed vosipsas flete. Fleuit dauid et meruit vt mortem populi pereuntis diuina remoueret misericordia: quando tribus sibi propositis optionibus: eam tamen in qua maiorem domini miserationem experiretur elegit. Quid erubescis tu peccata tua flere: cum deus prophetas iusserit flere pro popul⁹? Denique et ezechiel iussus est flere hierusalem: et accepit librum in cuius capite scripta erant: lamentatio et melos et ve: duo tristitia: et vnum delectabile: quoniam ille salu⁹ erit in futurum: qui in hoc seculo plus fleuerit. Cor enim sapientium in domo luctus: et cor stultorum in domo epularum. Et ipse domin⁹ ait: Beati qui nūc fletis: quia ridebitis.

De lazaro suscitato et fletu sororum eius. De lachrymatione quoque iesu: vbi spiritalis reuocatio peccatorum innuitur. De inuidia quoque iudeorum qui lazarus interficere cogitabant: quorum duricie nouatiani successores sunt: qui per penentia suscitatos interficere volunt. Ca. VII

Timeamus igitur ad tempus: vt et uitam temus in eternum: Timeamus dominum: preueniamus eum confitemur

Phil. 3.

Thren. 1.

Thren. 1.

Jone. 3.

Luce. 23.

2. Reg. 14.

Ezech. 1.

Eccl. 7.

Luce. 6.

De Penitentia Liber II

do peccata nostra: Corrigamus lapsus nostros: emendemus errores: ne et de nobis dicatur: heu me anima quia perijt timor tua terra: et qui corrigat in hominibus non est. Quid vereris apud bonum dominum tuas iniquitates fateri? Dic inquit iniquitates tuas ut iustificeris. Adhuc reo culpe: iustificationes premia proponunt. Ille enim iustificat: qui proprium crimen sponte agnouerit. Denique iustus in exordio sermonis accusator est sui. Nouit omnia dominus: sed expectat vocem tuam: non ut puniat sed ut iustificet: non vult ut insultet tibi diabolus: et celat peccata tua arguat. Preueni accusatorem tuum: si teipsum accusauerit: accusatorem nullum timebis: si te detulerit ipse: et si mortuus fuerit reuiuiscas. Veniet ad monumentum christus: et si viderit flere pro te martham boni semina ministrum: flere maria quam attente audiebat verbum dei: sicut sacra ecclesia quam optimam partem sibi elegit: mouebit misericordia: cum viderit in tuo obitu lachrymas plurimorum et dicit: Ubi posuistis eum: hoc est: in quo rex statu est: in quo penitentium ordine? Videam quomodo fletis: ut lachrymis suis ipse me moueat: videam si iam peccato ei cuius venia postquam defunctus est. Dicit plebs: Veni et vide. Quid est veni? Hoc est veniat peccatorum remissio: veniat defunctorum vita: mortuorum resurrectio: veniat et in hunc peccatorem regnum tuum. Veniet itaque et leuari lapidem iubebit: quem ceruicibus peccatoris lapsus imposuit: potuit remouere lapidem imperio sermonis. Subest enim christo etiam insensibilis solet natura obedire. Poterat tacita vi operationis occulte transferre saxum sepulchri: in cuius passione remotis lapidibus plurima defunctorum sepulchra patuerunt: sed hominibus insit ut remoueret lapidem in veritate quidem: ut increduli crederent quod videbant et aspicerent resurgente mortuum. In typo autem quod nobis donaret ut leuarem delictorum onera: moles quasdam reorum. Nostrum est onera remouere: illi est resuscitare: illi educere de sepulchris exutos viculis. Videmus itaque graue onus peccatoris illachrymat dominus iesus: sola enim flere non patitur ecclesiam. Lachrymat dilectus suus et dicit defuncto: Veni foras: hoc est: quid faces in tenebris conscientie et delictorum tuorum foveis quodam reorum carcere? Exi foras: delictum proprium prode ut iustificeris: Ore confessio fit ad salutem. Si confessus fuerit a christo vocatus: claustra rumpentur: et omnia soluentur vincula. Et si corrupteque corporis fetor grauis

fit. Quatriduum enim habebat ille cuius fetor habebat in tumulo caro: cuius autem caro non vidit corruptionem: triduo fuit in sepulchro: Carnis enim vitia nesciuit: que ex quatuor constat elementorum substantiis: quantumlibet ergo mortui fetor sit: aboletur omnis ubi sacrum redoleuerit unguentum: et surgit defunctus: et soluere iubentur ei vincula que adhuc in peccato sunt: tollere velamen de facie eius: quod veritatem gratie quam acceperat obumbrabat. Sed quia venia donatus est: reuelare faciem: aperire vultum iubetur. Non habet enim quod erubescat: cui peccatum remissum est. In tanta enim domini gratia tantoque diuini muneris miraculo: cum oporteret vniuersos letari: commouebantur impij et aduersus christum concilium congregabant: Lazarum quoque interficere volebant. Nonne merito eorum successores vos fore cognoscitis: quorum duritie heredes estis? Nonne et vos indignamini: et contra ecclesiam congregatis concilium: quia videtis mortuos in ecclesia reuiuiscere: et peccatorum indulta venia resuscitari. Itaque quod in vobis est: pro inuidia rursus vultis interficere suscitatos. Sed iesus non reuocat beneficia: immo cumulo suo liberalitatis amplificat. Reuiscit sollicitate resuscitatum: et celebrat resurrectionis gratia letus ad cenam venit: quam ei sua preparauit ecclesia: in qua ille qui fuerat mortuus vnus inter discumbentes cum christo inuenitur. Tunc mirantur omnes qui videt pro vitijs obtutu mentis: qui inuidere non norunt. Tales enim ecclesia filios habet. Admiratur ut dixi: quomodo ille qui iacebat in tumulo heri et nudius tertius vnus sit de discumbentibus cum domino iesu. Ipsa maria mittit unguentum in pedes domini iesu. Ideo forte in pedes: quia vnus de infimis ereptus est morti. Omnes enim corporis christi sumus: sed alij forte superiora membra sunt. Os erat christi apostolus qui dicebat: Experimentum queritis eius qui in me loquitur christus. Os eius prophete: per quos loquebatur futura. Utinam ego pes eius esse merear: et mittat in me maria unguentum suum preciosum: et unget et peccata extergat.

De spiritualibus unguentis quibus mortui atque dominici pedes unguuntur: atque de luto peccatorum quo pedes iesu inquinantur: et de aqua la

2. Cor. 13.

chrymarum qua abluuntur. Pontifex quoque qua pietate ad penitentes habere debeat i se: Ubi auctor statum suum pristinum a quo ad pontificis honorem vocatus fuit humiliter describit. La. VIII.

Uod igitur de lazaro legimus: in vno quoque debemus conuerso peccatore credere: qui licet fetorem habeat: tamen fidei precioso emendat unguento. Tantu enim gratie fides habet: ut ubi ante die fetebat mortuus: illic bono odore tota repleat domus. Fetebat corinthia domus: quoniam scriptum est de ea: Audite in vos fornicatio: et talis fornicatio qualis nec in gentes. Fetor enim erat: quia modicum fermentum totam massam corrumperat. Lepit bene olere: cum dicit: Si cui quid donasti et ego. Nam et ego quod donavi propter vos in persona christi. Itaque liberato peccatore factum est in eo gaudium magnum: et redoluit domus tota suavitate gratie. Tunc bene conscius quod omnes apostolice remissionis perfudisset unguento ait: Chusti bonus odor sum deo in his qui salui fiunt. Huius igitur effusione unguenti letant omnes: solus iudas pertradit.

Ergo et nunc qui pernicator est pertradit: reprehendit qui proditor: sed a christo ipse reprehendit: qui dominice remedii mortis ignorat: et tamen mysterium sepulture non intelligit. Ioseph enim et passus et mortuus est dominus: ut nos redimeret a morte. Hoc excellentissimum iudicat precium sue mortis: quo peccator absoluitur: et in nouam assumit gratiam: ut veniat et mirentur omnes quod cum christo recubant: et laudantes deum dicant: Adhucemus et epulemur: quia hic mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est. Si quis autem infidelis obiecerit: quare cum publicanis et peccatoribus manducet: Respondet ei: Non opus est sanis medicus sed his qui male habent. Ostende igitur medicum vulnertuum ut sanari possis: et si non monstrauerit non uis: sed a te expetit audire uocem tuam. Absterge lachrymis cicatrices tuas. Sic peccatrix mulier illa in euangelio fetoreque sui erroris abstergit: sic culpam diluit: dum iesu pedes lachrymis lauit. Utinam mihi quod pedum tuorum lutum iesu reserues: quos dum in me deambulas inquinaui. Utinam sordes vestigiorum tuorum deterendas mihi offeras: quas ego actu meo tuis affixi gressibus. Sed unde mihi aqua uiua: qua pedes tuos possis lauare? Si aquam non habeo: habeo lachrymas: quibus dum pedes tuos lauo: utinam me ipsum diluas. Tunc mihi ut de me

1. Cor. 5.

2. Cor. 2.

Abi. 5.

Luc. 15.

Matth. 9.

Luc. 7.

multum? Plus debuisse me fateor: et plus dimissum mihi: quod de forensium strepitu iurgiorum: et a publice terrore administrationis: ad sacerdotium uocat sum: et ideo vereor ne ingratus inueniar: si minus diligam cui plus dimissum est. Sed non omnes mulierem istam equare possunt: que etiam symoni qui prandium domino dabat merito plata est: que omnibus que uoluit ueniam premereri magisterium prestitit: osculando pedes christi: lachrymis lauando: tergedo crinibus: unguendo unguento. In osculo insigne charitatis est: et ideo dicit dominus iesus: Osculetur me ab osculo oris sui. Capilli quod significat: nisi ut moueantur inclinata omni infularum dignitate secularium ad obsecrandam indulgentiam: ad terram te ipse prosternas: ut humi iacens moueas misericordiam. Unguento quod bone satisfactionis exprimit odor. Rex nepe erat dauid: et dicebat: Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis stratum meum rigabo: Et ideo tanta gratiam meruit: ut ex eius familia christo eligeret que nobis partu pro christum ederet: Ioseph et ista in euangelio predicat mulier. Tamem si hanc equare non possumus: scit dominus minus iesus et infirmis subuenire: ubi non est que possit parare conuiuium: que deferre unguentum: fontem aque uiue secum portare. Uenit ipse ad sepulchrum. Utinam ergo ad hoc monumentum meum digneris accedere dominus iesu: tuis me lachrymis laues: quoniam durioribus oculis non habeo tantas lachrymas: ut possim mea lauare delicta. Si illachrymaueris pro me saluus ero: si dignus fuero lachrymis tuis: fetorem abstergo delictorum omnium: si fuero dignus ut paulisper illachrymes: uocabis me de monumento huius corporis: et dices: Exi foras: ut non intra corporis huius angustias incluse teneant cogitationes meae: sed egrediantur ad christum: in lumine uersentur: ut non cogitem opera tenebrarum sed opera lucis. Qui enim peccatum cogitat: intra suam conscientiam studet se ipse includere. Uoca ergo foras seruum tuum. Quauis ligatus uinculis peccatorum meorum uinctos habeam pedes: innexas manus: et cogitationibus et operibus mortuis iam sepultus: te uocante liber egrediar et inueniar unus de discumbentibus in conuiuio tuo: et domus tua precioso repleat unguento: si que redimere dignatus es custodieris. Dicit enim: Ecce ille non in ecclesie nutritur sinu: non edomitus a puero: sed rapit a tribunalibus: abductus uanitatibus seculi huius: a precans uoce ad psal miste assuefactus canticum: in sacerdotio manet

Capit. 1.

Ps. 6.

De Penitentia Liber II

nō virtute sua sed xpi gra : r inter conuūtas
 menſe celeſtꝛ recūbit. Serua dñe mun⁹ tuū:
 cuſtodi donū qđ contuſiſti etiā refugienti.
 Ego ſciebā q nō erā dign⁹ vocari ep̄s: quo-
 niā dederā me ſeculo huic: ſ gra tua ſuz qđ
 ſū: r ſū quidē minim⁹ oim ep̄oz et iſſimus
 merito: tñ qz r ego laboreſ aliquē p ſancta
 ecclia tua ſuſcepi: hunc fructū tuere: ne quē
 pditū vocaſti ad ſacerdotiū: eū ſacerdotem
 perire patiaris: ac primuz vt cōdolere no-
 rimus peccantib⁹ affectu intimo. Hęc em̄ ſū-
 ma virtus: qz ſcriptum ē: Et non gaudebis
 ſup filijs iuda in die pditionis eoz: r ne ma-
 gna loquaris in die tribulat⁹ ois eoz: ſ quo-
 tienſcūqz peccatū alicui⁹ lapſi exponit com-
 patiar: nec ſupbe increpē: ſ lugeā r defleaz
 vt dū aliū fleo: meipſū defleam dicens: Ju-
 ſtificata eſt magis thamar q̄ ego. Fortaſſe
 adoleſcētula lapſa ſit: occaſionib⁹ q̄ delicto-
 rū ſomites ſūt decepta ac p̄cipitata ſit: pec-
 camus r ſeniores. Repugnat in nobis lex
 hui⁹ carnis: legi mentis n̄ſe: r captiuos nos
 trahet in peccatū: vt faciam⁹ qđ nolumus.
 Illi de etate ſuppetit: excuſatio mihi iā nul-
 la. Illa em̄ debet diſcere: nos docere. Ergo
 iuſtificata eſt magis thamar q̄ ego. Incuſa
 muſ alicui⁹ auariciā: recordemur ſi nihil ipi
 auare fecim⁹: r ſi fecim⁹ qm̄ radix eſt maloz
 auaricia: r tanq̄ ſub terra occulte in n̄ſo ſer-
 pit corpe: dicam⁹ ſinguli: Juſtificata ē magi
 thamar q̄ ego. Si cōmoti fuerim⁹ in quem
 q̄ grauit: leuiorē cauſā laicus habet q̄ ep̄s:
 eo q cōmotus egerit aliqd: retractemus no-
 biſcū r dicam⁹: Juſtificat⁹ ē magis iſte qui
 commotionis arguit q̄ ego. Hęc em̄ ſi dica-
 mus: ipſi vobis cauem⁹: ne dicat nobis do-
 min⁹ ieſus: aut quiſquā de diſcipulis eius:
 Marth. 7. Feſtucā in oculo fratris tui vides: trabē au-
 tē que in oculo tuo ē nō vides? Hypocrita
 eijce primū trabē de oculo tuo: r tunc vide-
 bis eijcere feſtucā de oculo fratris tui. Non
 geruſcā dicere: grau: orē n̄ſam culpaz
 eſſe q̄ eius quē arguendū putam⁹: qz dixit
 hoc iudaſ q̄ arguebat thamar: r recordatus
 ſuā ipſe culpā ait: Juſtificata ē magis tha-
 mar q̄ ego. In q̄ r altitudo myſterij ē: r mo-
 rale p̄ceptū: r iō culpē ei⁹ deputatū nō ē: qz
 ipſe ſe accuſauit pri⁹ q̄ ab alijs accuſaretur.
 Mō q̄ gaudeam⁹ ſup alicui⁹ pctm̄: ſ magis
 lugeam⁹: qz ſcriptū ē: Noli ſupgaudere mi-
 hi inimica mea qz cecidi: ſ reſurgā: qm̄ ſi ſe-
 dero in tenebris dñs illuminabit me. Iram

oſm ſuſtinebo: qz peccauit ei: donec iuſtificet
 cauſā meā r faciet iudiciū meū r educat me
 ad lumē: r videbo iuſticiā ei⁹: r videbit ini-
 mica mea: r cooperiet cōfuſione q̄ dicit ad
 me: Tūc dñs de⁹ tu⁹: Oculi mei videbūt
 eā: r erit in cōculcatōez ſicut lutum in via.
 Nec imerito: qm̄ q̄ lapſu alieno gaudet: di-
 aboli gaudet victoria. Et iō doleam⁹ magi
 cū audim⁹ periffe hoīem p q̄ xps mortu⁹ ē:
 qui nec in meſſe ſtipulā negligit. Atqz vti-
 nā hāc ſtipulā in meſſe: hoc ē: inanē auenaz
 fructus mei nō abijciat: ſ colligat ſicut ait:
 Iheu me qz fact⁹ ſū ſicut qui colligit ſtipulā
 in meſſe: r racemū in vindemia: vt vlt̄ primi-
 tiua manducet in me gr̄e ſue: r ſi poſteriora
 nō approbē. Ergo r agendā penitentiā r tri-
 buendā veniā credere nos cōuenit: vt veni-
 am tñ tanq̄ ex fide ſperem⁹: nō tanq̄ ex de-
 bito. Aliud ē em̄ mereri: aliō p̄ſumere. Tā-
 quā ex ſyngrapha fides ipetrat: p̄ſūptio au-
 tē arroganti ē p̄prior q̄ roganti. Prius ſol-
 ue debitū: vt qđ ſperaueris ipetrare merea-
 ris. Solue boni affectū debitoris vt vſuraz
 nō facias: ſ fidei tue cenſu p̄tracti nominis
 ſenus euacues. P̄ſa ſoluēdi habet ſubſidia
 q̄ deo q̄ his qui homini debet. Iho pecuniā
 p pecunia repoſcit: q̄ nō ſemp debitor p̄re-
 ſto ē: de⁹ affectū exigit: q̄ in tua p̄tate ē. Iſte
 mo paup ē q̄ deo debet: niſi q̄ ſeiſpū paupe-
 rē fecerit. Et ſi nō habet q̄ vendat: habet q̄
 ſoluat. Oratio: lachrymē: ieiunia: debitor
 boni cēſus ē: multoqz vberior q̄ ſi q̄s ex pre-
 cijs fundoz pecuniā ſine fide deſerat. Deni-
 qz paup erat ananias cū vendito agro pecu-
 niā deſerret ad ap̄ſos: vñ nec ſoluere ſe po-
 tuit ſ implicauit. Diues illa vidua q̄ duo
 gra minuta i gazophylatiū miſit: de qua di-
 ctū ē: Hęc vidua paupcula: pl⁹ oibus miſit. Luc. 21.
 Mō em̄ pecuniā de⁹: ſ fidem querit.

**De elemoſyna q̄ intētiōe fieri de-
 beat. De falſo quoqz r infructuoſe
 pnie multiplicib⁹ modis. Ca. ix.**

Es ego abnuo liberalitatibus in
 n pauperes factis poſſe minui pctm̄:
 ſ ſi fides cōmendat expēſas. Quid
 em̄ pdeſt collatio patrimoniū ſine gr̄a cha-
 ritatis? Sunt qui iactantiā ſolā decore lar-
 gitatis affectent: vt eo ſe p̄batoſ vulgo ve-
 lint q̄ ſibi nihil reliquerint: ſ duz p̄ſentis
 ſeculi mercedē requirūt: nō recōdunt in fu-
 turū: r quia hic p̄ceperūt mercedē ſuā: illic
 ſperare nō poſſūt. Sunt qui opes ſuas in

ſeſ. 38.

Marth. 7.

ſeſ. 7.

Abi. 5.

Act. 5.

Luc. 21.

multuario mentis impulsu: nō iudicio per-
petuo: vbi ecclie cōtulerūt: postea reuocan-
das putarūt: quib⁹ nec prima merces rata
est: nec secunda: qz nec prima iudiciū habu-
it: et secūda habuit sacrilegiū. Sūt q̄s peni-
tuerit opes suas diuisisse pauperib⁹: s̄ eos
qui penitentiā agunt: hoc solū penitere nō
debet: ne ipsi⁹ penitentię agāt penitentiāz.
Nā pleriqz futuri supplicij metu: peccatorūz
suoz cōscij: penitentiā petunt: et cū accepe-
rint publicę supplicationis reuocant pudō-
re. Hi vident maloz petisse penitentiā:
agere bonoz. Nōnulli iō poscūt penitentiāz
vt statim sibi reddi cōmunionē velint: hi nō
tam se soluere cupiūt q̄ sacerdotem ligare.
Suā enim cōsciam nō exiūt: sacerdotis in-
duūt. **Matt. 7.** Pręceptū est: Nolite sanctū dare ca-
nibus: neqz miseritis margaritas v̄sas ante
porcos: hoc est imūdis impuritatibus sacrę
cōmunionis nō impendēda cōsortia. Itaqz
videas eos mutata veste incedere: quos lu-
gere et gemere oportebat: qz vestē illā obla-
tionis et gratię sordidarūt: feminas autem
margaritā onerare aures: curuare ceruices:
quas bene christo nō auro inclinarent: q̄ se
ipsas flere debebāt: q̄ margaritā q̄ de celo
est perdidērunt. Sunt etiā qui arbitrentur
hoc eē penitentiā: si abstinēat a sacramētis
celestib⁹. Hi seuiōres in se iudices sūt q̄ pe-
nā p̄scribunt: sibi declināt remediūz: quos
vel penā suā cōueniebat dolere: qz celesti
fraudent grā. Alj p̄posita spe agēde pe-
nitentię licentiā sibi delinquēdi p̄pagataz
putant: cū penitētia remediū peccati sit: nō
peccādi incentiuū. Vulneri enī medicamē-
tum necessariū ē: nō vulnus medicamento:
qz p̄pter vulnus medicamētū querit: nō p̄-
pter medicamentū vuln⁹ desiderat. Infir-
ma deinde spes q̄ cōmittit tēpori: cū omne
tēps incertū sit: nō oī spes tēpi sit vt sup̄tes.
Nō penitētia sit faciēda cū humi-
litate et oratiōe atqz fletu: quoz ne-
cessitas exēplis scripture p̄batur.
De penitētia quoqz publica i ecclia
nō iterāda. Et de renūciatione sui
ipsius: atqz pristine vite atqz crucis
dominice baiulatōe penitentibus
oportunitis. **Ca. X.**

Hi quisqz ferat vt erubescas deum
a rogare qui nō erubescis: rogare ho-
minem: et pudeat te deo supplicare
quē nō latet: cū te nō pudeant pctā tua ho-

quē lateas p̄fiteri? An testes p̄cationis et cō-
scios refugis: cū si homini satis faciendū
sit: multos necesse est ambias: obsecres: vt
dignent interuenire: ad genua teipse p̄ster-
nas: osculeris vestigia: filios offeras culpę
adhuc ignaros: patne etiā venię p̄catores.
Hoc q̄ in ecclia facere fastidis: vt deo suppli-
ces: vt patrociniū tibi ad deū obsecrandūz
sanctę plebis requiras: vbi nihil ē q̄ pudō-
ri esse debeat: nisi nō fateri: cū oēs sim⁹ pec-
catores: vbi ille laudabilior qui humilior: il-
le iustior qui sibi abiectior. Flet pro te mat
ecclia: et culpā tuāz lachrymis lauet: videat
te x̄ps merentes: vt dicat: Beati tristes: qz
gaudebitis. Amat vt p̄ vno multi rogent.
Deniqz in euāgelio mor⁹ vidue lachrymis: **Luc. 7.**
qz plurimi p̄ ea flebāt: filiū ei⁹ resuscitauit.
Iō citi⁹ exaudiuit iel⁹ petz vt dorcas resur- **Act. 9.**
geret: qz pauperes mortē mulieris ingemi-
scebāt. Ideo ipsi petro statim dimisit: quia
amarissime fleuit. Et tu si amarissime fleas
x̄ps ad te respiciet: culpa discedet. Usus do-
loris ablegat luxuriā criminis: error delici-
as. Ita dū dolem⁹ admittā: admittēda ex-
cludim⁹: et sit quedā de cōdēnatione culpę
disciplina inocētę. Nil ergo te reuocet a pe-
nitētia: hec tibi cōis cū sc̄tis ē. Utināqz imi-
tanda talis q̄is sc̄toz deploratio. David **P̄. 101.**
māducabat sic panē cinerē: et potū suoz la-
chrymis tēperabat. Ideo nunc ampli⁹ gau-
det q̄ ampli⁹ fleuit. Per exit⁹ aquaz descen-
derūt inqt oculi mei. Iohānes multū plo-
rauit: et reuelata sibi dicit x̄pi mysteria. At
vero illa mulier q̄ cuz eēt in pctis et deberet
flere gaudebat: et veste purpurea atqz cocci-
nea operiebat: et auro se mltō et p̄ciosis lapi-
dib⁹ ornabat: eterni fletus luget erūnam.
Adrito resp̄ndit q̄ sepi⁹ agēda penitētia
putat: qz luxuriant in x̄po. Nā si vere age-
rēt penitētia: iterādā postea nō putarēt: qz
sic vnū baptisma: ita vna penitētia: q̄ tū pu-
blice agit. Nā quotidiani nos debet peni-
tere peccati: s̄ hec delictoz leuior: illa gra-
uior. Facili⁹ aut inueni q̄ innocētā serua-
uerint q̄ qui p̄grue egerint penitētia. An
q̄squā illā penitētia putat: vbi acq̄rēde am-
bitio dignitat: vbi vini effusio: vbi ipsi⁹ cō-
pulę iugalis vsus? Renūciādū seculo est:
somno ipsi minus indulgēdū q̄ natura po-
stulat: interpellādus est gemitibus: infrū-
pēdus ē suspirijs: sequestrādus orationib⁹:
viuendū ita vt vitali huic moriamur vsute

.ivz.

De Penitentia Liber II

seipsū sibi homo abneget: et totū mutet: Si
cut quendā adolescentē fabulę serunt post
amores meretricios peregre pfectū: et abo-
lito amore: regressū postea veteri occurrisse
dilectę: quę vbi nō interpellatā mirata pu-
tauerit nō recognitā: rursus occurrēs dix-
rit: Ego sū: responderit ille: Sz ego nō sum
ego. **Matth. 16.** **Uñ bene dñs ait: Qui vult post me ve-
nire abneget seipsū sibi: et tollat crucē suā et
sequat me. Etenī qui mortui et sepulti xp̄o
sūt: nō debent iterū velut viuentes de hoc
mundo decernere. Ne tetigeritis inqt nec
attaminaueritis quę sunt oīa ad corrupte-
lā ipso vsu: eo q̄ ipse huius vitę vsus corru-
ptela sit integritatis.**

**De nō differendo penitētiā. Et de
grauitate pene cōscie pteritoꝝ pec-
catorū memoris: et quā rōe seipsaz
abscondere nō possit. De motibus
quoq; sensitiuīs menti repugnati-
bus quomodo ad petrā christum
elidi debeant. Ca. XI.**

Ona ergo penitētia quę si nō esset:

b oēs ad senectutē differēt ablutio-
nis gřam. **Quib⁹ satis responsi sūt:**

quia meli⁹ ē vt habeā qđ sartiam: qđ nō ha-
beā quo vestiari: Sz sic semel assuta redinte
gratur: ita frequēter suta soluunt. **Eos autē
qui penitētiā differūt: satis ipse dñs admo-
nuīt dicēs: Penitentiā agite: appropinq̄bit
enī regnū celoꝝ. Nescim⁹ qua hora fur ve-
niat: nescim⁹ an p̄ima nocte a nobis repo-
scaī aīa. Adā post culpā statim de paradiso
de⁹ eiecit: nō distulit: s̄ statim sepauit a deli-
tijs vt ageret penitētiā: statim tunicā vesti-
uit pelliceā nō sericā. Quid em̄ q̄ differas?
An vt plura peccata cōmittas? Ergo q; de-
us bon⁹ est: ideo tu malus: et dñitas boni-
tatis ei⁹ et patientię cōtēnis? Sed bonitas
dñi magī ad penitentiā te debet adducere.**

**Idēo ad oēs sanct⁹ dauid dic: Venite ado-
remus et p̄cidam⁹ añ eū: et plorem⁹ añ domi-
nū nostrū qui fecit nos. De peccatore autē
sine penitētia mortuo: q; nihil aliud sup̄est
nisi grauit̄ merere: nisi flere: habes plorā-
tem ipsū et dicentes: Filius meus absalon.**

**Qui em̄ penit⁹ est mortu⁹: sine vlla excepti-
one deslet. De his qui exules atq; peregrini
limitū paternozū: quos lex moysi sancta
p̄scripsit: mundanis implicabant errorib⁹:**

**audis canentē: Sup flumina babilonis il-
lic sedim⁹ et fleuim⁹ dū recordaremur syon.**

Inducit enī lapsorū gemit⁹ in ipso tpe p̄sent-
tiū: et rez labentiū adhuc positos statu de-
bere resipiscere: et eoz vī delictet exēplo q̄ p-
pter peccati p̄ciū deducti erāt in captiuita-
tis erumnā. Nihil ē autē q̄ tam sūmo dolori
sit q̄ si vnusq; possit⁹ sub captiuitate pcti
recordat vnde lapsus sit atq; vnde decide-
rit: eo q̄ ad corporeaz atq; terrenam ab illa
speciosa ac pulchra diuine cognitionis intē-
tione deflexerit. Sic habes adā abscondentē
se vbi deū cognouit eē p̄sentē: et questum
latere voluisse: et vocatū a dño ea voce quę
latentis morderet affectuz: hoc est: adā vbi
es? hoc ē: cur te abscondis? **Cur lates? Cur
fugis euz quē videre desiderabas? Ita gra-
uis culpa ē p̄scientię: vt sine iudice ipa se pu-
niat et velare se cupiat: et tñ apud deū nuda
sit. Et iō nemo in pctō positus arrogare sibi
debet auctoritatē: aut vsurpationem sacra-
mētoꝝ: q; scriptū est: Peccasti: quiesce. **Sc̄. 4.
in p̄senti psalmo dauid dicit: In salicibus
in medio eius suspēdim⁹ organa n̄ra. Et in-
fra: Quō cātābim⁹ canticuz dñi in tra alie-
na? Si enī caro mēti repugnat: nec subdita
est animi gubernaculo et mētī imperio: alie-
na est terra q̄ nō domat exercitio cultoris: et
ideo nō pōt fructus charitatī patientiā pa-
cis afferre. Abeli⁹ est ergo tunc quiescere cū
exercere nō queas opera penitētię: ne ipsa
penitentia fiat qđ postea indigeat peniten-
tia: Quę si sel fuerit vsurpata: nec iure cele-
brata: nec prioris fructum obtinet: et aufert
vsum posterioris. Sane et cū caro repugnat
mens ad dñm debet eē intenta: et si opa nō
sequūtur: fides desideret: et si impugnat vel
carnis illecebrę v̄l potestates adūsarię: ma-
neat mens deo dedita. Tūc em̄ maxime vr-
gemur cū caro cedit: et sunt q̄ vehemēt̄ in-
cūbant misere anime querentes omne au-
ferre p̄sidiū. **Uñ illud ē: Exinanite exinanite
te vsq; ad fundamentū in ea. Quā miserat⁹
dauid ait: Filia babilonis misera. Misera
vtiq; q; babilonis filia est: quę dei filia esse
desiuit. Lui tamen medicū inuitat dicens:
Beatus qui tenebit et allidet paruulos tu-
os ad petrā: hoc est: qui infirmas et lubricas
cogitaciōes elidat ad xpm: Qui oēs irrōna-
biles motus sui reuerētia et disceptatiōe cō-
minuat: vt si adulterino quis amore rapta-
tur: excludat ignem copulamq; meretricis:
et se studio suo abdicet vt christū acquirat.
Didicim⁹ ergo et agēdā penitētiā: et eo agen-******

Sc̄. 3.

Sc̄. 4.

Ps. 136.

Abi. 3.

Sancti Ambrosij Adhortatio ad penitentiā

dā tempore quo culpe deferuescat luxuria:
z in captiuitate peccati positos: reuerētio-
res nos nō vsurpatores eē debere. Nam si
mōysi propius accedere gestienti: vt cog-
nitionez mysterij celestis hauriret dicit: Sol-
ue calciamentū pedum tuoz: quātomagis
nos aīgnē pedes eruere vinculis corpora-
libus: z gressus omnes mūdi istius nexu de-
bemus absoluerē.

**Sancti Ambrosij liber secundus
de penitentia feliciter explicat.**

**Sancti ambrosij de peni-
tentia agēda adhortatio.**

Domoneo vos fratres in aspectu
dei: timorē vŕo adiungere timo-
rē meū. Qui autē nō timer: timē-
tē me pēnit: s̄ malo suo. Audite
q̄ dicitur sū. **L**ert̄ sū qz hō baptizat̄ si vi-
tā nō audeo dicere sine pctō: s̄ si vitā sine cri-
mine duxerit: z alia pctā habuerit: q̄ quoti-
die dimittant̄ in oratione dicenti: Dimitte
nobis debita nostra: sicut z nos dimittim̄
debitorib̄ nŕis: z alijs faciat qd̄ sibi a deo
cupit fieri: quando diē finierit: vitā si finit:
s̄ transit de vita in vitā: Sive iste volūrate
sua currat ad baptismū: sive in periculo cō-
stitur: baptizet̄ z exeat: ad dñm vadit: ad
requiē vadit. Baptizat̄ hō si postea deser-
tor violatorqz sacramēti fuerit peccat: z de-
um repellit a se. Si autē agat penitentiā ex
toto corde: vbi de⁹ vider: saluabit̄: sicut vi-
dit cor dauid: qm̄ increpat̄ a ppha grauit̄
post cōminatōes terribiles dei exclamauit:
dicens: Peccaui: z mox vt audiuit abstulit
pctm̄ suū. Quātū valent tres syllabę. Tres
em̄ syllabę sūt: Peccaui: s̄ in istis tribus syl-
labis flamma sacrificij cordis eius ad celuz
ascendit. Ergo qui egerit veraciter peniten-
tiā z solut⁹ fuerit a li zamēto quo erat cōstri-
ctus z a christi corpe sepat⁹: z bñ post peni-
tentiā vixerit: z post recōciliationē cū defū-
ctus fuerit ad dñm vadit: ad requiē vadit:
a regno dei nō priuabit̄: z a p̄lo diaboli se-
parabit̄. Qui autē posit⁹ in vltima necessi-
tate egritudinis suę acceperit penitentiā: z
mox recōciliat⁹ fuerit z vadit: id est exit de
corpe: fateor vobis non illi negam⁹ qd̄ pe-
tit: sed nō p̄sumo dicere: quia bñ huic erit.
Nō p̄sumo: nō polliceor: non dico: non vos
fallo: nō vos decipio: non vobis promitto.
Fidelis bene viuēs: secur⁹ hinc erit. Agēs
penitentiā dñi san⁹ est z recōciliat⁹: si postea

bene vixerit: securus ē. S; dicit: Quid ē si
bñ vixerit: vel in hoc nos instrue sacerdos
bone vt hoc sciam⁹? Illud nescire te dicit:
an ille qui infirm⁹ z ipotens ē peccare: si pe-
nitentiā acciperet mox transit: facinora sua
relaxantur in die iudicij: hinc nullā securi-
tatē nobis das. Quid ē bene viuere p⁹ pe-
nitentiā: doce nos? Dico vobis: abstinere
ab ebriofitate: a p̄cupiscētia: a furto: a malo
eloquio: ab ipso imoderatō risu: a vbo ocio-
so: vnde reddituri sunt hoies rōnem in die
iudicij. Ecce q̄ leuia dixi vt tacerē gratia z
pestifera. Et aliud dico. Nō solū p⁹ penitē-
tiā ab istis intus hō obseruare se debet: sed
z ante penitentiā dñi san⁹ est: qz nescit si pos-
sit ipsā penitentiā accipere z confiteri deo z sa-
cerdoti peccata sua. Ecce qd̄ dixi p⁹ penitē-
tiā: dico ante penitentiā meli⁹. Agens vero
penitentiā ad vltimū z recōciliat⁹ si exierit:
an securus hinc exeat: ego nō sū secur⁹. Pe-
nitentiā dare possū: securitatē dare nō pos-
suz. Quod dico attēdite. Ego illud plani⁹
expono: ne aliq̄s me male intelligat. Nun-
quid dico damnabit̄: nō dico: s̄ nec libera-
bit̄ dico. An aliud mihi dicitis: sancte epe-
? Quid tibi dicā: nescio. Dixi nō p̄sumo: nō
promitto: proŕsus nescio de dei voluntate.
Uis te frat̄ a dubio liberari: vis qd̄ incer-
tū ē euadere: Age penitentiā dñi san⁹ es. Si
em̄ agis verā penitentiā dñi san⁹ es: z inue-
nerit te nouissim⁹ dies: secur⁹ es. Ergo cur-
re z recōciliaris: Si sic agis: secur⁹ es. Qua-
re secur⁹? Uis dicā tibi: Quia egisti penitē-
tiā eo tpe quo z peccare potuisti. Ecce dixi:
quare secur⁹ es. Si autē tūc agere vis ipsā
penitentiā qm̄ peccare iā non potes: peccata
te dimiserūt: nō tu illa. Sed vnde scis inq̄r
si forte de⁹ mihi misereat: z dimittat mihi
pctā mea? Bene dicitis frater: bñ dicitis: vnde
scio: z ideo tibi do penitentiā qz nescio. At
ille inquit: Ergo dimitte causā meam deo.
Quid tu me verbis affligis: z nō iudici me
deo dimittis? Illi⁹ iudicio te cōmitto: eius
iudicio me cōmendo. Nam si scirē nihil tibi
p̄desse: nō te admonerē: nō te terrerē. Dug-
res sūt: aut ignosceŕ tibi: aut nō tibi igno-
sceŕ. Quid hoz tibi futur⁹ sit nescio: sed do
cōsiliū: Dimitte incertū: z tene certum. Et
dñi viuīs age penitentiā verā: vt cū venerit
in iudiciū dei: nō a deo cōfundaris: s̄ ab eo
in regnū inducaris: hoc p̄stāte dño nŕo lesu
xpo: cui ē honor: z gl̄ia i s̄cula s̄culorū.

Libri amb. de uirginibus
de uidiis
etcetera

emblematis
quibusdam. H. H. H. H. H.
quibusdam

Sancti: deuoti: disertissimiq; ec-
clesie doctoris Ambrosij Mediola-
nensis episcopi ad Marcellinā so-
rorem suam De virginibus Liber
primus incipit.

Iuxta celestis

Isententiā veritatē: verbi to-
tius quodcūq; ociosum fue-
rimus locuti: habem⁹ p̄sta-
re rōnem: vel si vnusquisq;

seru⁹ credita sibi talenta gratiē spūalis que
nummularijs diuidenda forent: vt crescen-
tibus multiplicarent vsuris: intra terrā suā
vel quasi timidus fenerator: vel quasi aua-
rus possessor abscondit: nō mediocre do-
mino reuertēte offensaz incidet: iure nobis
verendum est: quibus licet ingenii tenue:
necessitas tamē maxima eloquia dei credi-
ta populi fenerator mentib⁹: ne vocis quoq;
nostre poscat vsuram: p̄sertim cū studium a
nobis dñs nō p̄fectum requirat. Unde scri-
bendi aliqd sententia fuit. Ad aīore si q̄dem
pudoris periculo audis vox nostra q̄ legis.
Liber em̄ nō erubescit. Equidē ingenio dis-
fusus: sed diuine misericordie puocatus ex-
emplis: sermonē meditari audeo. Naz vo-
lente deo etiā asina locuta ē. *Q*si mihi sub
istius seculi oneribus p̄stituto assistat ange-
lus: ego quoq; muta diu ora laxabo. *P*otest
em̄ soluere impedimēta imperitiē qui in illa
asina soluit nature. In arca veteri testamē-
ti virga floruit sacerdotis: facile deo ē: vt in
sancta ecclia de n̄ris quoq; nodis flos ger-
minet. *L*ur autē desperanduz q̄ dñs loquat
in hominib⁹ qui est locutus in sentibus nec
rubū ē dedignat⁹: Atq; vtinā meas q̄ illu-
minet spinas: Erūt fortasse qui etiā in n̄ris
sentib⁹ aliquē mirent lucere fulgorē: erunt
 Nihil hic mediuz est: hodie aut rea ero tuū
 sanguinis: aut martyr mei. Si cito redij: q̄s
 me audet excludere? Si morā feci: q̄s audet
 absolvere? Plus legib⁹ debeo rea nō solum
 fugē mee: sed etiaz cedis aliene. Sufficiunt
 mēbra mortū q̄ nō sufficiebāt iniurię. Est in
 v̄gine vulneri loc⁹: q̄ nō erat p̄tumelię. Ego
 opprobriū declinaui: nō martyriū tibi cessi.
 Testez: nō p̄fessionem mutauī. Quā si mihi
 p̄ripis mortē n̄ redemisti me: s̄ circūuenisti.
 Laue ne q̄so p̄tendas: caue ne p̄tradicare au-
 diaris. Noli eripe beneficiū qd̄ dedisti. Dū
 mihi hāc sn̄iaz negas: illā restituis supiorē.
 Sententia em̄ sn̄ia supiore mutat. Si poste-
 rior me nō tenet: superior tenet. Possumus
 vterq̄ satisfacere sn̄ie: si me p̄us patiaris oc-
 cidi. In te nō habent aliā quā exerceant pe-
 nam: in v̄gine obnoxio pudor ē. Itaqz glo-
 riosior eris: si videaris de adultera martyrē
 fecisse: q̄ de martyre adulteram reddidisse.
 Quid expectat̄? Duo p̄tenderunt: z ambo
 vicerunt: nec diuisa ē corona: s̄ addita. Ita
 sancti martyres inuicē sibi b̄nficia p̄ferētes:
 altera p̄ncipiū martyrio dedit: alt̄ dedit esse
 ctum. At etiā p̄hoz gymnasia damonēz py-
 thiam pythagoręos in celū ferūt: quoz vn⁹
 cū eēt mortū adiudicat⁹: cōmendādoz suoz
 temp⁹ poposcit. Tyrann⁹ aut astutissim⁹ q̄
 repiri eū nō posse existimaret: petiuit vt sp̄o
 sorē daret q̄ p se feriret: si ipse faceret morā.
 Quid d̄ duob⁹ p̄clari⁹ nescio: vtrūqz p̄claz:
 alt̄ mortū vadē inuenit: alt̄ se obtulit. Itaqz
 cū re⁹ morā supplicio faceret: fideiussor vultu
 sereno mortē nō recusauit. Lū duceret: ami-
 cus reūsus ē: ceruicē substituit: colla subie-
 cit. Tūc admirat⁹ tyrān⁹ chariorē p̄his ami-
 citiā q̄ vitā fuisse: petiuit vt ipse ab his q̄s
 damnauerat: in amicitia reciperet. Tante
 virtutis est gratia: vt z tyrannū inclinaret:
 digna laude: sed minor a nostris. Nam illic
 ambo viri: hic vna virgo: que primo etiam
 sexū vinceret. Illi amici: isti incogniti. Illi
 tyranno vni se obtulerūt: isti tyrannis plu-

ribus. Hoc etiam crudelioribus: quod ille peccat: isti occiderunt. Inter illos in vino obnoxia necessitas: in his amborum voluntas libera. Hoc quod isti prudentiores: quod illis studii sui finis amicitie gratia: istis corona martyrii. Illi enim certauerunt hominibus: isti deo. Et quoniam rei istius fecimus mentionem: par est cōtexere quid de dijs suis senserit: quo magis infirmos iudicetis: quos irridet sui. Namque is cum venisset in templum iouis: amictum aureum quo operiebatur simulacrum eius detrahi iussit: imponi lanam: dicens aurum hyeme frigidum: estate onerosum esse. Sic deum irrisit suum: ut nec onus ferre posse: nec frigus putaret. Item cum Esculapium barbam vidisset auream: tolli imperavit: incongruum esse appellans ut filium barbam haberet: cum apollo pater eius adhuc non haberet. Item simulacris tenentibus aureas pateras ademit: allegans accipe se debere quod dii darent. Quam hec sunt vota inquit hominum: ut a dijs que bona sunt: adipiscamur. Nichil autem auro melius: quod tamen si malum est: habere deos non debere. Si malum non est: habere magis homines debere quam uti scirent. Ita ludibrio habitus sunt: ut neque iupiter vestem suam defendere potuerit: nec barba Esculapii: nec apollo pubescere adhuc cepit: Neque omnes qui dicunt dii: retrahere potuerint pateras quas tenebant: non tam furti reatum timentes quam sensum non habentes. Quis igitur eos colat: qui nec defendere se quasi dii: nec abscondere quasi homines possunt? At in templo dei: nonne cum hieroboam rex sceleratissimus dona que patris eius posuerat auferret: ac super sanctum altare libaret idolis: dextera eius quam tetendit aruit: nec sua ei que iuocabat idola profuerunt? Deinde pueris ad dominum rogavit veniam: statim quod manus eius que aruerat sacrilegio: sanata est religione. Tam maturum in vino et misericordie diuine et indignationis exemplum extitit: ut sacrificati subito dextera adimeret: penitentiam veniam daret. Hec ego vobis sancte virginibus non dum triennialis sacerdos munuscula paravi: licet versus indoctus: sed vestri edoctus moribus. Quamvis etenim adulescere versus potuit: ita parua initiare religionis etate? Si quis hic flores cernit: de vestre vite collectos: legite sinu. Non sunt hec precepta virginibus: sed de virginibus exempla. Vestre virginis effigiem nostra depexit oratio: vestre grauitatis imaginem quasi in speculo quodam sermonis istius cernitis refulgere. Vos si quam non gra-

tiam in balastis ingenio: vestruz est quicquid iste redolet liber. Et quoniam quot homines tot sententiae: si quid defecatum est in sermone nostro: omnes legant: si quid decoctum maturiores probent: si quid modestum: pectoribus inherat: genas pingat: si quid florulentum: etas florulenta non improbet. Deuimus sponse citare amorem. Scriptum est enim: Diliges dominum deum tuum. Deuimus in nuptiis calamistris quibusdam crines saltem orationis ornare. Scriptum est enim: Plaudite manu: et percutite pede. Deuimus perpetuos spargere thalamos rosas: Etiam et in his iugis temporalibus nubenti puer plaudat quod imperat: ne ante dura offendat imperia: quod blanditis amor fortius inoleat. Equorum vis plausu sonitum discit amare ceruicis: ne recuset iugum. Denique puer assuescit verbo lasciuie: quod verberare discipline. At ubi colla subdidit iugo: et habena stringit: et stimulus viget: et copares trahunt: et iugalis inuitat. Sic etiam virgo nostra debuit puer amore pro ludere: aurea thori regni celestis fulcra mirari: in ipsa vestibulo nuptiarum: et postes frondium sertis cernere coronatos: et chori strepentis interi haurire delicias: ne se puer dominico iugo timefacta subduceret: quod vocata inclinaret. Veni igitur huc a libano sponsa: veni huc a libano: transibis et pertransibis. Sepius enim nobis iste versiculus recantandus est: ut vel dominicis vocata vobis sequat: si qua non credit humanis. Hoc nos magisterium non inuenimus accepimus: sic instituit mystici carminis doctrina celestis. Osculetur me ab osculo oris sui: quod bona verba tua super vinum: et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Unguentum extinguitur est nomen tuum. Totus iste deliciarum locus ludum sonat: plausus excitat: amorem puocat. Ideo inquit adulescentule dilexerunt te: et attraxerunt te retro. In odorem vnguentorum tuorum curramus. Induxit me rex in tabernaculum suum. Ab osculis cepit: ut ad tabernaculum perveniret. Atque illa tam patiens duri laboris exercitataeque virtutis ut aperiat manu claustra: in agrum exeat: in castellis maneat: in principio tamen retro odorem currit vnguenti: mox cum in tabernaculum venerit: vnguentum mutatur a castellis. Denique quod euadat videte: Si murus inquit est edificem super eum turres argenteas. Quae ludebat osculis: iam turres erigit: ut preciosis sanctorum turrita fastigijs: non solum hostiles frustret incursum: verum etiam bonorum propugnacula struat tuta meritum.

Dant. 6.

Ezech. 21.

Cant. 1.

Sancti Ambrosij epi liber secundus
de virginibus explicat: Incipit tertius.

Doniam que ha

q buimus digessimus superioribus libris duobus: tempus est foror sancta: ita que mecum conferre soles: beatę memorie liberij precepta reuoluere: vt quo vir sanctior: eo sermo accedat gratior. Namque is cuius in saluatoris natali ad apostolum petrum virginittatis professione: vestis quoque mutatione signares (quo enim melius die quam quo virgo posteritatem acquisiuit) atque astantibus etiam puellis dei copuluribus que certarent inuicem de tua societate: bonas (inquit) filia nuptias desiderasti. Vides quantum ad natalem sponsi tui populus conuenerit: et ne-

Job. 2. mo impastus recedet? Hic est qui rogatur ad nuptias aqua in uina conuertit: In te quoque sincerum sacramentum conferet virginittatis: que prius eras obnoxia uilibus nature materialis elementis. Hic est qui quoniam panibus et duobus piscibus quattuor milia populi in deserto paut. Sed plures pauisset: si iam tunc qui pascerent fuissent. Denique ad tuas nuptias plures uocauit. Sed non iam panis ex ordeo: sed corpus ministrat e celo. Hodie quidem secundum hominem homo natus ex uirgine: sed ante omnia generatus ex pre: qui matrem corpore: uirtute referat presem. Unigenitus in terris: unigenitus in celo. Deus ex deo: partus ex uirgine. Iusticia de pre: uirtus de potestate: lumē ex lumine. Non impar generanti: non parte discretus: non uerbi extensione aut platione confusus: aut cum pre mixtus. Sed ut a pre generationis iure distinctus sit: ipse est fraternus: sine quo nec celestia nec marina nec terrena persistunt. Verbum patris bonum quod erat in principio: habes eius eternitatem. Et erat (inquit) apud patrem: habes indiscretam a pre inseparabilemque uirtutem. Et deus erat uerbum: habes ingenitā eius diuinitatem. De copendio enim tibi fides est haurienda. hunc filia dilige: quia bonus est. Nemo enim bonus nisi solus deus. Si enim non dubitatur quia deus filius: deus autem bonus: utique non dubitatur: quia bonus filius deus. hunc (inquā) dilige. Ipse est que pater genuit ante luciferum ut eternum ex utero generauit ut filium: ex corde eructauit ut uerbum. Ipse est in quo complacuit pater. Ipse est patris brachium: quia creator est omnium. Patris sapientia: quia ex dei

ore processit. Patris uirtus: quia diuinitatis in eo corporaliter habitat plenitudo. Quę pater ita diligit ut in sinu portet: ad dexteram locet: ut sapientiam dicat: uirtutem nouerit. Si igitur uirtus dei christus: nunquid aliquis sine uirtute deus? Nunquid aliquis sine filio pater? Si sempiternus pater: utique semper et filius. Perfecti ergo patris perfectus est filius. Nam qui uirtuti derogat: ei derogat cuius est uirtus. Inequalitatem non recipit perfecta diuinitas. Diligitur que pater diligit: honorifica que honorificat pater. Qui enim non honorificat filium non honorificat patrem. Et qui negat filium nec patrem habet. hec quantum ad fidem. Sed interdum etiam cum fides tuta est: iuuenis suspecta est. Admodum itaque uino utere: ne infirmitatem corporis augeas: non ut uoluptatem excites. Incendunt enim pariter duo: uinum et adulescentia. Infrenent etiam teneram etatem ieiunia: Et parsimonia cibi retinaculis quibusdam indomitas cohibeat cupiditates: Ratio reuocet: mitiget spes: restringat metus. Nam qui moderari nescit cupiditatibus: sic equus raptatur indomitus: uoluitur: obteritur: laniatur: affligitur. Sed aliquando iuueni ob amorem diane contigisse potest. Sed poeticis mendacius colorat fabula: ut neptunus prelati riualis dolore incitatus equus dicat furorem imississe: quo eius magna potentia predicet: quia iuuenem non in uirtute uicit: sed fraude decepit. Unde eius sacrificium quotannis instaurat diane: ut equus ad eius immolet aras: Quam uirginem dicunt: que id quod etiam meretrices erubescere solent amare potuit non amantem. Sed habeant per melicet fabule sue auctoritatem: qua si non licet scelestus utrumque minus tamen sit iuuenem amore adulterę sic flagrasse ut periret: quod dudum (ut ipsi dicunt) deos de adulterio certasse. Iouem autem dolore scortatis filie in medicum vindicasse adulteri: quia eius curasset uulnera: qui dianam in siluis adulterasset: uenatricem sane optimam non ferarum sed libidinum: sed ferarum etiam ut nuda uenatur. Dent igitur neptuno dominatum furoris: ut astruat crimem incesti amoris. Dent diane regnum in siluis quod incolebat: ut confirmet adulterium quod gerebat. Dent esculapio quia mortuus reformauerit: dummodo profiteantur quia fulminat ipse non euaserit. Dent etiam ioui fulmia quia non habuit ut testificet quia habuit opprobria. Sed a fabulis ad proposita reuertamur. Et scis quod omnibus que gignat in herbis calorem: parce utendum

puto. Carnes enī etiā aquilas volātes deponunt. In nobis q̄ ales interior illa de q̄ legim⁹: Renouabit sicut aquile iuuet⁹ tua: sublimē tenēs virgineo prope volatu supfluē carnis nesciat appetētiā. Lōiuiorū deuitādē celebritates: fugiendē salutatiōes: ipsas visitatiōes in iuniorib⁹ eē pauciores volo: si forte deferendū sit parētib⁹ aut q̄lib⁹. Teris officijs pudor: audacia emicat: risus subrepat: modestia soluit: dū affectat vrbānitas: interrogāti nō respōdere infantia: respōdere fabula ē. Deesse igiŕ fmonē

1. Cor. 14. virginī q̄ superesse malo. Nam si mulieres etiā de reb⁹ diuinis in ecclia iubent tacere: domi viros suos interrogare: de virginib⁹ qd̄ cautū putam⁹: in quib⁹ pudor ornat etatem: taciturnitas cōmēdat pudorē. An x̄o mediocre pudoris exēplū est: q̄ rebecca cuz veniret ad nuptias: et sp̄suz vidisset: velamē accepit: ne pri⁹ videret q̄ iungeret. Et vtiq̄ pulchra virgo nō decori timuit s̄ pudori. Quid rachel: que: nadmodū extorto osculo fleuit et gemuit: Nec flere desisset: nisi primū cognouisset: Ita et pudoris seruaui officiū: et pietatis nō amisit affectū. Qd̄ si viro dicat: virginē nō p̄sideres: ne qm̄ scādalizet te: quid dicēdū sacre virginī: que si amet: aīo peccat: si amat: et facta: Maxima est virt⁹ tacendi: p̄sertim in ecclia. Nulla te diuinaz sentētia fugiet lectionuz: si aurem amoueas: vocē premas: nullū ex ore x̄bum qd̄ reuocare velis: proferas: s̄ parciōr loquēdi fiducia sit. Copiosū quipe i multiloquio peccatū.

Sec. 4. Homicidē dictū ē: Peccasti: quiesce: ne peccaret ampli⁹. S̄ virginī dicendū est: quiesce ne pecces. Lōseruabat enim maria (vt legim⁹) oīa in corde suo q̄ de filio dicebant: et tu cū legiŕ aliqd̄ quo christ⁹ aut venturus annunciat: aut venisse ostendit: noli fabulando obstrepere: s̄ mentē admooue. An quicq̄ ē idignius q̄ oracula diuina circūstrepī ne audiant: ne credant: ne reuelent: circūsonare sacramēta cōfussis vocib⁹ vt impediatur oratio pro salute depropta omnīū: cū gentiles idolis suis reuerentiaz tacendo deferunt. Unde illud exēplū proditur. Alexandro sacrificante macedonum rege: puerulū barbarū qui ei lumē accederet: excepisse ignē brachio: atq̄ adusto corpore mansisse immobilem: nec dolorē prodidisse gemitu: nec tacito penā indicasse stertu. Tanta in puero barbaro fuit disciplina reuerentię: vt naturā vinceret. Atq̄ ille nō

deos qui nulli erant: sed regem timebat. Quid enī timeret eos q̄ si idē ignis eos contigisset arsisset. Quid q̄ quidā in iuuiuo patris adolescēs iubet ne meretricios amores indicijs insolētib⁹ pdat. Et tu in ministerio dei virgo gemit⁹ excreatus tusses risus abstine. Qd̄ ille i cōiuiuo pōt: tu in ministerio dei nō potes. Vocis x̄ginitas p̄ma signef: claudat ora pudor: debilitatē excludat religio: instituat cōsuetudo naturā. Virgīnem mihi prius grauitas sua nūciet: pudore obuio: gradu sobrio: vultu modesto: et p̄nuncia integritatis anteeant signa x̄tutis. Nō satis pbabilis x̄go ē q̄ requirit cuz vides. Frequēs sermo ē: cū plima ranaz murmura religiose aurib⁹ plebis obstreperent: sacerdotē dei p̄cepisse vt cōticeret: ac reuerentiā sacre deferrēt orationi: tūc subito circumfusos strepit⁹ quieuisse. Sicut igiŕ plaudes: hoies nō silebūt. Et irrōnabile aīal p̄ reuerentiā recognoscit qd̄ p̄ naturā ignorat. Hominū tantā eē immodestiam: vt pleriq̄ deferre nesciāt mentiū religioni qd̄ deferūt aurīū voluptati. Hęc tecū sanctę memozię liberi: q̄ apd̄ alios maiora x̄bis: apd̄ te minorā exēplis: ita oēz disciplinā nō solū x̄tute adq̄sti s̄ etiā emulatiōe vicisti. Nāq̄ ieiuniū i p̄ceptū habem⁹: s̄ singulorū diez. Tu aut̄ multiplicat noctib⁹ ac dieb⁹ innumera tēpora sine cibo trāsigis: et si qm̄ rogaris vt cibū sumas: paulisp̄ deponas codicē: respōdeas ilico: Nō i pane solo viuūt hō: s̄ in omni x̄bo dei. Ipse epulaz vsus cib⁹ obuīus: vt edēdi fastidio ieiuniū desideret: pot⁹ e fōte: flet⁹ in p̄ce: somn⁹ i codice. Hęc iunioribus cōuenere annis: donec mens cui matura canesceret. Ast vbi domiti trophēū corporis x̄go sustulerit: moderandū labori: vt magistra supari seruet etati. Lito secundis onerata palmitib⁹ emerite etatis vitū crepat nisi aliq̄ rep̄mas. Eadē tñ donec adolescit exuberat: et iueterata amputat: ne siluescat sarmētis: aut fetu nimio exanita moriat. Bonus agricolā optimā vitē et fotu t̄re cohibet et defēdit a frigore: et ne meridiano sole vraf explorat. Agrū q̄ vicib⁹ exercet: vel si non patif̄ ociosū: diuersa alternat semia: mutatis vt fetib⁹ arua req̄lescāt. Tu q̄ x̄go veterana pectoris tui colles: diuersis saltē seminib⁹ sere: nūc alimonijs mediocrib⁹: nūcte iunijs parciōrib⁹: lectiōe: ope: prece: vt mutatio labori inducię sint quietis. Nō rotus messē generat ager. Hic de collib⁹ vīneta

surgunt: illinc purpurascens cernas oli-
 uas: hic olentes rosas. Sepe etiam relictis
 aratris ipse validus agricola digito solum
 scalpit ut floruz deponat radices: et asperis
 manibus quibus luctantes inter vineta flectit
 iuencos: molliter ouiuuz pressat vbera. Eo
 quippe melior ager: quo numerosior fructus.
 Ergo et tu boni agricolę exemplū secuta nō
 perēnibus ieiunijs tanquā depressis vomeribus
 humū tuam findas. Floreat in hortis
 tuis rosa pudoris: lilium mētis: et irriguum
 sacri sanguinis violaria bibant fontē. Vul-
 go hoc ferunt: Quid velis plix facere: aliqui
 ne feceris. Debet esse aliquid quod quadrage-
 sime diebus addat: sed ita ut nihil ostenta-
 tionis causa fiat: sed religionis. Oratio quoque
 nos deo crebra cōmēdet. Si enim ppheta di-
 cit: Septies in die laudem dixi tibi: qui re-
 gni erat necessitatibus occupatus: quod nos fa-
 cere oportet qui legimus: Vigilate et orate
 ne intretis in tentationē: Lerte solennes orō-
 nes cum gratiarū actione sunt deferēde: cū
 e somno surgimus: cum p̄dimus: cū cibum
 paramus sumere: cum sumpserim: et hora in-
 censi: cum denique cubitū pergimus. Sed etiā
 in ipso cubili volo psalmos cum orōne dñi-
 ca frequēti contexas vice: vel cū euigilaue-
 ris: vel antequā corpus sopor irriget: ut te in
 ipso quietis exordio rerum secularium cura
 liberam: diuina meditantē somno inueniat.
 Denique etiā ille phie ipsi quod nōmē iuenit: quod
 tidie p̄ cubitū iret: tibicen iubebat mol-
 liora canere: ut anxia curis secularibus corda
 mulceret. Sed ille sicut is qui laterem lauat:
 secularia secularibus frustra cupiebat abole-
 re. Magis enim se oblinebat luto: quod remediū
 a voluptate querebat. Hos autē terrenoruz
 vitioruz colluione deterfa: ab omni inqui-
 namento carnis mentium interna mūdē.
 Symbolum quod specialiter debemus tanquā no-
 stri signaculū cordis antelucanis horis quod
 die recensere. Quod etiā cū horremus aliqd:
 animo recurrendum est. Quā enim sine militię
 sacramēto miles in tentorio: bellator in p̄-
 lio: Jam illud quis nō ad nostrā institutio-
 nem dictū intelligat: quod ait sanctus ppheta:
 Lauabo per singulas noctes lectū meum: la-
 chrymis meis stratū meū rigabo: Nam siue
 lectum iuxta lram intelligas: tantā vberta-
 tem ostendit p̄fundi oportere lachrymarū
 ut lauet lectus: stratū riget fletibus obse-
 crantis. Fletus enim p̄sentium merces est fu-

turozum. Quā beati qui fletis: ipsi enim ride-
 bitis. Siue pro corpore accipiamus p̄phe-
 ticum dictum: delicta corporis penitentię la-
 chrymis abluamus. Fecit enim sibi lectum sa-
 lomō ex lignis libani: columnę eius argen-
 teę erant: acclinatoriū eius aureum: dorsus
 eius gemmatū stratum. Quis est iste lectus:
 nisi nostri corporis species? Namque in gēmis
 aer specie fulgoris ostendit: in auro ignis:
 aqua in argento: terra per lignum: ex quibus
 corpus humanū quattuor constat elemēt:
 in quo nostra recubat aīa: si nō aspero mon-
 tium: nō humi arido expers quieti existat:
 sed sublimis a vitij ligno sultra requiescat.
 Tū et dauid dicit: Dñs opem ferat illi sup
 lectum doloris eius. Nam lectus doloris esse
 qui potest: cum dolere nō possit qui nō habet
 sensum: Corpus autē doloris: sicut corpus est
 mortis. Infelix ego homo quod me liberabit
 de corpore mortis huius? Et quā versiculū in-
 duximus: in quo dñici corporis fecim⁹ men-
 tionē: ne quē forte perturbet legentē: quod dñs
 corpus suscepit doloris: recordet quia laza-
 ri mortem doluit et fleuit: et in passione ē vul-
 neratus: atque ex vulnere sanguis et aqua exi-
 uit: spiritus exhalauit. Aqua ad lauacrum:
 sanguis ad potum: spiritus ad resurrectionē.
 Unus enim est christus nobis spes: fides: cha-
 ritas. Spes in resurrectione: fides in laua-
 cro: charitas in sacramento. Tū ut corpus
 suscepit doloris: ita etiā stratum in infirmi-
 tate versauit: quod cōuertit in cōmodū carnis
 humane. Nam passione infirmitas est solu-
 ta: mors resurrectione: et tū merere per seculo:
 gaudere debetis in dño: tristes ad peniten-
 tiam: alacres ad gratiam. Licet et flere cū fletibus:
 et gaudere cum gaudentibus: oportere
 gentium doctor salutari p̄ceptione p̄scripse-
 rit. Verum qui penitus enodare cicatricez
 omnē desiderat quęstionis: ad eundē confu-
 giat ap̄lm. Omne enim inquit quodcūque faci-
 tis in verbo aut in facto: omnia in nomine dñi
 nostri iesu christi: gratias agentes deo patri per
 ipsum. Omnia ergo dicta nostra factaque refera-
 mus ad christū: qui vitam fecit ex morte: lu-
 cem creauit ex tenebris. Namque ut corpus egro-
 tum nūc calidioribus fouet: nūc frigidiori-
 bus teperat: remediorūque mutatio si iuxta
 p̄ceptū fiat medici: salutaris est: si contra man-
 datum vsurpet: languoris augmentum est:
 Ita medico nostro quicquid p̄ditur christo:
 remediū est: quicquid vsurpat: incōmodū.

Luc. 6.

Cant. 5.

P̄s. 40.

Ro. 7.

Ibidē. 12.

Col. 3.

P̄s. 6.

b

Debet igitur bonę cōsciētię mētis esse leticia: nō in conditis comestationib⁹: nō nuptialibus excitata symphonijs. Ibi enī intuta ve recūdia: illecebra suspecta ē: vbi comes delitiarū est extrema saltatio. Ab hac virgines dei pcul eē desidero. Nemo enī: vt dixit qdam secularis doctor: saltat sobri⁹ nisi q in sanis. Quōd si iuxta sapiam secularē saltationis: aut temulentia auctor ē: aut dementia: quid diuinarū scripturarū cautū putam⁹ exemplis: cum iohes p̄nunci⁹ christi saltatricē optione iugulat⁹ exemplo sit: plus nocuisse saltatiōis illecebrā q̄ sacrilegi furoris amentiam. Et qm̄ talis viri nō strictim p̄tereūda est recordatio: interest vt quis ⁊ a qb⁹ ⁊ quā ob causam: quō ⁊ quo tpe sit occisus: aduertere debeam⁹. Ab adulteris iustus occidit⁹: ⁊ a reis in iudicē capitalis sceleris pena conuertit⁹. Deinde p̄m̄ium saltatricis: mors est prophete. Postremo qb⁹ etiam oēs barbari horrere p̄suerunt: inter epulas atq; cōuiuia p̄summandę crudelitātē p̄fert edictuz: Et a cōuiuio ad carcerem: de carcere ad p̄uiuium feralis flagicij circūferē obsequiū. Quanta in vno facinoze sūt crimina. Extruit regis co luxu ferale cōuiuuiū: ⁊ explorato qm̄ maior solito turba conuenerit: reginę filia intimis mandata secretis in conspectū viroz saltatura p̄ducit. Quid enī potuit filia de adultera matre discere nisi damnū pudor⁹? An quicq; ē tam pronū ad libidines q̄ incōditis motib⁹ ea quę vel natura abscondit: vl̄ disciplina velauit: membroz opta nudare: ludere oculis: rotare ceruicē: comā spargere? Aherito inde in iniuriā diuinitātē p̄cedit. Quid enī ibi verecundię potest esse vbi saltat⁹: strepit⁹: p̄crepat⁹? Tunc rex inquit delectatus dixit puellę: vt peteret de rege qb⁹ vellet. Deinde iurauit: q̄ vel dimidiū regni si petisset p̄cederet. Et de quēadmodum seculares ipsi de secularib⁹ suis iudicent potestibus: vt p saltatione etiā regna donentur. Puella autē admonita a matre sua poposcit afferi sibi in disco caput iohis. Quod dicit: Rex p̄tristatus est: nō penitētia regi: sed p̄fessio iniquitatis est. Quę diuinę habet cōsuetudo sentētię: vt q̄ gesserūt impia: ipsi p̄pria p̄fessione se damnent. Sed p̄pter discumbentes inquit. Quid indigni⁹ q̄ vt homicidium fieri iuberet: ne discumbentib⁹ displiceret? Et p̄pter ius inquit iurandū. De religionem nouā. Tolerabili⁹ peierasset. Et

nō immerito dñs in euangelio iubet nō esse iurandū: ne sit causa piuri⁹: ne sit necessitas delinquendi. Itaq; ne iusiurandū violaret p̄cutit innocens. Quid p̄us horrescam nescio. Tolerabiliora piuria q̄ sacramēta sunt tyrannoz. Quis nō cum e cōuiuio ad carcerem cursari videret: putaret p̄phetā iustum esse dimitti? Quis inquā cum audisset natalem esse herodis: solenne cōuiuuiū puellę optionem eligendi qb⁹ vellet datam: missus ad iohes ob solutionē nō arbitraret? Quid crudelitati cum delictis: quid cū funeribus voluptati? Rapit ad penam p̄pheta cōuiuiali tpe: cōuiuiali p̄cepto: quo nō cuperet vel absolui: perimit⁹ gladio: caput ei⁹ affert in disco. Hoc crudelitati ferculū debebat: q̄ insatiata epulis feritas vesceretur. Intuere rex acerbissime tuo spectacula digna cōuiuio. Porrige dexterā ne quid seuitię tuę desit: vt inter digitos tuos riuī desuuant sacri cruoris. Et qm̄ nō exaturari epulis fames: nō restingui poculis potuit inaudite seuitię sitis: bibe sanguinē scaturientib⁹ adhuc venis erecti capitis p̄fluentē. Lerne oculos in ipsa morte sceleris tui testes: auersantes cōspectuz delitiarū. Laudunt lumina: nō taz mortē necessitate q̄ horrore luxurię. Quis aureum illud exanguē cui⁹ sniam ferre nō poterat: conticescit ⁊ adhuc timef. Lingua tñ quę solet etiam post mortē officium seruare viuētē palpitante licet motu dānabat incestum. Portat hoc caput ad herodiadem: letat⁹: exultat quasi crimē euaserit qz iudicē trucidauit. Quid dicit⁹ vos sanctę femine? Elidētis qd docere: qd etiā dedocere filias debeat⁹? Saltet sed adultere filia. Quę nō pudica est: quę casta ē: filias suas religionē doceat nō saltationem. Quos autē graues et prudentes viri discite detestabiliū hominū epulas euitare. Talia sunt p̄uiuia qualia iudicia p̄sidoz. Jam ad finē orōnis vela p̄udenti bene suggerē soror sancta: quid super eoz meritis existimandū sit qui se p̄cipitate ex alto: vl̄ in fluuiū demerferūt: ne p̄cutorū inciderent manus: cū scriptura diuina vim sibi christianuz p̄hibeat inferre. Et qdem de virginibus in necessitate custodię constitutis enodez habem⁹ assertionem: cū martyri extet exemplum. Sancta pelagia apud antiochiam quondam fuit: annorum fere q̄ndecim: soror x̄ginū: ⁊ ipsa x̄go. Hęc p̄mo domi classico p̄secutionis inclusa: cum

se a p̄donib⁹ fidei v̄l pudoris circūfederi v̄l deret: absente matre ⁊ sorozib⁹ vacua p̄fessio sed deo plenior: quid agim⁹ inquit nisi p̄spicias captiua virginitas? Et votū est: ⁊ metus est mori: q̄ mors nō excipit: sed asciscit: Adoriamur sc̄z: vel si nolunt licere: moriamur. Deus remedio nō offendit: ⁊ facin⁹ fides ableuat. Lerte si vim ipsam nois cogitemus: quē vis volūtaria: Illa magis ē vis mori velle nec posse: nec difficultatem veremur. Quis em̄ est q̄ vult mori ⁊ nō possit: cū sint ad mortem tam p̄clues vię? Jam em̄ sacrilegas aras p̄cipitata subuertam: ⁊ accensos focos cruore restinguā. Nō timeo ne dextera deficiēs nō peragat ictus: nec pect⁹ se dolore subducat. Nullū peccatū carni relinquam: nō verebor: ne desit gladius. Possumus mori nostris armis: possum⁹ mori sine carnificis beneficio. Adatris in gremio fert ornasse caput: nuptialem induisse vestē: vt nō ad mortem ire dicerem: sed ad sponsum. Ast vbi detestandi p̄secutores ereptam sibi viderunt p̄dam pudoris: matrē ⁊ sorozes ceperunt querere. Clerū ille spūali volatu iaz campū castitatis tenebant: cuz subito hinc p̄secutorib⁹ iminentib⁹: inde torrēte fluuio exclusē a fuga: inclusē ad conoraz: qd veremur inquit? Ecce aqua: q̄s nos baptizari p̄hibet: Et hoc baptisma est: q̄ peccata donant: regna querunt. Et hoc baptisma est: post qd nemo delinqt. Excipiat nos aqua quē regenerare p̄suevit. Excipiat nos aqua quē virgines facit. Excipiat nos aqua q̄ celum aperit: infirmos tegit: mortē abscondit: martyres reddit. Te rerū conditor p̄camur de⁹ ne exanimata spū corpora vel vnda dispergat: ne mors separet funera: quaz vitaz nō separauit affectus: sed sit vna p̄stantia: vna mors: vna etiam sepultura. hec effate ⁊ suspensē paululū: incincto sinu quo pudorem tegerent: nec gressum impedirēt: p̄fert manib⁹ tanq̄ choros ducerent: in medium p̄grediunt alueū: vbi vnda torrentior: vbi p̄fundū abruptius: illuc vestigia dirigētes: Nulla pedem retulit: nulla suspendit incelsum: nulla tentauit vbi gressuz figeret: anxie cū terra occurreret: offensē vado: letē p̄fundo. Uideres piam matrē stringentē nodo man⁹: gaudere d̄ pignore: timere d̄ casu: ne sibi filias vel fluct⁹ auferret. Has tibi inquit hostias christe imolo: p̄sules virginitatis: duces castitatē: comites passionis. Sed

quis iure miret tantā viuentib⁹ fuisse p̄stantiam: cū etiā defunctē imobilē stationē corporoz vendicauerint? Nō cadauera vnda nauauit: nō rapidi cursus fluminis volutarūt. Quinetiā sancta mater licet sensu carēs pietatis: tñ adhuc seruabat amplexū: ⁊ religiosum quē strinxerat nodum nec morte laxabat: vt quē religioni debitū soluerat: pietate herede mereret. Nam quas ad martyriū iunxerat: vsq̄ ad tumulū v̄dicabat. Sz qd alienigenis apud te soroz vtoz exēplis: quā hereditarię castitatis inspirata successio parentis infusione martyris erudiuit? Tñ em̄ didicisti q̄ nō habuisti? Tñ disceres p̄stantia i agro: nulla socia virgine: nullo informata doctore? Nō q̄ discipulā qd fieri sine magistro nō potest: sed heredē virtutis egisti. Qui em̄ fieri posset: vt facta soteris tibi nō esset mentē auctor: cui auctor est gener⁹: quē p̄secutionis etate: serulib⁹ q̄ ptumelijs ad fastigium passionis euecta: etiā vultū ipsuz qui inter cruciat⁹ totius corpis liber esse cōsuevit iniurię: ⁊ spectare potius tormēta q̄ perpeti: carnifici dedit: Tam fortē ⁊ patiens: vt cū teneras pene offerret genas: pri⁹ carnifex cedendo deficeret: q̄ martyr iniurię cederet. Nō vultū inflexit: nō ora conuertit: non gemitum: nō lachrymam dedit. Deniq̄ cū cetera penaz genera vicisset: gladiū quem querebat inuenit. Mobile apud veteres salomonis illud fert fuisse iudiciū: cū a duab⁹ litigantib⁹ mulierib⁹ interpellat⁹ esset: quaz altera conuersa p̄ somnū cum infantem oppressisset suū: postulabat alienū. Altera veri amoris conscia ⁊ culpę nescia filiū iure p̄prium vendicabat. Ultraq̄ igit̄ p̄seuerāter nitente: cognitoris hesit intentio. Non em̄ poterat salomon arbit̄ eē interioris arcani: cū petentē vtriusq̄ mēs eēt occultior. Euentu conuent⁹ ambiguo macheraz p̄mi iussit: mandatoq̄ ministris q̄ simularent triste misteriiū: diuidi iussit infantē: vt singulę mulieres singulas partes adipiscerēt. Quo audito illa quē petebat alienū: nō solum acq̄uit: sed etiā diuisionē paruuli deposcit: nullo affectu puēta materno. Illa quē suū sciebat infantem: nō vinci metuēs: sed orbari: nec iam solatio pprio s̄ pignori suo p̄sulēs: orare hoc cepit: vt incolumis magl̄ puer traderet aliene q̄ sectus in partes matri pprie redderet. Tñ salomon q̄ nō maiestate diuina: s̄ argumentē vt hō interiorē interrogabat

affectū: illi poti⁹ iudicauit paruulū esse red-
dendum: quā verā matrē dolor pprius pdi-
disset: Illam xō quā morituri paruuli mise-
ricordia nō mouebat: exortem pnunciauit
esse nature: quā exortem vidit esse pietatē.
Veritas ḡ nō latuit: sed tñ p simulationē al-
teri⁹ fluctuauit. Diuq; etiā bona mat̄ euētū
hēsīt ambiguus: duz iudiciū piclitas incerto.
Hęc licet in figura supiorib⁹ sint facta tēpo-
ribus: scripta sunt tñ ad correptionē nřam:
vt intelligam⁹ pdi oīa posse quę facta sunt:
z omnia cōposita reuelari. Duę igit̄ iste: qm̄
ppositum est nobis hoc loco nō tractare de
mulierib⁹. Duę in quā iste: fides est atq; ten-
tatio. Tentatio inq; cōmunis ab initio au-
ctor erroris: quę postq; posteritatē suam car-
nalis vitio conuersationis z somno mentis
amissit: posteritatē fruct⁹ auferre conat̄ alie-
nē. Itaq; duz tentatio litigat: fides fluctu-
at: donec machera christi latētes distinguat
affect⁹. Duę est hęc machera christi: Illa ḡ
q̄ scptū ē: Gladiū veni mittē in trā. Est em̄
gladi⁹ ḡ q̄ scptū ē: Et tuā ipsi⁹ animā ptran-
sibit gladius. Qui aut̄ sit h̄ gladi⁹: quę ma-
chera cognosce. Verbū inquit acutū z vali-
dum z penetrabilē oī gladio acutissimo: pe-
netrās vsq; ad diuisionē aię z spūs artuūq;
z medullarū. Bon⁹ gladi⁹ x̄bū dei: bon⁹ gla-
di⁹ vtpote scrutator cordis z renis: q̄ mēda-
ciū a vitate discernat: atq; eos q̄z aiāz p̄trā
sierit: nō interficiat sed reseruet. Hęc igit̄ de
regnoz dicta sint libro assumpta de causa:
de historia recensita: de p̄scientia vsurpata:
et fide p̄mpta. Nūc decurse ex libro iudiciū
inspiciamus seriem lectiōis. Nō em̄ ociosis
paricidiū fuit aurib⁹ audiendū. Itaq; repe-
tam⁹ historiā. Zepte iudex iudeoz fuit. Is
euentu belli p̄sictat⁹ ambiguus: p̄lorūq; ve-
ritus incerta: votuz vouit hmōi: si aduersa-
rios depulisset: vt quicqd̄ ei primum intra
dom⁹ suę limen occurrisset: hostiam imola-
ret deo suoꝝ p̄suli triumphoz. Itaq; bello
potitus fuisq; hostibus domū rediit: cui in
ipso vestibulo filia memor pietatis: ignara
oblationis occurrit. Sed recordat⁹ ilico pa-
ter z pprię sp̄sōis admonit⁹ ingemuit sol-
uendi munerē sponsiones. Heu me inquit fi-
lia: pdidisti me. Ego em̄ aperui os meuz de
te ad dñm. Tum illa: O pater si in me ape-
ruisti os tuū ad dñm: fac mihi ita vt exiuit
de ore tuo. Duoz tñ tantū mensū inducias
postulauit: donec in montem ascenderet: et

sup virginitatē suam fletet. Deinde duob⁹
post exactis mensibus remeauit ad patres.
Clotū ille cōpleuit. His em̄ verbis vtendū
est: qm̄ sc̄ptura diuina effectū rei nō pdidit:
sed refugit paricidij mentionē. Quid igitur
hoc pbamus? Adinime iure gentiū. Sed tñ
etsi paricidiū nō p̄bo: aduerto p̄uaricandę
metum z formidinē sponsionis. Deniq; ad
abraam dictum est: Nūc scio qz amas dñm. Gen. 22.
deum tuū: qz non pepercisti vnico filio tuo.
Habes igit̄ iudiciū quo doceat̄ p̄uaricanduz
temere non esse p̄missum. Verū deo parici-
dium nō p̄bari: in eadē asserit̄ lectione: cuz
p filio ouis subijcit̄: vt ipsa poti⁹ q̄z filius fe-
rret. Habuit igit̄ iepte qd̄ sequerēt̄ exēplū:
qz dñs sanguine non delectaret̄ hūano. In
vno em̄ oraculo ad abraā p̄mpto docuit fili-
orū salutē religionis obseq̄o post habendā:
offerri a parētib⁹ deo debere filios: nō debe-
re iugulari. Lerte cū h̄ filia tā sollicita fuerit
de p̄ris voto: cur p̄f nō dubitauerit de filie
paricidio: z cū illa patnū caueret mēdaciū:
iste filie nō caueret interitū? Dicit aliquis:
Qua rōne illic deus nō p̄miserit pariciduz
fieri: hic sit passus impleri? Nūq; acceptoz
p̄sonarum deus? Non: sed meritoꝝ atq; vir-
tutum. Lerte dū p̄siliū esset ambiguū: si-
gnare debuit oraculū: quid ad p̄sens facto
z in reliquis pueniret exemplo. Ubi xō iam
p̄cessisset exemplū: necessariuz nō iudicauit
oraculum: cum facti forma veteris quid fieri
oporteret ostenderit: Aut fortasse quia non
vna forma meritoꝝ: ideo non vna forma
factorum. Pater doluit: fleuit filia: yterq;
de dei miseratione dubitauit. Non doluit
abraam: nec p̄suluit parētis affectum. Ubi
audiuit diuinitatē oraculū: nō distulit sacri-
ficiuz: sed maturauit obsequiū. Nō dubita-
uit isaac: cū imparib⁹ sequerēt̄ patrem pas-
sibus: Nō fleuit cū ligaret̄: nō dilationē po-
poscit: cū offerret̄. Et ideo misericordia lar-
gior: vbi fides p̄mptior. Et bñ nō fleuit fa-
ctum patris: qz risus ē matris. Pro qua de-
uotionis exultatione ouis p̄ illo iussa ē im-
molarī: qz se ipse nō distulerat imolandum:
nec de dei miseratione ambigu⁹: nec de sui
deuotione sollicitus. Nemo igit̄ inuent⁹ est
q̄ tam cruentū patris reuocaret affectuz: qz
oīs p̄missio munerē cōueniebat officio. Sa-
crificiū itaq; sanguinis imolat̄: z nemo est q̄
resistat. Sacrificiū castitatē offert̄: z q̄ phibe-
at nō inuenit̄. Pater paricidiū p̄miserit: z sol-

Matt. 10.

Luc. 2.

Heb. 4.

Judic. 11.

uit. Pater integritate filie vouit: et tam pie oblationis non inuidet affectus. Illic filia dolens sanguinem suum obtulit. pro propria sponsione: hic tam pius promissum: nec hereditario munere: nec propria soluit voluntate. Quo in negotio etiam nos vocamur in culpa. Quam tamen: Quia nuptias prohibuimus illicitas. Vocet ergo in eandem culpam etiam iohannem baptista. Et cum aliud nihil forte habeamus quod probet in nobis: hoc solum prodemnes in nobis quod probatum est in propheta. An erubescendum proculum auctorem: Quam homo carnem aliam habuit ille martyrum: repetite aio. La illi passionis certe hec fuit: **Matth. 14.** Non licet inquit tibi eam vxore habere. Si h de vxore hois: quomagis de virgine consecrata? Si h dictum est regi: quomagis dicendum est puatis? Gratias itaque diuinitati quod h nullus herodes: atque vtrina nulla herodias. Non licuit ergo pro virginitate sermonem dicere? Et cur scriptum est: Iudicate pupillo: et iustificate viduam? **Ps. 67.** Et cur scriptum est: Proris orphanorum et iudicium viduarum? Ergo castionem integritati deditas deseremus: aut etiam prodenabimus? At certe ipsis gentilibus inter aras et focos venerabilis soler esse virginitas: et in quibus nulla merito est pietas: nulla mentis integritas: in ihs tamen carnis virginitas predicat. A prophanis igitur cerimonijs virgines nemo prohibebit: ab ecclesia dei virginitas arcebitur. Illic cogunt quod non docent: hic interdicit quod non licet non doceri. Illic promissus reuocant a nuptijs: h ad nuptias coartant iniurijs. Illic violentia fit vt capian: hic fiet violentia ne prostent. Et pot esse patientia sacerdotum: vt non vel morte oblata: si ita necesse est: integritatem sacrificium vendicet. Considerate quod virgines pro apostolis resurrectionem domini videre meruerunt. Lerte hoc docuit hodierna que decursa est lectio. **Job. 19.** **Matth. 27.** in nouo monumento: sicut iohannes dixit: corpus positum esset domini iesu: in suo autem monumento sicut est secundum librum euangelij matthei: posuisset ioseph domini corpus: obseruabant virginem. Vnde et mattheus monumentum dixit nouum: ne ex monumento veteri resurrexisset alio creditur. Vnde etiam secundum spiritum iusti in monumento positum est: quod christus a mortuis in nouo iusti resurgit affectu. Vnde etiam secundum litteram alienum monumentum fuit: quod suum monumentum dominus non quassuit. Habent tumulum que sub lege sunt mortui: Clitorum mortis suum tumulum non habebat. Non enim ille sepulchrum mortui desiderabat: que de morte trophea referebat. Vidit ergo maria resurrectionem domini: et pro-

na vidit et credidit. Vidit et maria magdalena queuis adhuc ista nutaret. Hoc loco non me diocrez aduertite questionem: ne subdubitare de resurrectione domini virgines debeat. Videte quod meritum: Non sola carnis virginem facit: sed etiam mentis integritas. Denique maria magdalena dominum prohibet tangere: quod nutabat de resurrectionis fide. Illa igitur tangit christum: que fide tangit. Abagdalena autem stabat ad monumentum foris plorans. Que foris est plorans: nam que intus est plorare non nouit. Plorat autem quod corpus non videt christi: et perisse putat: quod ipsa non cernit. Ergo maria foris: sed non petrus: non iohannes foris. Denique illi curretes intrauerunt: et ideo non plorauerunt: et gratulantes recesserunt. Illa que non introiuit fleuit: non credit: fraude sublatum putauit: nec cum angelos cerneret: credendum arbitrabatur. Et ideo dicitur ei angeli: Mulier quid ploras? Que queris? Hoc angeli dicunt: et dominus postea iisdem verbis repetiuit: vt sciat quod angelorum verba mandata sunt domini. Denique eadem vt dixi etiam dominus verba repetiuit dicens: Mulier quid ploras? que queris? Que non credit: mulier est: nam que credit: in virum perfectum resurgit: in mensuram etatem plenitudinis christi. Mulier inquit: non de sexu: sed de cunctatione constitutum est. Et bene mulier que nutabat: quod virgo iam crediderat. Quid ploras? hoc est: tu tibi es causa plorandi: tu tibi es auctor flendi: que es christi incredula. Ploras quod non vides christum: crede et videbis. Adest christus: nec vnquam ihs a quibus queris deest. Quid ploras? hoc est: non lachrymis opus est: sed fide prompta et deo digna. Noli cogitare mortalia: et non plorabis: noli cogitare peritura: et flendi carnem habere non poteris. Cur inde ploras: vnde alij gratulantur? Que queris? hoc est: Non vides quod adest christus? non vides quod christus est dei virtus? quod christus est dei sapientia: quia christus est sanctitas: quod christus est castitas: quod christus integritas: quod christus natus est ex virgine: quod christus ex patre: et apud patrem: et in patre semper? **Matth. 27.** Non factus: nec degener: sed semper verus deus ex deo vero. Tulerunt inquit dominum de monumento: et nescio vbi posuerunt eum. Erras mulier que putas ab alijs christum de monumento esse sublatum: et non potestate propria resuscitatum. Sed nemo tulit dei virtutem: neque tulit dei sapientiam: neque tulit venerabilem castitatem. Non tollit christus de monumento iusti: nec de sanguine virginis secreto et pie mentis arcano: et si que volunt tollere: auferre non possunt.

Matth. 14.

Ps. 67.

Job. 19.

Matth. 27.

Job. 28.

Ep. 4.

Job. 28.

Sic ait illi dñs: Maria respice ad me. Quis
 nō credit: mulier ē: qñ cōuerti incipit: maria
 vocat: hoc est: nomen ei⁹ accipit q̄ parturit
 christū. Est em̄ aīa q̄ spūaliter parit christū.
 Respice inq̄t ad me. Qui christum respicit:
 emēdat: Errat autē q̄ christū nō videt. Et iō
 illa cōuersa resperit et dixit: Rabbi: qd̄ in
 p̄ta mgf. Quē resperit puertif: quē puerti
 tur pleni⁹ intuef: quē videt pficit. Et ideo
 mgf̄m appellat: quē mortuū esse credebat.
 Alloquit quē putabat amissum. Noli inq̄t
 me tangere: hoc est: si correptionis tenta
 mēta sunt: nō tangit th̄ christū nutantē affe
 ctus. Noli inq̄t me tāgere: h̄ est: noli tange
 re dei virtutem: dei sapientiā: reuerendam
 integritatem: honorabilem castitatem. Sed
 vade ad fratres meos: Quid est aliud dice
 re: nisi iaz noli foris flere? Vade ad electos
 et ad obseruātissimos sacerdotes: et dic illis:
 Job. 20. Ascendo ad patrem meum: et patrem v̄m:
 deū meū et deū vestrū. Quid ē aliud dicere:
 nisi ne mulier hinc moueas questionē? Cer
 te a p̄fectionib⁹ quere: dicēt tibi: quē distin
 ctio sit in̄ patrē meū et patrū vestrū. Nam q̄
 iuxta diuinā generationē pat̄ mibi est: is iux
 ta adoptionē p̄f vester ē. Patrē meū dicen
 do: a creaturā se dei fili⁹ separauit. Patrē ve
 strum dicēdo: adoptionis spiritalis gratiaz
 designauit. Ita et deuz meū dicēdo: myste
 rium suę incarnationis oñdit: vt quē patrē
 naturalit̄ habet: deū appellet. p̄pter suscepti
 corpis sacm̄. Deum q̄ vestrū cū dicit: p̄fe
 ctum i nobis suę opationis ostēdit. Et vere
 de⁹ noster fact⁹ est nobis: ex q̄ passus ē chri
 stus: qñ vt alia omittam: p̄ integritate ser
 uāda mori v̄gines sunt paratę. Nihil de cā:
 nihil de p̄sona loquor. Vbi em̄ dñi gr̄a: ibi
 debet esse pax dñi. Nec quenq̄ publicis ar
 guo: s̄ me ipsum defensatū venio. Accusati
 em̄ sum⁹: et nisi fallo: accusatores n̄i pleriq̄
 de vobis sunt. Hoz ego affect⁹ redarguere
 malo: q̄ p̄sonas p̄dere. Criminis autē inui
 dia hec est: qz suadeo castitatē. Qui h̄ nō li
 bent accipit: ipse se p̄dit. Virginitatē inq̄t
 doces: et p̄suades pl̄imis. Utinā puincerer:
 vtinā tanti criminis p̄baref effect⁹. Nō ve
 rerer inuidiā si efficacīā recognoscerē. Atq̄
 vtinā me exēplis poti⁹ argueret̄ q̄ sermoni
 bus cederet̄. Sed vereor: ne p̄uaricatores
 mibi apposuisse videar: q̄ me alienis cōmen
 dent laudib⁹. Inuitas inq̄t sacris myste
 rijs: et p̄secratis integritati puellas nubere
 p̄hibes. Utinā potuissim reuocare nupti

ras: Utinā possem flāmeū nuptiale: pio in
 tegritatē velamine mutare. An indignū vi
 det: vt sacrate v̄gines a sacrosanct̄ altarib⁹
 nō abducā ad nuptias? Et q̄b⁹ licet sp̄suz
 eligere: nō licet deū p̄ferre? In me q̄ facti cō
 ditio mutat: vt p̄ opprobrio mibi cedat qd̄
 sp̄ spectauit ad gr̄az sacerdotū: iacere semia
 itegritatē et v̄ginitatē studia puo care. Que
 ro em̄ vtrū q̄si iprobū h̄: an q̄si nouū: an q̄si
 inutile rephendat? Si q̄si improbū: impro
 ba q̄ vota sunt oīm: improba vita ē angelo
 rum: quā gr̄a resurrectionis imitat. Qui em̄
 nō nubūt neq̄ nubent: erūt sicut angeli in
 celo: q̄ h̄ vtiq̄ rephendit: resurrectionis vo
 ta p̄demnat. Ita q̄ improbū videri nō p̄t:
 qd̄ hoibus p̄ p̄mio p̄stitutū est. Nec p̄t ei⁹
 rei species displicere cui⁹ veritas et in fructu
 est et in voto. Sz esto: nō sit improbū: nūq̄d
 nouū est? Hos em̄ noua oīa quē christ⁹ non
 docuit iure damnat⁹: qz fidelib⁹ via christ⁹
 est. Si igif christus nō docuit qd̄ docemus:
 etiā nos id detestabile iudicam⁹. Discuti
 mus q̄ vtrū christ⁹ integritatē docuerit: an
 repudiandā putauerit. Et sunt inq̄t spado
 nes: q̄ seip̄os castrauerūt p̄pter regnū ce
 loz. Est q̄ p̄clara militia: quē regno celoz
 militat. Ita q̄ iam tunc dñs docuit esse de
 bere intemerata studia castitatē. Vñ et apl̄i
 eam ceteris p̄minere cernētes: si ita ē causa
 aiūt viri cū vxore: nō expedit nubere. Quo
 dicto et grauioza iudicārūt onera vinculi cō
 iugalis: et vere integritatē gr̄am p̄tulerunt.
 Sed dñs q̄ sciret p̄dicandā oibus integra
 tem: imitandā paucis: nō oēs inq̄t capiunt
 v̄bum istud: sed q̄bus datū est: hoc est: nō
 est cōmunis plurimis et vulgar̄ integritas:
 nec p̄ infirmitate p̄mittit: sed p̄ virtute cō
 cedit. Deniq̄ cū dixisset: Et sunt spadones
 q̄ seip̄os castrauerūt p̄pter regnū celoz: vt
 ostenderet hoc nō mediocris esse virtutis.
 Qui p̄t inquit capere capiat. Et ideo post
 hoc verbū offerunt pueri ad benedicendū:
 qui corruptelę expertes integritatē munus
 immaculata etate seruarēt. Taliū em̄ est re
 gnum celozū: qui in puerilem castimoniam
 tanq̄ in naturā infantium corruptelę igno
 rantia remeauerunt. Est ergo etiā celesti vo
 ce p̄bata virginitas: dominicisq̄ expetēda
 p̄ceptis. Quo loco magisteriū diuine vocis
 imitemur. Nam cū in supioribus cōiugium
 memorauerit nō esse soluendū nisi ex causa
 fornicatiōis: in posteriorib⁹ integritatē gra
 tiam donumq̄ p̄teruit: vt doceret nō dam

nandas esse nuptias sed pbandas: nuptijs
 tñ ipsi: integritatē studia pferenda. Quis
 em̄ tam auerlus a vero q̄ nuptias damnet?
 Sed quis tam alienus a rōne: qui coniugij
 onera nō sentiat? Etenim mulier innupta ⁊
 virgo cogitat que sunt dñi: vt sit sancta cor
 pore ⁊ spiritu. Nam que nupta est: cogitat
 que sunt mūdi: quō placeat viro. Et p̄ter
 has molestias q̄uis nubendo nō peccet: cō
 tritionem tñ habebit carnis hm̄oi. Grauis
 em̄ partus labor est: grauis creandoz ⁊ eru
 diendoz liberoz molestia. Quib⁹ ante p̄g
 scripsit: ne q̄s hm̄oi aūteret iniurijs. Abulte
 em̄ in partus dolorib⁹ constitutē cōiugio se
 renūciare dicunt. Abulti etiam matrimonij
 onera nō ferētes alieno ab vxore auertunt
 affectu. Et ideo apl⁹ ante p̄missit. Iūctus
 es vxori: noli querere solutionē. Et bñ ait:
 Iunct⁹ es. Quodaz em̄ vir ⁊ vxor nexu int̄
 se amatorio copulant: ⁊ q̄busdam inuicem
 sibi habentis amoris astricti sunt. Bona igi
 tur vincula nuptiaz: sed tñ vincula: ⁊ si vin
 cula: tñ vincula charitatē. Bonū iugium:
 sed tñ a iugo tractum: ⁊ iugo mūdi: vt viro
 potius cupiat placere q̄ deo. Bona etiam
 vulnera charitatis: ⁊ osculis pferenda. Uti
 lioza em̄ vulnera amici: q̄ voluntaria oscu
 la inimici. Deniq̄ petrus vulnerat: iudas
 osculat. Illum oscula p̄demnant: hūc vul
 nera emendant. Illi⁹ osculis p̄ditionis vul
 nera fundunt: isti⁹ lachrymis culpa lauat.
 Itaq̄ vt ostēderet sermo p̄pheticus bona
 vulnera charitatē: ecclia dicit i canticis can
 ticozū. Quia vulnerata charitate ego sum.
 Nemo ergo vel qui cōiugium elegit: repre
 hendat integritatē: v̄l q̄ integritatē sequit:
 p̄demnet cōiugium. Namq̄ hui⁹ sententię
 aduersarios interptes dānauit iam duduz
 ecclia: eos scz qui audeant soluere copulaz
 cōiugalem. Audite em̄ quid dicat sacrosan
 cta ecclia: Ceni frater me⁹: exeam⁹ in agrū:
 requiescam⁹ in castellis: diluculo surgamus
 in vineas: videam⁹ si floruit vitis. Abultos
 ager fruct⁹ habet: sed ille melior est: q̄ ⁊ fru
 ctibus redundat et florib⁹. Est ḡ ecclie ager
 diuersis secūdis copijs. Hic cernas germia
 ḡginitatē flore vernantia: illic tanq̄ in cam
 pis silue viduitatem grauitate pollentem:
 alibi tanq̄ vberi fruge iugij ecclie segetem
 replentem mūdi horrea: ac veluti maritate
 vineę fetibus torcularia iesu dñi redundan
 tia: in q̄bus fidelis iugij fructus exuberat.
 Nec improbum igi⁹ nec nouū integritatis

est studium. Videamus ne forte inutile in
 dicef. Nonnullos em̄ dixisse audiui q̄ perijt
 mūdu: defecit gen⁹ hominū: iugia labe
 factata sunt. Quero q̄s tandē quęsiuit vx
 rem: qui nō inuenerit? Qñ fuerint bella pro
 virgine? Quis vnq̄ p̄ virgine sit pemp⁹?
 De cōiugijs aut̄ ista nascunt: vt perimatur
 adulter vxoris: raptor p̄lijs appetat. Ista
 reipublicę semp̄ damno fuerūt. Pro ḡgine
 sacra nemo damnat⁹ est: quia castitatē non
 pena cohibet: sed religio auget: fidesq̄ con
 seruat. Si quis igi⁹ putat p̄secratione virgi
 num minui genus humanū: p̄sideret q̄ vbi
 pauce virgines: ibi etiam pauciores homi
 nes: vbi virginitatē studia crebrioz: ibi nu
 meruz q̄ hoim esse maiorē. Discite quātas
 alexandrina: totiusq̄ orientē ⁊ aphricana ec
 clesia quotannis sacrare p̄lueuerint. Pau
 ciores h̄ hoies p̄deunt: q̄ illic virgines con
 fecrant. Et ipsi⁹ igi⁹ orbis terraz vsu nō in
 utilis virginitas existimat: p̄sertim cū p̄ vir
 ginem salus v̄nerit orbem secūdata roma
 nū. Si quis hoc p̄hibet: p̄hibeat igi⁹
 pudicas vxores degere: quia frequēti⁹ p̄nt
 parere incōtinentes. Nulla pegrinanti ma
 rito fidem seruet: ne damnū faciat plis fu
 ture: ⁊ partus frequētioris amittat etatem.
 Sed difficilior fit via adolescentib⁹ ad nu
 ptias impetrādas. Quid si forte comodior?
 Quero em̄ cuz his aliquē habere tractatū:
 q̄ arcende virginitatis sniaz gerunt. Itaq̄
 qui sunt isti: discutere debem⁹: vtrū qui vx
 ores habēt: an qui nō habent. Si q̄ habēt:
 timere nō debēt vxores eoz: iam ḡgines eē
 nō possunt. Si qui nō habent: nō sibi inu
 riam faciant: q̄ eius tantū nuptias speraue
 rint: que nuptura non esset. An fortasse pa
 tres p̄ filiaruz cōiunctione solliciti: moleste
 ferunt virgines p̄secrari? Nec hi q̄ vereant̄
 habent: si sequat̄ cōsiliū. Inter paucas sug
 citius eligent̄. Aiunt etiaz pleriq̄ maturio
 ris etatis ḡgines esse velandas. Nec ego
 abnuo: sacerdotalis esse cautionis debere
 vt nō temere puella velet. Spectet plane:
 spectet etatē sacerdos: s̄ fidei vel pudoris.
 Spectet ⁊ maturitatē verecūdię: examinet
 grauitatē canicię: mox senectā: pudicitie an
 nos: aios castitatē. Tū deinde si matris tu
 ta custodia: comituz sobria sedulitas: si hec
 p̄sto sunt: nō deest ḡgini longeva canicies.
 Si hec desunt: differatur puella morib⁹ q̄
 annis. Non ḡ etas reijciat florentior: sed ani
 mus examinat. At certe tbeclam nō senect⁹ b 4

1. Cor. 7.

Prover. 27.

Cant. 7.

sed vltus pbauit. Et hinc qd plura pteraz: cum ois etas habilis deo: pfecta sit christo? Deniq; nō virtutē etatē appendicem dicim⁹ s̄ virtutē etatē. Nec mirere in adoleſcētulis pfeſſionē: cū legeris in paruulis passionēz.

b tres: vt quoniā tribus libris superioribus de virginū laudibus disseruimus: viduarum tractatus icideret. **N**ec enim inhonoras debuimus p̄terire: et a virginum p̄conio separare: quas apostolica sententia cum virginibus copulauit. **I**uxta quod scriptum est: **E**t mulier innupta: et virgo cogitat que sunt dñi: vt sit sancta corpe et spiritu. **Q**uodāmodo enim magisteriū virginittatis: viduarum valet exemplis. **Q**ue cum viro castū cubile custodiunt: documēto virginibus sunt integritatē deo esse seruandā. **E**t p̄modum nō inferioris virtutis est eo abstinere coniugio quod aliqui delectauerit: quod coniugij oblectamēta nescire. **I**n vtroque fortes: vt eas et coniugij nō peniteat cui fidem seruent: et iugalia oblectamēta nō alligēt: ne videant infirmę: que sibi adesse nō p̄nt. **I**n hac ipsa tñ virtute p̄mia sunt reposita libertatis. **M**ulier enim vincta est **q̄**to tempore vir eius viuūt: q̄ si dormiuerit vir eius: libera est: cui vult nubat: tantū in dño. **B**eator autem erit si sic p̄manserit: scdm̄ meū cōsiliū dico. **P**uto enim q̄ et ego sp̄m̄ dei habē. **E**uidēter igitur expressit ap̄tus qd̄ interfit: cum aliam vinctā esse dixerit: aliam beatorē esse memorauerit. **I**dē nō taz ex suo iudicio quod diuini sp̄s docuit infusione depromptuz: vt celestis ista nō humana sentētia videret. **Q**uid vero illud q̄ temporibus ijs quibus factus omne genus v̄gebat humanū: helias ad viduā destinatus est? **E**t vide quēadmodum p̄pria singulis gratia reseruet. **A**ngelus ad virginem: p̄pheta ad viduā. **A**dde q̄ gabriel ille: hic helias: vt ex angelorum et p̄phetarū numero p̄stantissimi principes videant electi. **S**ed nō simplex viduitatē laus est: nisi virtus etiā viduitatis accedat. **N**am vtiq; multe vidue: sed vna omnibus antefertur. **I**n qua nō tam ceterę reuocant ab studio quod virtutis puocant exemplo. **S**ollicitas igitur aures p̄sagio facit: quibus simplicitas intellectus ipsa moralis sit: que ad dñi exemplū viduas cohortet: quia nō professione: sed merito videt vnaqueq; p̄stare: et hospitalitatis apud deū grām nō perire: qui potū aque frigidę: sicut in euāgelio ipse

memoravit: premio eternitatis remuneret
 amplissimo: et farine brevis oleiq; mensu-
 ram indeficienti affluentiu copiaruz yberta-
 te compenset. Nam si quis de gentilib⁹ di-
 xit: comunia omnia amicoz ee debere: q̄to
 magis debent esse comunia cognatoz. Lo-
 gnati em̄ sumus q̄ in ynā seriem corpis co-
 pulamur. Sed tñ nō p̄scripto quodā hospi-
 talitatis sine p̄cludimur. Cur em̄ pprium id
 q̄d in seculo est putes: cum comune sit secu-
 lum? Aut cur priuatos terre deputes fruct⁹?
 tñ tra comunis sit? Respicite inq̄t volatilia
 celi: qm̄ non serunt neq; metunt: Etenim q̄b⁹
 nihil est pprium nihil deest. Et sentētie sue
 deus arbit̄ nouit seruare p̄missum. Deniq;
 aues nō cōgregant z redūdant: qz pater ce-
 lestis pascit illas. Mos aut̄ generalis moni-
 menta snie ad vsus pprios deriuātes: Om-
 ne inquit lignū q̄d habet i se fruct⁹ seminis
 satiuū: erit vobis in escam: z oibus bestijs: z
 omnib⁹ auib⁹: z oibus serpentibus sup̄ trā.
 Cōgregando egem⁹: z congregādo euacua-
 mur. Nō possum⁹ em̄ sperare p̄missum qui
 nō seruam⁹ oraculū. Salubre est igit̄ prece-
 ptum q̄d hospitalitatis aduertere: vt hospi-
 tibus deferam⁹: qz nos quoq; sumus hospi-
 tes mūdi. Quā vero sancta vidua: que cum
 fame vrgeret extrema: venerationē deo de-
 bitam reseruabat. Nec solū sibi vsurpabat
 alimenta: sed cū filio diuidebat: ne caro pi-
 gnozi sup̄uueret. Magnū pietatis officiu⁹
 sed religionis yberi⁹. Nam sicut neminē fi-
 lio oportuit anteferri: ita pp̄beta dei z filio
 p̄ferri debuit z saluti. Cui nō exigūū victuz
 sed vite sue omne subsidiū existimanda est
 detulisse: que nihil reliquit sibi: tā hospita-
 lis vt totum daret: tam fidelis vt cito cre-
 deret. Ergo vidua nō abstinentia corpis tñ
 definiū: sed virtute designat̄. Cui p̄cepta nō
 do ego: sed ap̄tus tribuit. Honorificentiam
 non solus impartior: sed gentiu doctor p̄us
 detulit dicēs: Viduas honora que vere vi-
 duę sunt. Si qua aut̄ vidua filios aut nepo-
 tes habet: discat p̄mum suā domū regere: z
 mutuam vicem reddere parentib⁹. Cū ad-
 uertit vtrunq; pietatis affectū viduę inesse
 debere: vt filios diligat: parentib⁹ deferat.
 Ita dum obsequiū parentib⁹ rependit: ma-
 gisterium exercet in filios: suozq; seip̄la re-
 munerat officio: cum id q̄d alijs defert: sibi
 p̄ficiat. Hoc em̄ acceptum ē coraz deo. Et iō
 si cogitas vidua que dei sū: debes id sequi

q̄d deo placere didicisti. Et supra q̄dem san-
 ctus ap̄tus ad p̄tinentię studium viduas co-
 hortatus: dixit eas cogitare que sunt dñi.
 Alibi aut̄ vbi eligit̄ vidua que p̄bata ē: nō
 solum cogitare p̄cipit: sed etiam sperare de
 dño. Que em̄ vere vidua est inquit z deso-
 lata: sperat in dominū: z instat obsecratio-
 nibus z orōnib⁹ die ac nocte. Nec immeri-
 to has irrep̄hensibiles ostendit esse debere:
 quibus vt opus virtutis indicit̄: ita etiam
 honorificentia larga defert̄: vt etiam ab epi-
 scopis honorent̄. Qualis aut̄ eligi debeat:
 ip̄so doctoris sermone describit̄. Non min⁹
 inquit sexaginta annoz: que fuerit vni⁹ vi-
 ri vxoz. Non quo senectus sola viduam fa-
 ciat: sed quo viduitatis merita stipendia se-
 nectutis sint. Nam vtiq; illa p̄clarior que ca-
 lorem adolescentię z iunioris feruescentem
 edomat etatis ardorem: nec mariti gratiā:
 nec yberiora liberorum oblectamenta desi-
 derans: q̄ que effeta iam corpore: frigida se-
 nectute: matura cui: nec calere voluptatib⁹
 potest nec sperare de partu. Neq; x̄o si qua
 in secundas nuptias inciderit: q̄s vtiq; ap̄
 stolica p̄cepta nō damnant: quasi fructu pu-
 doris amisso: si rursus soluta fuerit viro: ab
 affectu viduitat̄ arcetur. Habebit illa qui-
 dem vel serę meritum castitatis: Sed p̄ba-
 tior erit que alterius nō fuerit experta cōiu-
 giū. In illa em̄ eminet studium castitat̄:
 huic aut̄ senectus aut pudor modum videt̄
 fecisse nubendi. Nec sola tñ castitas corpo-
 ris viduę fortitudo est: sed magna z yberri-
 ma disciplina virtutis: que in operibus bo-
 nis testimoniū habeat: si filios educauerit:
 si hospitio receperit: si sanctoz pedes laue-
 rit: si tribulationem patientib⁹ subministra-
 uerit: si postremo omne opus bonuz fuerit
 subsecuta. Videt̄ q̄d multas virtutum com-
 p̄henderit disciplinas: p̄mo pietatis offi-
 cium: Secundo hospitalitat̄ studium z hu-
 militatis obsequiū: Tertio misericordię mi-
 nisteriuz liberalitat̄q; subsidiū: ad summā
 omnis executionē boni opis flagitauit. Et
 ideo adolescentiores deuitandas putat: eo
 q̄ nō valeant tantę opera implere virtutis.
 Etenim vicina est lapsibus adolescentia: qz
 variarum estus cupiditatū: feruorez calen-
 tis inflamat etatis. Boniq; doctoris est
 materiaz arcere peccati. p̄ma em̄ institu-
 tionis est disciplina culpam auertere: secun-
 da virtutem infundere. Tamen cuz sciuerit

Ibidem.

De viduis

ap[osto]lus annam illā ab adolescētia octogena-
riam viduā dñicoꝝ operū extitisse p̄nunciā:
nō puto q̄ iuniores reuocādas putarit a vi-
duitat[is] affectu: maxime cū dixerit: **Abeli⁹**
1. Cor. 7. est nubere q̄ vri. Nam vtiq̄ p̄ remedio nu-
ptias suast: vt pitura sanet: nō p̄ electione
p̄scripsit: casta ⁊ p̄tinens qd sequat. Aliud ē
em̄ subuenire labenti: aliud suadere v̄tuti.
Et qd de humanis iudicijs loquat: cū diui-
nis iudicijs in nullo grau[iter] iudēi dñm lesisse
pdant: q̄ q̄ viduē gr̄am minorūq̄ iura vio-
larent: hęc p̄phetiā causa vocib[us] p̄clamat:
que meritū iudēis refectiōis inuenerit. Hęc
sola causa delicti inuidiā mitigatura memo-
rat: si honores vidua i honorib[us]: eā iusticia
Esa. 1. iudicij deserat. Sic em̄ habes: **Judicate pu-
pillo: ⁊ iustificare viduā: ⁊ venite disputem⁹**
Ps. 145. dicit dñs. **Et alibi: Pupillum ⁊ viduā susci-
Ps. 151.** piet. **Et alibi: Viduam ei⁹ benedicēs bene-
dicā.** In quo ecclie q̄ figura p̄terit. Videt[ur]
iḡit sanctę viduę nequa q̄ lubrico mun⁹ stu-
dio deserendū: qd diuine b̄ndictionis substi-
tūis honorat. **Quid vō illud: vt ad supiora
3. Reg. 17.** redeam⁹: q̄ cū in omni terra esset fames ma-
xima: viduę tñ deo cura non defuit: atq̄ ad
alendam eā p̄pheta direct⁹ est: In quo cuz
me admoneat dñs: q̄ in veritate dicit⁹ sit:
ad mysterium videt[ur] sollicitare aures. **Quid
em̄ verius christi et ecclie pōt esse mysterio:
Nō iḡit ociose int̄ mltas viduas vna p̄ferit.
Que em̄ talis: ad quā tantus p̄pheta: q̄ ad
celum rapt⁹ est: dirigat: eo p̄sertim tpe quo
clausum est celū annis tribus ⁊ mensib[us] sex:
cum facta eēt fames magna in omni terra:
Vbiq̄ q̄ fames erat: et adhuc tñ hęc vidua
nō egebat. **Qui sunt hi tres anni: Forte illi
q̄bus dñs venit i terras: ⁊ fructū in ficulnea
inuenire nō potuit. Juxta qd scriptum est:
Luc. 13.** **Ecce anni tres sunt: ex q̄ veni querens fru-
ctum in ficulnea hac ⁊ nō inuenio. Hęc ē p̄-
Esa. 54.** fectio vidua illa: de q̄ dictū ē: **Letare sterilis
que nō partur: erumpe ⁊ exclama q̄ nō par-
turis: qm̄ multi filij deserte magi q̄ ei⁹ que
habet virū. Et bñ vidua cui b̄ndicit. Igno-
minie ⁊ viduitati tue nō eris memor: qz ego
dñs qui facio te. Et fortasse ideo vidua que
amisit qdē virū fm̄ corpis passionē: s̄ in die
iudicij filiū hois quē amisisse visa ē receptu-
ra. Temp⁹ em̄ breue inqt: dereliq̄ te: vt glo-
rios⁹ scz fidē relicta seruares. Hñt itaq̄ oēs
qd imitent exēplū: v̄gines: nuptę ⁊ viduę.
Et fortasse iō ecclia: virgo: nupta: vidua: qz****

vnū corp⁹ in christo sūt. Hęc iḡit illa vidua
est: p̄pter quā verbi celest̄i siccitas cū eēt in-
terr̄: p̄phete sunt destinati. Erat em̄ vidua
que sterilis erat: s̄ partū suo tpi referuabat.
Tñ nec illi⁹ nobis videt[ur] p̄sona mediocris q̄
aridā terrā v̄bi rigauit roze celest̄i: clausūq̄
celuz nō humana vtiq̄ potestate referauit.
Quis em̄ est q̄ celum pōt apire nisi christus:
cui quotidie de peccatorib[us] cibis ecclie cu-
mulo cōgregat⁹: Neq̄ em̄ humane facultat̄
est dicere: Hydria farine non deficiet: ⁊ vas
olei nō deficiet vsq̄ i diem q̄ dabit dñs plu-
uiam sup̄ terram. **Naz licet mos sit ita p̄fari
p̄pheti: tñ hic vera dei vox est. Ideo p̄mis-
sum est: Quia hęc dicit dñs. Domini em̄ est
p̄petuitatē sacramentoz spondere celestiu:
et nō defutura spiritalis exultationis gr̄am
polliceri. Largiri munimenta vite: fidei si-
gnacula: dona virtutū. Quid est aut̄: Vsq̄
in illuz diē quo dabit dñs pluuiā sup̄ terrā:
nisi qz descendet sicut pluuiā in vellus: ⁊ sic
stillicidia stillantia sup̄ terrā. In quo veteri
mysteriū referat historie: quo sanct⁹ gedeon
mystici certaminis p̄liator: future capiēs in-
signe victorie: spiritale sacm̄ vigore menti
agnouit: pluuiā illā verbi rozem esse diuini:
que p̄mo pluit i vellus: cū terra omnis p̄pe-
tuis siccitatib[us] estuaret. Secūdo vero indi-
cio vniūsam terrā fuso imbre madefecit: cū
siccitas esset in vellere. Aduertit em̄ vir p̄sa-
gus future ecclie crescentis insigne. Nā pri-
mo intra iudeam diuini cepit ros sermonis
humescere. **Hor⁹ em̄ in iudea de⁹: cuz arido
fidei toti⁹ orbis vniūsa torrerēt. Sed vbi
ioseph greges deū negare ceperunt: et ausu
nesario imaniū delictoz p̄trahere diuinita-
tis offensam: tunc p̄ omnes terras fuso im-
bris roze celest̄i plus iudeoz estu p̄fidie sue
cepit arefcere: cum eccliam sanctā ex oibus
terraz partib[us] congregatā p̄pheticę nubes
et salutar̄ imber aplicus irrigarent. Hęc est
illa pluuiā nō terraz humido: nō nebuloso
p̄creta montiū: sed celestium scripturaz sa-
lubri p̄ totū orbem imbre diffusa. Ostendit
exemplo iḡit nō omnium esse diuine mereri
miracula potestat̄: sed eoz quib[us] religiose
deuotiois studia suffragent. Et diuini eos
fructu operis abdicari: q̄ reuerentię celestis
sunt exortes. Ostendit etiā i mysterio: q̄ ad
instaurandā eccliam dei filius humani cor-
poris sacramēta suscepit: abdicato popu-
lo iudeoz: quibus p̄siliarius ⁊ p̄pheta bñs****

De viduis

De fide sua ad subsidium hominū duo testa-
menta cōtulerit: Et id nulla plus fecit. Nec
quisq; hoim quantitātē potuit collationis
ei⁹ equare: quē fidem cū misericordia copu-
lauit. Et tu igit quecunq; vitā studio vidui-
tatis exeres: ne dubites ad gazophylaciū
duo gra deferre vel fidei plena vel grē. Fe-
lix illa q̄ de thesauro suo integrā regl imagi-
nem p̄fert. Thesaurus tu⁹ sapia: thesaurus
tuus castitas atq; iusticia est: thesaur⁹ tuus
intellect⁹ bon⁹: Qualis ille thesaurus fuit:
de q̄ magoz viri: aurū : thus et myrrham cū
adorarent dñm: ptulerunt. Auro regis po-
tentia declarātes: deum thure venerantes:
myrrha resurrectionē corpis p̄fitentes. Ha-
bes et tu thesaurū hūc: si in te req̄ras. Habe-
mus etem thesaurū ī vasis fictilib⁹. Habes
aurū qd̄ p̄feras. Non em̄ renitentis metalli
p̄cium de te de⁹ exigit: s̄ illud aurū qd̄ iudi-
cij die nequeat ignis exurere. Nec dona pre-
ciosa deposcit: s̄ odorē fidei: quē altaria tui
cordis exhalēt: et religiose mēt̄ sp̄iret affect⁹.
Ex h̄ igit thesauro: nō solū magoz tria mu-
nera: sed etiā duo vidue gra pmunt: in qb⁹
integra celest̄ imago regl̄ effulgeat: splendor
glorie ei⁹ et imago substātie. Bona et illa pla-
ne laboriose stipēdia castitat̄: q̄ de suo ope
q̄tidianoq; penso cōferat vidua: nocturnis
parit ac diurnis iugi exercens labore pensa-
tēporib⁹ et pudicitie questuose puigil opere
mercedē cōgregās: vt intemeratū defuncti
p̄iugl̄ cubile custodiat: alere dulces liberos
possit: m̄strare paupibus. Hec est p̄ferenda
diuitib⁹: hęc ē q̄ christi iudiciū nō timebit.
Hęc emulamini filiē. Bonū est emulari
in bono semp. Emulamini meliora charis-
mata. Spectat vos dñs semp: spectat iquā
iesus cū ad gazophylaciū accedit: et de bo-
noz operū mercedib⁹ stipem portat̄ egenti-
bus p̄ferendā. Quantū ē igit vt gra tua p̄fe-
ras: et christi corp⁹ acq̄ras: nōlt q̄ vacua p̄-
dire in p̄spectu dñi dei tui: vacua misericor-
die: vacua fidei: vacua castitat̄. Nō em̄ in-
anes dñs s̄ d̄tutib⁹ opimas spectare iesus
et laudare p̄suevit. Glideat te adolescentula
laborātē: videat m̄strantē. Hęc est em̄ mer-
ces quā deo debes: vt de allaz q̄ p̄fectib⁹
mercedē deo tuā p̄feras. Nulla merces deo
melior: q̄ ea quē habet pietat̄ munera. An
vero mediocris tibi vidua illa videt̄ noemi
quē viduitatē suā messis manipulis susten-
tabat aliene: quā q̄no grauem alebat nur⁹:

2. Cor. 4.

1. Cor. 12.

Itaz hoc q̄ et ad subsidium et ad graz viduar⁹
p̄ficat: vt ita instituat̄ nurus suas: q̄ possint
in ijs mature h̄re subsidium senectutē: et quasi
stipendium magisterij: mercedem q̄ suę cape-
discipline. Etenim q̄ bene instituerit: bene
erudierit nurum suā ruth: ei deesse nō pote-
rit: q̄ viduitatē soci⁹ paternę domui p̄ferat.
Et si vir q̄ eius mortu⁹ fuerit: nō relinquat
tū: alat inopē: solet merētē: nec dimissa dis-
cedat. Nescit em̄ egere optima disciplina.
Sic illa noemi duob⁹ destituta filijs et mari-
to: quę fruct⁹ fecunditatis amiserat: pietatē
emolumenta nō pdidit. Nam et solatiū me-
rois: et subsidium paupertatis inuenit. Glidet̄
igit sanctę feie q̄ fecūda sit vidua p̄d̄tutū
meritorūq; suoz sobole: q̄ perire nō possit.
Bona igit vidua egere nō nouit: et si fesse fu-
erit etatis et supremę paupertat̄: eruditionis
tū suę solet habere mercedē. Et si p̄rimi de-
fuerint: inuenit tū extraneos q̄ matrem co-
lant: reuereant parentē: paruiscq; alimen-
tum sumptib⁹ mercedem cupiant suę cōmē-
dationis acquirere. Plus em̄ vidue repen-
dunt merita q̄ cibus querit: sumpt⁹ impen-
dit. Sed tristes videt̄ ducere dies: et lachry-
mis tempus erigere: hęc beatior q̄ p̄petua
sibi gaudia exiguis fletibus emit: paruiscq;
momentis tempora acq̄rit eterna. Quibus
bene dicit: Beate tristes: ipse em̄ ridebitis. 2. c. 6.
Quis igit fallas p̄sentū imagines gaudio-
rum: future securitatē p̄ferat voluptati? An
despicabilis nobis auctor videtur ille dñici
corpis: auctor electus q̄ cinerem sicut panem
manducabat: et potū cum fletu miscebat: vt
vespertinis lachrymis: matutine sibi leticia
redemptionis acq̄reret? Quis igit plurimum
gaudere meruit: nisi qz plūmū fleuit: et tanq̄
lachrymarū precio suaz future sibi glie graz
cōparauit? Habet igit vidua bonam com-
mendatiōis suę materiā: vt duz virū luget:
fletat seculū: et in p̄mptu sint lachrymę redē-
ptrices: dum pendunt̄ mortuis viuētib⁹
p̄future. Paratus ē m̄stitudine animi fle-
tus oculoꝝ: misericordiā p̄ciliat: laborē mi-
nuit: dolorem ableuat: seruat pudorem: nec
tam misera sibi videt̄ quę p̄solationem in la-
chrymis habet: in quib⁹ sunt charitatis sti-
pendia: pietatis officia. Sed nec fortitudo
bonę vidue deesse p̄suevit. Hęc em̄ vera est
fortitudo q̄ nature vsū: sexus infirmitatē:
mentis deuotionez transgreditur. Qualis
in illa fuit: cui nomen iudith: quę viros ob-

2. c. 6.

ps. 101.

fidione fractos : pculos metu: tabidos famē: sola potuit a colluuiōe reuocare: ab hoste defendere. Etenim vt legim⁹: cum holophernes successu multoz terribilis pliorum itra muros innumera viroz milia coegisset: armatis pauentib⁹: ⁊ de extrema iam sorte tractantibus: extra murum pcessit: ⁊ in illo pstantior exercitu quē liberauit: ⁊ eo fortior quē fugauit. S3 vt discas mature viduitatis affectum: seriem ipsam psequere scripturarū. A diebus em̄ viri sui quib⁹ ille defunctus est: vestem iocunditatē deposuit: meroris assumpsit: p omnes dies intēta ieiunio: sabbato tantū ⁊ dñica sacratarumq; temporibus feriarū nō refectioni indulgēs: sed religioni deferens. Hoc est em̄: siue manducatis siue bibitis in noie dñi iesu christi agenda esse omnia: vt etiam ipsa relectio corporalis sacro religiōis cultui deferat. Diuturnis igif merozib⁹ ⁊ q̄tidianis roborata ieiunijs sancta iudith quē seculi oblectamēta nō q̄reret: periculi negligens: mortisq; ptemptu fortior: vt cōmento strueret dolum: vestem illam iocūditatē quā viuente viro vestiri solebat: se induit: q̄si placitura viro: si patriaz liberaret. Sed virū alium videbat: cui placere querebat. Illuz vtq; de quo dictū est: **Job. 1.** Post me venit vir q̄ ante me fact⁹ est. Et bñ piugales pugnature resūpsit ornat⁹: qz monimenta piugij arma sunt castitatis. Neq; em̄ vidua alijs aut placere posset aut vincere. Quid cetera psequamur: q̄ in tot milia hostium casta pmanit? Quid ei⁹ sapientiā pdicemus q̄ huiuscemodi est cōmenta cōsiliū: vt dum potentē elicit intempantia: a se inferiores arceret: occasionem pararet victorie: abstinētiē meritū: pudicitie grām reseruaret. Nec cibo em̄ vt legimus: maculata nec adultero: nō minore seruare castitatē ex hostibus reuexit trophēum q̄ patrie libertate. Quid sobrietatē loquamur. Tempantia em̄ virtus est feminaz. Inebriatis vino viris: ⁊ somno sepult: abstulit vidua gladiū: exeruit manum: bellatoris abscidit caput: p medias hostium acies intemerata pcessit. Aduertatis igif quantum nocere mulierib⁹ possit ebrietas: qñ viros vna sic soluunt vt vincant a feminis. Esto igif vidua temperans: casta pmū a vino: vt casta possis esse ab adultero. Nequaq; te ille tentabit: si vna nō tentent. Nam si iudith bibisset: dormisset cū adultero. S3 quia nō bibit: haud

difficile ebrios exercitus vnus sobrietas et vincere potuit ⁊ eludere. Nec dextere tñ h op⁹: s̄ maiora trophēa sapie. Nam manu solū holophernem vicisset: Consilio aut̄ oim hostium vicit exercitū. Suspeso em̄ holophernis capite qd̄ viroz psilio nō potuit excogitari: suoz erexit animos: hostiū fregit: suos pudore excitans: hostes q̄ terrore pcellens eo q̄ cessi sūt ⁊ fatigati. Ita vni⁹ vidue: temperantia atq; sobrietas nō solum naturam suā vicit: sed qd̄ est ampli⁹: fecit viros etiaz fortiores. Nec his tamē elata successib⁹ cui vtq; gaudere ⁊ exultare licebat iure victorie: viduitatis reliquit officiū: sed ptemptis omnib⁹ qui ei⁹ nuptias ambiebant: vestem iocunditatē deposuit: viduitatē resumpsit: nec triumphoz suoz amauit ornat⁹. Illos existimans esse meliores q̄bus vitia corporis q̄ quibus hostiū arma vincunt. Ac ne vna vidua tantū hoc op⁹ imitabile alijs videat implese: plures alias vel pariles vl̄ prime fuisse virtutis: nequaq; dubitanduz videt. Bona em̄ seges plurimas spicas fructu refertas ferre psuevit. Nec dubites illam veterum segetem tempoz in compluriū feminaz morib⁹ fecundasse. Sed qz plixum est complecti omnes: cognoscite aliquas: ⁊ p̄cipue debboram: cui⁹ nobis pdidit scriptura virtutem. Hec em̄ docuit nō solum viri auxilio viduas nō egere: verum etiā viris posse esse subsidio: quē nec sex⁹ infirmitate reuocata munia viroz obeunda suscepit: ⁊ suscepta cumulauit. Deniq; cū iudei iudicum regerent arbitrio: q̄ virili nō poterant vl̄ equitate regi vel virtute defendi: bellis hincinde ardentib⁹ debborā sibi cui⁹ regerent iudicio cooptarūt. Itaq; multa milia viroz vna vidua ⁊ i pace rexit: ⁊ ab hoste defendit. Multi iudices in israel: s̄ nulla añ iudex femina: Multi iudices post iesum: s̄ null⁹ ppheta. Et iō lectū isti⁹ puto esse iudiciū: ⁊ gesta ei⁹ arbitroz esse descripta: ne mulieres a virtutē officio muliebri sex⁹ infirmitate reuocent. Vidua p̄fos regit: vidua ducit exercit⁹: vidua duces eligit: vidua bella disponit: mādatur triumphos. Non ḡ natura rea ē culpe nec infirmitati obnoxia. Strenuos em̄ nō sex⁹ sed virt⁹ facit. Et in pace quidē nulla querimonia: nullus error mulierū inuenit: cū pleriq; nō mediocrium peccatoz auctores p̄lo suo iudices extitissent. Ubi vero chanaanā gens ferox plio: ⁊ affluentū copiaz opima

Judith. 8.

1. Cor. 10.

Judith. 10.

Judith. 4.

De viduis

successu hostiles in ipsam iudeorum animos exculerunt: vidua pre ceteris bellicos instruit parat. Et ut discas non publici copijs domesticas necessitates fuisse subnixas: sed domesticis disciplinis: munus publicum gubernatum domo propria filium ducem producit exercitum: ut agnoscat quod possit instituere vidua bellatorem. Quae quasi mater erudit: quasi iudex opposuit: quasi fortis instituit: quasi prophetes victoriae certa transmisit. Denique in mulieris manu summam fuisse victoriae: docet barach filius dicens: Nisi tu veneris mecum: non ibo: quia non novi diem in quo dirigit dominus angelum suum mecum. Quanta ergo fuit istius virtus: cui dux dicit exercitum: Nisi tu veneris: non ibo? Quanta inquam viduae fortitudo: quam a periculis filium nec materno reuocat affectu: imo ad victoriam filium studio matris hortatur dicens: Quae in manu mulieris sit summa victoriae. Debboza ergo filium probavit euentum: barach iussus produxit exercitum: hialech cepit triumphum. huic enim prophetia debboze militauit. Quae mystice nobis ortum surrecture ex gentibus ecclesie reuelauit. Cui triumphus de sifara spirituali: hoc est: de aduersariis potestatibus quereret. Nobis igitur prophetarum oracula dimicauerunt: nobis illa prophetarum iudicia et arma vicerunt. Et ideo non plus iudeorum sed etiam hialech victoriam de hoste quesitum. Infelix ergo plus qui hostem quem fugauit: persequi fidei virtute non potuit. Itaque illorum delicto salus gentibus: illorum desidia nobis seruata victoria est. hialech ergo prostravit sifaram: quem tamen corusco duce: hoc enim significat interpretatio barach: manus veterum fugauerat iudeorum. Frequenter enim ut legimus: orationibus et meritis prophetarum celestia patribus affluere subsidia: sed his iam tunc de nequicijs spiritualibus victoria parabat: quod dicitur in euangelio: Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Ergo principium victoriae a maioribus: finis in ecclesia. **2. Cor. 10.** Ecclesia autem non armis secularibus vincit aduersarias potestates: sed armis spiritualibus que sunt fortia deo ad destruendas munitiones: et altitudinem nequicie spiritualis. Et ideo sifara sit lactis poculo restinguit: quia oratione superat. Quod enim nobis salutare ad escam: sed aduersarie potestati letale ad infirmitatem. Arma ecclesie fides: arma ecclesie oratio est: quam aduersarium vincit. Ergo secundum historiam ad puocandos animos feminarum: femina iudicauit: femina disposuit: fecit prophetauit: fecit triumphauit:

et pliaribus intermixta copijs imperio viros docuit militare femineo. Secundum mysterium vere fidei: militia ecclesie victoria est. Non ergo habetis quod pro natura vos excusetis scire. Non habetis viduae quod ad infirmitatem sexus: ad amissionem subsidij maritalis mobilitatem vestram referre possitis. Satis vnicuique presidij est: si virtus animi non desit. Et ipse in viduis frequenter processus etiam munimen pudoris est: et ipse amissi coniugis dolor: usus opis: domus cura: sollicitudo liberorum notiam pudori solet arcere lasciuiaz. Atque ipse lugubris habitus: pompa funebris: sicut assiduus: et mente fronti inarantibus rugis impressa tristitia penitantiu premit oculos: restinguit libidines: proccaces auertit aspectus: bonus custos pudoris: pietatis dolor: non obrepit culpa si cura non desit. Didicistis igitur viduae subsidio vos non egere nature: et posse salubritatem tenere consilij: nec domestico indigere presidio: que etiam publice potestis apicem potestatis vendicare. Sed fortasse dicit aliquis: ei tolerabilior est viduitatem cui pluant res secundum deum: aduersis vero viduas cito frangi: facile succubere. De quo et si ipso doceamur visu: letia viduis lubrica magis esse quam seria: tamen scripturarum instrumur exemplis infirmitatibus quam viduarum non deesse solere subsidia: faciliusque quam ceteris diuina atque humana suppetere: si bene filios instituatur: generos legant. Denique cum socer simonis magnis febribus detineret: petrus et andreas rogauerunt dominum pro ea. Et stans super illam: impauit febribus: et remisit illam: et continuo surgens ministrabat illis. Ad magnis inquit tenebat febribus: et rogauerunt illum pro ea. Et tu habes proximos: qui deo pro te supplicent. Habes apostolos priores: habes martyres proximos: si ipsa martyribus deuotionis societate: misericordie quam mulieribus appropinquas. Proximus est enim qui misericordiam facit. Fac et tu misericordiaz: et eris petro proxima. Non sanguinis necessitudo: sed virtutis cognatio facit proximos: quia non in carne ambulamus: sed in spiritu. Ama ergo propinquitatem petri: affinitatem andree: ut pro te rogent: et recedant cupiditates tue verbo dei pulse. Surges ilico: qui in terra iacebas: ut christo ministres. Ista enim conuersatio in celis est: vni et saluatore expectamus dominum iesum. Nemo enim iacet christo ministrat: ministra pauperi et ministrasti christo. Quod enim vni horum fecisti: mihi inquit fecisti. Habet ergo viduae auxilium: si tales vobis generos posteritatis vestre patronos: tales priores eligat.

Judic. 4.

Matth. 25.

2. Cor. 10.

Luc. 4.

Phil. 5.

Matth. 25.

Ergo rogauerūt p vidua petri et andreas. Utinā existat aliqs qui tā cito possit rogare p nobis: vel certe iste q̄ p focu rogat: petrus et andreas frater ei⁹. Tūc em̄ p affinitate poterant: nūc iam p̄sit p nobis et p oib⁹ impetrare. Videt̄ em̄ q̄ magno peccato obnoxia: min⁹ idonea sit que p se p̄cet: certe q̄ p se impetret. Adhibeat igit̄ ad medicum alios p̄catores. Egri em̄ nisi ad eos aliorum p̄cib⁹ medic⁹ fuerit inuitat⁹: p se rogare nō possunt. Infirma est caro: mens egra est: et peccatorū vinculis ipedita. Ad medici illius sedem debile nō pōt explicare vestigiū: obsecrandi sunt angeli p nobis: q̄ nobis ad p̄sidiū dati sunt: martyres obsecrandi: quoz videmur nobis quoddā corpis pignore patrociniū vendicare. Possunt p peccatis rogare n̄ris: qui pprio sanguie etiā si qua habuerunt peccata: lauerunt. Isti em̄ sunt dei martyres: nostri p̄sules: speculatores vite actūq; nostrorū. Nō erubescam⁹ eos intercessores n̄re infirmitatē adhibere: qz ipsi infirmitatē corpis etiā cū vincerent cognouerunt. Inuenit q̄ petri socrus q̄ p se rogarēt. Et tu vidua inuenis q̄ p te supplicent: si q̄si vere vidua et desolata in deū speres: in istis obsecrationib⁹: insistas orōnib⁹: afficias corpus tuū quasi quotidie moriēs: vt mouēdo reuiuiscas. Fugas delicias: vt etiā egra saneris. Nam vidua q̄ in delitijs est: viuens mortua est. Sublata est tibi cā nubendi: habes q̄ p te intercedant: ne dixeris: destituta sum. Querela nupture est. Ne dixeris: sola ego sum. Castitas solitudinem querit: pudica secretū: impudica puentū. Sz negociū habes: et incessorē aduersarij vereris: apud iudicem p te d̄ns interuenit dicēs: Iudicate pupillo et iustificate viduā. Sed patrimonium vis tueri: mai⁹ pudoris ē patrimonium: qd̄ melius regit vidua q̄ nupta. Seru⁹ peccauit ignosce. Adhuc est em̄ alteri⁹ culpaz feras q̄ tuam p̄das. Sed vis nubere: licet nō habet crimen simplex voluntas: causam nō quero: cur fingis? Si honestū putas: fateri: si incōgruum: sile: ne accuses deum: ne accuses p̄p̄quos q̄ p̄sidia tibi desint. Uti nam nō desit volūtas: ne te cōsulere liberis dicas: quib⁹ matrē eripis. Est etiā qd̄ facultati licet: etati nō licet. Cur matre paratur nuptie inter nuptias filiaz: et plerumq; post nuptias? Cur adulta filia discat p̄ sponsum matris q̄ suū erubescere? Suasim⁹ fa-

teor vt vestē mutares: si vt flāmen sumeres: vt a sepulchro recederes: nō vt thalamū p̄parares. Quid sibi vult noua nupta p̄ generos? Sz indecorū est iuniores h̄re liberos q̄ nepotes. Sz ad p̄positū reuertamur: ne q̄ n̄roz dolem⁹ vulnera peccatorū: medicum relinq̄m⁹: et dum alienis medemur vlcereb⁹: vlcera n̄ra cumulem⁹. Rogat q̄ h̄ medicus. Ne timeas: qz magn⁹ est d̄ns et fortasse ad egrā nō dedignat̄ venire. Venit em̄ ad nos sepe de celo: nec solū diuites: s̄ etiā paupes solet et seruulos pauperū visitare. Venit et nūc rogar⁹ ad petri socrū: et stans sup illant impauit febrī et remisit illā: et cōtinuo surgēs ministrabat illi. Sicut dign⁹ memoria: ita dignus desiderio: dign⁹ etiāz charitate d̄nce in singulos dignationis affect⁹: et facta miranda: visitare viduas non dedignat̄: et turij vilis penetralia āgusta succedē. Quasi de⁹ impat: quasi hō visitat. Eras euāgelio p qd̄ etiā nos q̄ oculis n̄ris venientem in hūc mūdū nō vidim⁹ christū: videmur ei dū facta ei⁹ legim⁹ infesse: vt sicut illi qd̄ appropinquabat fidē mutuabant̄ ex eo: ita etiāz nobis dū gestis ei⁹ credim⁹ appropinquet. Videt̄ qualia habeat genera sanitatū: imperat febrī: imperat spiritibus immundis: alibi ipse iponit man⁹. Non solū igit̄ verbo s̄ etiā tactu egros curare p̄suevit. Et tu igit̄ que varijs mūdi estuas cupiditatib⁹: vt formā viri alicui⁹ cupis vel pecuniā: roga christū: adhibe medicū: porrige ei dexterā tuā: et tangat interiora tua dei man⁹: verbisq; celestis gr̄a interiorū venas scrutet aiorū. Pulsat dei dextera secreta cordis. Alij oculos luto illiniuit: vt videre posset. Creatorq; oim docet nos n̄re memores debere esse nature: et corpis cernere vilitatē. Nemo em̄ magis pōt videre diuina nisi q̄ hūilitate p̄scia sui: nescit extolli. Ali⁹ sacerdoti se offerre p̄cipit vt carere in p̄petuū lepre possit exuijs. Solus em̄ mēt̄ et animi pōt seruare mūdiciā q̄ ei sacerdoti se nouit offerre: que p peccatis n̄ris accepim⁹ aduocatū. Illum vtiq; cui dicit: Tu es sacerdos in eternū fm ordinē melchisedech. Nec vereare morā aliquā sanitatis: nescit indumentum qui sanat a christo. Opus est vt remediū adhibeas qd̄ acceperis. Simul em̄ vt p̄ceptū dederit: cecus videt: paralyticus ambulat: mut⁹ loquit̄: surdus audit: febrīens ministrat: lunaticus liberat. Et tu igit̄ q̄cumq; in decore alicui⁹ rel-

De viduis

cupiditate languescis: obsecra dñm: fidem
 defer: nec vllaz timeas morā: vbi adest ora-
 tio: adest verbū: fugat cupiditas: libido dis-
 cedit. Ne p̄fessionis verearis offensam: imo
 magis p̄sume p̄rogatiuā. Incontinentia em̄
 qua corpis morbo antea laborabas: christo
 incipias ministrare. Potest etiam hoc loco
 videri petri socrus affectio volūtat: ex qua
 sibi velut semē future posteritat: assumpse-
 rat: qđ vniciq; volūtas sua posteritat: est
 auctor. Et voluntate em̄ sapia nascit: quaz
 sapiens in matrimoniū asciscit sibi dicens:
 Sap. 8. Proposui q̄ hanc adducere ego mihi in con-
 iugium. Ergo volūtas illa que p̄mo varia-
 rum cupiditatū estibus madefacta languet:
 postea p̄ apostolatus officiū in ministe-
 rium christi iā robusta surrexit. Simul qua-
 lis esse debeat que christo ministrat ostendit.
 Oportet eam p̄mo carere variāz illecebris
 voluptatū: vitare internum corpis animiq;
 languorē: vt corpus et sanguinē christi mini-
 stret. Neq; enim potest quisq; peccatis suis
 eger minimeq; sanus immortalium sanitatū
 remedia ministrare. Tūc quid agas sacer-
 dos: ne febrienti manu corpus christi attin-
 gas: p̄us curare: vt ministrare possis. Si mun-
 dos eos q̄ ante fuerant leprosi: christ⁹ iubet
 occurrere sacerdotib⁹: q̄tomagis mūdū ipm
 puenit eē sacerdotē. Nō habet igit qđ mole-
 ste ferat illa vidua q̄ sibi nō pepercerim qñ
 nec mihi parco. Surrexit itaq; petri inquit
 socrus: et ministrabat illis. Et bene surrexit.
 Sacramenti em̄ typum aplica tam grā mi-
 nistrabat. Propriū est aut surgere christi mi-
 nistros. Juxta qđ scriptum ē: Surge q̄ dor-
 mis: et exurge a mortuis. Didicim⁹ igit nec
 sumptib⁹ egere viduas: que donare consue-
 rint: nec subsidio: q̄bus sepe i piculis maxi-
 mis defensē sūt viroz copie. Adaritalia ijs
 q̄ officia vel a generis vel a proximis facile
 solere reparari: esse etiā in eas diuinā mise-
 ricordia p̄mptiozem. Et ideo cum supetere
 nō videat causa nubendi studiū abesse de-
 bere. Qđ tñ p̄ consilio dicimus: non p̄ p̄ce-
 pto imperam⁹: puocantes potius viduam
 q̄ ligantes. Neq; em̄ phibemus secundas
 nuptias: sed nō suademus. Alia est em̄ infir-
 mitatis p̄tēplatio: alia grā castitatis. Plus
 dico: nō phibemus secundas nuptias: sed
 nō pbamus sepe repetitas. Neq; em̄ qcqd
 licet: et decet. Omnia mihi licent: dicit apo-
 stolus: sed nō omnia sunt vtilia. Et vinum

bibere licet: sed plurimum nō decet. Licet q̄
 nubere: sed pulchrius est abstinere. Sūt em̄
 vincula nuptiarū. Vult scire que vincula?
 Que sub viro ē mulier: viuēte viro alliga-
 ta est legi. Si aut mortuus fuerit vir: soluta
 est a lege viri. Probatū est igit vinculū esse
 coniugii quō mulier ligat et soluit. Bona mu-
 tui amoris grā: sed maior est seruitus. Neq;
 em̄ mulier sui corpis p̄tatem habet: sed vir.
 Et ne forte tibi nō coniugii videat ista serui-
 tus esse: s̄ serus: similiter et vir sui corpis po-
 testatē nō habet: sed mulier. Quāta igit cō-
 iugii necessitas q̄ subicit alteri etiā fortio-
 rem. Adutuis em̄ necessitatib⁹ ab vtroq; ser-
 uis. Nec tempanti licet iugo subducere ca-
 put: cū alteri⁹ intempantiē seruiendum sit.
 Precio inquit empti estis: nolite fieri serui
 hoim. Videtis q̄ euidentis sit coniugalis desi-
 nitio seruitutis. Nō ego h̄ dico: sed ap̄lus:
 nec ille: s̄ christ⁹ qui loquebat in eo. Et hāc
 vtiq; seruitutē de bonis coniugib⁹ definiuit.
 Namq; supra: sic habes: Sanctificat⁹ est vir
 infidelis p̄ vxorē fidelē: Et sanctificata ē mu-
 lier infidelis p̄ maritū fidelem. Et infra: Q̄
 si infidelis discedit: discedat. Nō est seruitu-
 ti deditus frater aut soror in talib⁹. Si igit
 bonū coniugii seruit⁹ est: malū coniugium quid
 est: qñ nequeunt se inuicem sanctificare sed
 pdere? Sed vt ad grām virtutū viduas ad-
 hortamur: ita etiā ad ecclie disciplina seias
 puocam⁹: que ecclia p̄stat ex omnib⁹. Et li-
 cet christi grex cōstet ex oib⁹: grex tñ in alijs
 pabulo vescit: in alijs adhuc lacte nutrit: q̄-
 bus lupi illi qui latent in vestimēto ouium:
 sunt cauēdi: abstinētiē speciem p̄tendētes:
 puocātes aut intempantiē feditatē. Et em̄
 quia sciunt valida onera castitat: cum ipsi
 ea attingere digitis nō queant: ab alijs sup̄
 modū exigūt: cū ipsi seruare nec modū pos-
 sint: sed iniusto sub fasce succūbant. Aden-
 sura em̄ oneris p̄ mēsurā debet esse gestan-
 tis: alioqn̄ impositi oneris sit ruina: vbi ve-
 ctoris infirmitas ē. Nam et infantū fauces
 strangulat esca robustior. Et ideo sicut mul-
 tudo vector: nō paucorū viribus estimat:
 nec tñ fortioribus de aliorum infirmitate p̄-
 scribit: sed vniciq; q̄tum oneris subire cu-
 piat: relaxatur: manente mercedis cumulo
 in virtutis augmēto: ita etiam feminis: nō
 laqueus iniiciendus: non supra vires absti-
 nentiē grauioris vectura subeunda est. Sz
 relinquendum vt vnaqueq; se pendat: non

1. Cor. 7.

Abibem.

Abi 3.

Ep̄. 5.

1. Cor. 6.

De viduis

So. XXI

auctoritate aliqua coacta pcepti: sed incremento gfe puocata: Et ideo diuersis virtutibus merces diuersa pposita e. Nec aliud reprehendit: vt aliud pdicet: sed omnia pdicant: vt que meliora sut: pferant. Honorable itaq; piugium: sed honorabilior integritas: nam z qui matrimonio iungit virgines sua: benefacit: z qui no iungit melius facit. Qd igit bonu est: no vitandu e: z qd e melius: eligendum est. Itaq; non imponit sed pponit. Et ideo bfi aplos dixit: De virginibus aut pceptuz dñi no habeo: psilium aut do. Etenim pceptum in subditos fert: consilium amicis dat. Vbi pceptu e: ibi lex est: vbi psilium: ibi gratia est. Pceptuz vt ad naturam reuocet: psilium vt ad gnam puocet. Et ideo lex iudeis lata e: gratia aut electioribus reseruata est. Lex vt a nature finibus culpe studio demeantes: ad nature obseruantia pene terrore reuocaret. Sfa aut vt electos tum studio bonoz: tum pposita etiã pmijs puocaret. Et vt intelligas distantiam pcepti atq; psilij: illu recorderis cui in euagelio ante pscribit: ne homicidiu faciat ne adulteriu admittat: ne falsuz testimoniũ dicat. Pceptu etenim ibi est: vbi est pena peccati. At vero cum se pcepta legis memorasset implese: psiliuz ei dat vt vendat oia: et sequat dñm. Hec em no pcepto imperantur: sed p psilio deserunt. Duplex nanq; forma madata est: vna pceptiua: altera voluntaria. Vñ z dñs in alia dicit: Non occides: vbi pcepit. In alia: Si vis pfect eẽ: vende omnia tua. Ergo hic liber est a pcepto: cui defert arbitrio. Itaq; qui pceptu impleuerint: possunt dicere: Serui inutiles sumus: qd debuimus facere fecim. Hoc virgo non dicit. Nõ dicit ille qui bona sua vendidit: s̄ quasi reposita expectat p̄mia: sicut sanctus aplos ait: Ecce nos reliqm̄ omnia: z secuti sumus te: Quid ḡ erit nobis? Nõ em q̄si inutilis seruus: qd debuit facere fecisse se dixit: sed quasi vtilis dño: qui cõmissa sibi talenta questis multiplicauit vsuris: mercedem fidei atq; virtutis: bene sibi p̄cius meritozmq; securus expectat. Et ideo ei cum ceteris dicit: Vos q̄ secuti estis me: i regeneratione cum sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis z ipsi sup duodecim sedes: iudicantes tribus israel. At vero illi qui talenta seruauerit: z si p̄mia minorã: tñ p̄mia pollicet: dicens: Quia sup pauca fuisti

1. Cor. 7.
Luc. 17.
Matt. 19.
Ibidem.
Ibidem. 25.

fidelis sup mltã te psituã. Fides igit ex debito: misericordia i p̄mio. Qui bfi credidit: vt ei credat emeruit. Qui bene ptulit: quoniam suum nõ questuit: qd celeste est impetrauit. Ideo ergo pceptu nõ dat: psilium dat. Pceptum em castitatis e: psiliu integritatis. Sz nõ omnes capiunt verbu istud: sed quibus datum est. Sunt em spadones qui de matris vtero sic nati sunt: in quibus nature necessitas non virtus est castitatis: Et sunt spadones qui seipso castrauerunt voluntate vtq; nõ necessitate: Et sunt spadones qui facti sunt ab hominib. Et ideo magna in his cõtinẽtie gratia: qz voluntas facit: nõ infirmitas ptinentem. Nam decet integrũ diuini opis seruare munus: nec illis forte paruz sit: lubrico corpis nõ teneri. Nã et si erepta est subeundi isti palma certaminis: erepta etiam materia periculi: et quis nõ queunt coronari: nõ queunt tamẽ vinci. Habent alia genera virtutum quib cõmendare se debeant: si fides firma sit: p̄sua misericordia: aliena auaricia: frequens gratia. Sed in istis nulla culpa: qz facti ignorãtia. Non eadem causa eoz qui in seipso ferro vtunt: quos nõ imprudent deflexim. Sũt em qui virtutis loco ponant: ferro culpã cõpescere. De qb z si nostram volum pferre sententiã: quis sint statuta maioruz: considerent tñ: ne quis id ad p̄fessionem infirmitatis trahat nõ ad firmitatis gloriã. Ergo nemo militet ne aliquãdo vincat: nec pedis vras obsequio q̄ gradiendi periculũ reformidat: nec oculi intendat officio: qui concupiscẽtie timet lapsum. Sed quid pdest carnem abscindere: cũ etiã ipsa culpa sit i aspectu? Nam z qui viderit mulierẽ ad p̄cupiscẽdum: iam mechatur eã in corde suo. Et que similiter virũ in p̄cupiscẽtia viderit: adulterat. Castos ergo nõ infirmos esse nos cõuenit. Pudicos oculos habere nõ debiles. Nemo igit vt pleriq; arbitrant: se debet abscindere: sed magi vincere. Victores em recipit ecclia: nõ victos. Et quid argumenti? Presto sit apostolici forma pscripti. Sic em habes: Utinam et abscindant qui volunt vos circũcidi. Cur em corone occasio z virtutis vsus eripit homini q̄ ad laudem nat est: ad victoriã p̄paratus e: qui ipse potiã virtute animi castrare se possit? Sunt enim spadones q̄ seipso castrauerũt ppt regnũ celozum. Sed hoc nõ omnibus imperatur:

Matt. 19.

Matt. 5.

Gal. 5.

Prover. 11.

sed ab omnib⁹ flagitat. Etenim q̄ mandata dat decretorum: semp tenere debet mensuram: et q̄ pensam distribuit: equitate debet examinis referuare. Statera em̄ fallax abominatio est apud deū. Est q̄ minus pondus et maius. Sed vtrūq; nō recipit ecclia. Pondus em̄ maius et minimū: et mensurę duplices insida in p̄spectu dñi. Utraq; sunt pensa que diuidit sapientia. Et ita diuidit virtutem: vt vires estimet singulorū. Et ideo dicit: Qui p̄t capere capiat. Scit em̄ creator omnium affectus esse varios singulorū. Et iō p̄m̄is virtutem puocauit: nō infirmitatem vinculis alligauit. Scit et ille gentium doctor bonus morū auriga nostrorū et quidaz interiorum rector affectuum: qui de seipso didicerat: legi mentis: legē corpis repugnare: eandem tñ christi gratię cedere. Scit in quā varios cursus mentium repugnare. Et iō neq; in tantū adhortationē integritatis intēdit: vt aboleret grām nuptiarū: neq; ita piugū p̄tulit: vt studia integritatē extingueret. Sz a p̄tinentię p̄suasione incipiēs ad incōtinentię remedia descendit. Et cuz brauiū sup̄nē vocationis fortiorib⁹ demonstrasset: deficere tñ in via neminē passus ē: ita plaudēs prioribus: vt nō despiceret: et sequētes. Didicerat em̄ et ipse: quia dñs iesus alijs panem or deaceū ne in via deficerēt: alijs corpus suū vt ad regnum p̄tenderent ministravit. Nec dñs ipse p̄ceptum imposuit: sed volūtatem inuitauit. Nec ap̄tus p̄ceptum statuit: s̄ cōsiliū dedit. Sed nō hoc humanū p̄siliū: humanarū virium habere mensurā. Diuine munus misericordię p̄stet in se esse collatū: vt fideliter sciret p̄ma p̄ferre: secūda disponere. Et ideo existimo inquit nō statuo. Et existimo bonū esse p̄pter instantē necessitatem. Nō ergo copula nuptialis quasi culpa vitanda: sed quasi necessitatis sarcina declinanda. Lex em̄ astringit vxorem: vt i laboribus et in tristitia filios generet: et cōuersatio eius ad virum sit: q̄ ei ipse dominef. Ergo laboribus et dolorib⁹ in generatione filiorū addicif nupta: nō vidua: et dominatui viri sola subdit copulata nō virgo. Omnium autē horū virgo libera est: que verbo dei suū spondit affectum: que sponsum b̄ndictionis cum facib⁹ expectat: bonę lumine volūtate accenso: Et ideo puocat p̄silijs: nō vinculis alligat. Sed nec vidua p̄ceptū accipit: sed p̄siliū. Cōsiliū autē nō semel datum: sed

sepe repetitur. Et p̄mo dixit: Bonum ē em̄ mulierem non tangere. Et iterum: Volo sic oēs homines eē: sicut et meipsuz. Et tertio: Bonum est illis: si sic maneant sicut et ego. Et quarto: Bonū est p̄pter instantē necessitatem: et hoc placere dño: et hoc honestum esse. Postremo beatiore esse in viduitate p̄seueratē: nō tantū suo p̄silio: sed etiaz dei spiritu definiuit. Que nam igit talis p̄siliarij benignitatē recuset: qui et volūtati habenas indulgeat: et id suadeat alijs qd̄ in se expert⁹ vtile iudicauit: nō facile cōphēdi: nec fastidiosus equari? Que igit refugiat: sancta fieri corpe et spiritu: cum supra laborē sit p̄m̄ium: supra vsuz gratia: supra opus merces. Atq; hoc ita dico: nō vt laqueū ceteris iniiciā: sed vt cōmissi mihi ruris opari⁹ agrū hunc ecclie fertilem cernaz: nūc integritatis flore vernatē: nūc viduitatē grauitate polentem: nūc etiam piugū fructib⁹ redūdantem. Nam et si diuersi: vnius tñ agri fructus sunt: nec tanta hortorū lilia: quāte aristę segetū: mellium spice: cōplurimūq; spacia camporum recipiēdis aptant seminib⁹: q̄ redditis nouales fructib⁹ feriant. Bona q̄ viduitas: que totiens ap̄lico iudicio p̄dicat. Hec em̄ magistra fidei: magistra ē castitatis. Et illi qui deorū suorum adulteria et p̄bra veniant: celibatus et viduitatis statuere p̄nas: vt emuli criminū mulctarēt studia virtutum. Specie q̄dem qua fecunditatē quererent: sed studio quo p̄positum castitatis abolerent. Nam cōfectis et miles stipendijs arma deponit: et relicto officio qd̄ gerebat ad p̄pria veteranus rura dimittit: vt et ipse exercite laborib⁹ vitę requiem cōsequat: et alios spes future quietis subeundis faciat operibus p̄mptiores. Agricola q̄ maturior torquēda alijs estiuā committit: et iuuenili grauat⁹ opere p̄uidentiā cure senilis explorat. Elitez facilis tondere q̄ p̄mere: vt iuuenescentem luxuriā rep̄mat: et adolescentē lasciuā falce succidat. Parcorū quandam partuū castitatem docēs etiam in vitib⁹ expēdam. Similis huic vidua velut emeritis veterana stipendijs castitatis: et si piugū arma deponat: domus tñ totius pacem gubernat: et si vehēdis onerib⁹ ociosa: maritandis tñ iuniorib⁹ p̄uida. Tbi cultus vtilior: vbi fructus vberior sit: quorū copiaz aptior senili grauitate disponit. Itaq; si maturioribus potius q̄ iunioribus cōmittitur ager:

1. Cor. 7.

Adhortatio ad virgines

Fo. XXII

cur putes vtiliorem nuptam esse q̄ viduā?
 Q̄ si psecutores fidei: persecutores fuerunt
 etiam viduitatis: vtiq̄ fidem psequenti-
 bus: viduitas nō p supplicio fugienda est: sed te-
 nenda p p̄mio. Sed fortasse aliq̄bus ppter
 suscipiendos liberos piugia iteranda vide-
 ant̄. Q̄ si filiorū studium causa nubēdi est:
 vtiq̄ vbi est fruct⁹ filioꝝ: causa nō suppetit:
 quanq̄ cui⁹ cōsiliū sit iterum experiri velle:
 frustra temptat fecunditatē aut subire quā
 p̄tulit orbitatē. Hec em̄ iterandi causa est
 filios nō habētib⁹. Ergo illa quē liberos su-
 scipit ⁊ pdidit: cum ipsa em̄ maior cōtentio
 quē spem generandi habet. Illa inquā nō
 ne sibi videt̄ inter ipsa repetitaz sedera nu-
 ptiaz amissoz p̄terere funera filioꝝ? Nōne
 iterum passura q̄d repetit: ⁊ ad ipsos votoꝝ
 tumulos exceptarū orbitatum imagines la-
 mentoz strepitus phorescit? Vel cū accen-
 sis funalibus nox ducit̄: nōne pompe fune-
 bris exequias magl̄ putat q̄ thalamū p̄pa-
 rari? Cur igit̄ filia dolores magis q̄s times
 repetis: q̄s filios quos iam nō speras requi-
 ris? Si grauis est dolor: subterfugiēda cau-
 sa ci⁹ est: nō petenda. Nam tibi quid cōsiliū
 tribuaz quē liberos habes? Quē tibi causa
 nubendi: nisi forte leuitat̄ error: ⁊ intempe-
 rantie vsus: ⁊ sauciū cogit pectoris p̄sciētia?
 Sed cōsiliū sobrijs nō ebrijs dat̄. Et ideo
 apud liberam p̄sciētiaz mihi sermo est: cui
 vtrūq̄ integrū est. Habeat saucia remediū:
 honesta p̄siliū. Tu inquā filia quid moli-
 ris? Cur heredes quēris extraneos: cū ha-
 beas tuos? Nō filios desideras q̄s habes:
 sed seruitutē quā nō habes. Hęc em̄ vera
 seruitus: in qua infractior amor: quā nō de-
 floratē pignus x̄ginitatē: ⁊ plena sancti pu-
 doris ⁊ gr̄e etas p̄ma cōmendat. Ubi offen-
 sa grauior: suspectior insolentia: p̄cordia in-
 frequētior: quā nō temporib⁹ inolit⁹ amor:
 nō vigenis annis forma conciliat. Abolesta
 pietas: vt amare liberos metuas: aspicere
 liberos erubescas: atq̄ inde oriāť causa dis-
 cordie: vnde solet mutu⁹ amor mulcere affe-
 ctus parentū. Generare liberos vis nō fra-
 tres futuros tuoꝝ: sed aduersarios filioꝝ.
 Quid est q̄ generare alios liberos: nisi spo-
 liare quos habes liberos? Quibus pariter
 auferunt̄ ⁊ pietatis officia ⁊ cōpendia facul-
 tatū? Lex diuina celesti inter se piuges au-
 ctoritate p̄strinxit: ⁊ difficile manet mutuus
 amor. Tulit em̄ costam de viro: ⁊ formauit

feminaz: vt sibi eōs inuicē copularet dicēs:
 Et erūt duo in carne vna. Nō h̄ de secundis
 sed p̄mis nuptijs dixit. Necq̄ em̄ eua secun-
 dum accepit virū: necq̄ sancta ecclia secundū
 agnouit virum. Sacramentū em̄ illud ma-
 gnum est in christo ⁊ in ecclia: Et ideo custo-
 diendū est. Sed necq̄ isaac aliā p̄ter rebecca
 sciuit vxorē. Necq̄ abraā patrē cuz alia: nisi
 cū sarā sepeliuit vxorē. Nā i sc̄ta rachel ma-
 gis figura mysterij fuit q̄ ordo piugij. Et tñ
 in ea quoz habem⁹ q̄d ad primi piugij gra-
 tiam referre possim⁹. Si quā p̄mo sponsam
 habuit: plus amauit: nec fraus exclusit affe-
 ctum: nec sponse amorē coniugij interuenit⁹
 aboleuit. Itaq̄ sanct⁹ patriarcha nos do-
 cuit: q̄tum deferre p̄mis nuptijs debeam⁹:
 cum tantū primis sponsalib⁹ ipse detulerit.
 Lauete igit̄ filie ne ⁊ gr̄am nuptiarū tenere
 nequeatis: ⁊ molestias augetis.

Explicit liber de viduis.

Sancti Ambrosij Mediolanensis
 epi: ad Virgines Adhortatio: incipit

De ad conuiuū

q

magnū inuitant̄: apopho-
 reta secum referre p̄suerūt:
 Ego ad bononiense iuita-
 tus cōuiuū: vbi sancti mar-

tyris celebrata translatio ē: apophoreta vo-
 bis plena sanctitatis ⁊ gr̄e reseruauit. Apo-
 phoreta aut̄ solēt habere triūphos p̄ncipiū:
 ⁊ hęc apophoreta triūphalia sūt. Chusti em̄
 n̄si p̄ncipis triūphi sunt martyrum palme.
 Nec vero huc dirigebam iter: sed q̄ petit⁹
 a vobis sum: debui mecū deferre: quē alijs
 parabant̄: ne minor ad vos venirem: vt q̄d
 in me min⁹ est q̄ p̄sumebat̄: i martyre plus
 inueniret̄. Adartyri nomen agricola est: cui
 vitalis seruus fuit ante: nunc consoꝝ ⁊ col-
 lega martyrij. P̄cessit seruus vt p̄uideret
 locū: secutus est dñs: securus q̄ fide seruiū-
 iam inueniret̄ patratū. Nōn aliena lauda-
 mus. Passio em̄ serui dñi disciplina est. Hic
 instituit: ille impleuit. Nihil illi decerpitur.
 Quō em̄ minui potest q̄d christ⁹ donauit?
 Egregie ⁊ ille qui homini seruiuit: seruiēdo
 didicit: quō christo placeret. Hic tñ geminā
 laudem acquisiuit. In illo magisterij: in se
 martyrij. Certauerūt tñ inter se inuicem be-
 neficijs: postq̄ equales esse meruerūt. Hic

Sc̄. 2.

Ep̄. 5.

o

Adhortatio ad virgines

Illuz ad martyriū p̄misit: iste illū accersuit.
 Nullum ergo ad cōmendationem hominis
 conditio affert impedimentū: nec dignitas
 p̄sapie merituz: sed fides affert. Siue seru⁹
 siue liber: oēs i christo vnū sum⁹: ⁊ vnusq̄q̄
 quodcūq̄ fecerit bonuz: hoc recipiet a dño.
 Nec seruit⁹ derogat: nec libertas adiuuat.
 Uide ad eam rem q̄ nihil in cōditione mo-
 menti sit. Seruus inquit vocat⁹ es: non sit
 tibi cure. Qui est vocat⁹ est in dño seru⁹: li-
 bertus est dñi. Similiter q̄ liber vocatus est
 seru⁹ ē christi. Uide inquā vim apli. Plus
 putat deditte ei q̄ seru⁹: q̄ ei q̄ liber vocat⁹
 est. Ex suo est libert⁹ christi sit: ex libero ser-
 uus. Sz nulli plus dedit: versū vtriq̄ equa-
 lem mensurā diuisit. Apud christum est ser-
 uit⁹ ⁊ libertas equa lance p̄dunt: nec yllō
 discerniculo bonē fuitur ⁊ libertatē merita
 diuidit: qz nulla maior ē dignitas q̄ fuisse
 christo. Deniq̄ Paul⁹ seru⁹ christi iesu. Hęc
 est seruic⁹ gloriosa est: i qua gloriat⁹ aplus.
 An nō summa gloria est: q̄ tali precio esti-
 mati sumus: vt sanguine dñi redimeremur?
 Sz p̄gam⁹ ad cetera. Lūq̄ sanct⁹ vitalis co-
 geret a p̄sequētib⁹ vt christū negaret: et ille
 ampli⁹ p̄stiteret dñm iesum christū: oīa tor-
 mentoz genera in eū exercētes vt nō eēt in
 corpe ei sine vulnere loc⁹: orationē fudit ad
 dñm dicens: Dñe iesu christe saluator me⁹: et
 de me⁹: iube suscipi sp̄m meū: qz iam des-
 dero vt accipiam coronam: quam angelus
 tu⁹ sanctus mihi ostendit. Et cōpleta orōne
 emisit sp̄m. Sanctus vero agricola mītor
 habebat moribus: vt ab ipsis etiam inimi-
 cis diligeret. Ideoq̄ differebant ei⁹ passio-
 nem. Sed hęc p̄secutorum honorificentia:
 omni erat imanitate acerbior: que iudebat
 martyriū. Deniq̄ vbi nō acquieuit sanctus
 agricola: crucifix⁹ est: vt adūtam⁹ illas blan-
 dicias eoz nō sedulitatē fuisse: sed fraudis.
 Supplicio seruit⁹ dñm terrere voluerūt. Uer-
 tit hoc christus in gratiaz: vt martyrio serui
 dñs inuitaret. Utriq̄ nomen aptum mar-
 tyrio: vt designati ad martyrium ipsis voca-
 bulis viderent. Ille vitalis dict⁹ est: quasi
 qui p̄temptu istius vitę: veraz illam vitam
 eternam sibi haberet acquirere: Iste agrico-
 la qui bonos fruct⁹ spiritalis gr̄e seminaret:
 ⁊ sacri sanguinis effusione: meritoz suoz
 omniū virtutūq̄ rigaret plantaria. Sepultri
 aut erant agricola ⁊ vitalis in iudeozū solo
 inter ipsozū sepulchra. Iudei ambierunt

cum seruulis sepulture habere p̄sortis quo-
 rum dñm negauerunt. Sic ⁊ aliqui balaam
 dixit: Adhoriat anima mea p̄ animis iusto-
 rum: et tñ non cōmunicauit eozū operibus
 cū viueret: quoz in animis cupiebat mori.
 Et isti quos viuētes p̄secuti sunt: mortuos
 honorabant. Illic igitur martyris exuias
 req̄rebamus: tanq̄ inter spinas rosam legē-
 tes: circūfundebamur iudeis: cū sacre reli-
 quie eueherēt. Aderat p̄s eccleie cū plausu
 ⁊ leticia. Dicebant iudei: Flores vili sunt in
 terra: cum viderēt martyres. Dicebant chri-
 stiani: temp⁹ incisionis adest. Jam q̄ metit:
 mercedem accipit. Alij seminauerūt: et nos
 metimus martyrum fruct⁹. Iterum audien-
 tes iudei voces plaudentis eccleie dicebant
 inter se: Vox turturis audita est in terra no-
 stra. Ubi bene lectum est: Dies diei eructat
 verbuz: ⁊ nox nocti indicat sententiā. Dies
 diei: christian⁹ christiano: Nox nocti: iude⁹
 iudeo. Indicabāt ergo iudei q̄ haberēt sa-
 entiam martyriū: sed nō sciam verbi: Id est
 non fm illam solius boni: ⁊ solius veri scien-
 tiam. Ignorātes est dei iusticiam: ⁊ volen-
 tes se iustificare: iusticiam dei nō receperūt.
 Detuli ergo vobis munera: q̄ meis legi ma-
 nibus: id est crucis trophę: cui⁹ gratiam in
 operib⁹ agnoscit. Certe ⁊ ipsi demones cō-
 fitent. Londant alij aurum atq̄ argentum:
 ac de latentibus eruant venis: Legant pre-
 ciosa monilium ferta: Temporalis ille the-
 saurus est: ⁊ sepe habētib⁹ p̄nciosus. Hos
 legimus martyris clauos: ⁊ multos quidez
 ⁊ plura fuerunt vulnera q̄ membra. Lama-
 re martyrem dices ad populū iudeozū:
 cum clauos eius colligerem⁹: Aditte man⁹
 tuas in lat⁹ meuz: ⁊ noli esse incredulus sed
 fidelis. Collegimus sanguinē triūphalem:
 ⁊ crucis lignū. Hęc sanctę vidue negare nō
 potuimus postulanti. Adunera itaq̄ salutē
 accipite: que nūc sub sacris altaribus recon-
 dunt. Ea igit vidua sancta est iuliana: que
 hoc domino templum parauit atq̄ obtulit
 qd̄ hodie dedicam⁹: digna tali oblatione: q̄
 in sobole sua: templa iaz domino pudicitie
 atq̄ integritatis sacrauit. Dum iulianā vo-
 lui dicere: iudeam dixi. Nō errauit lingua:
 s̄ definiuit. Iudea est aīa q̄ christū fatef.
 Deniq̄ notus i iudea de⁹: Id est vbi aḡsce-
 bat de⁹ nō vbi negabat. Est q̄ i spū iudea:
 vbi maior portio itellec⁹ ⁊ sincerior: qz sal⁹
 ex iudeis est. Lingue igit error testimoniu⁹

Humert. 13.

Canf. 2.
p̄s. 18.

Ro. 10.

Job. 20.

p̄s. 75.

Job. 4.

Adhortatio ad virgines

fo. xxiii

1. Timoth. 5.

sanctitatis inuenit. honoremus ergo hanc viduam: quia scriptum est: Viduas honore que vere vidue sunt. Licet verborum nostrorum honorem non ambiat que apostoli mandatum adequauerit: hinc in bonis operibus testimonium: que bene filios educauerit: melius instituerit. Quis hanc non ut destituta et miserabile deplorauit: quando amisit maritum? At ista ministrum sacris ereptum altaribus amplius ingemuit: quam sibi iugem: aut patrem filium. Nam etsi presidium esset mariti viduata et solatio: tamen apud piam mentem causa ecclesie preponderabat. Succinxit itaque mentem viscera: et circumfusam se videns numero filiarum trium: et vni filium quo solent terri ceteri: hoc fortior facta tali filios alloquio conuenit: filium amisistis patrem: matrem habetis. Melior quidem fuisset illa commutatio: si patrem viueret: mater deesset. Tamen infirma licet et desolata ostendo vobis si vultis sequi: que arbitramini patrem vobis non decessisse. habebit enim meliorem de celo parentem. Ille est qui et hos suffulsi patres. Quid enim aliud iam superest spei? Patrem vobis fuit diues gratia non pecunia: opulentum ministerio non patrimonio: cuius hereditas fides est locuples deo se egera seculo: Satis vos diuites reliquit: si propositum eius sequamini. Sola est fides vtriusque indiscreta serui: census virorum: dos virginum. Et tu quidem filii aliquanto propter patri: agnosce quam matri debeas: quod domui vocabulum reddas: Etas te excusat: sed hereditas vocat. Jocundent filii pater et mater in te. Noli matrem contemnere quasi imprudentem. Regi admonitio inquit: que mater sua: que filii: qui seruat dictiones dei. Primogenite tibi dico filii: que filius mei ventris: qui natus meorum orationum: ne dederit mulieri tuam honestatem. Audis quod sapiens dicat: quid scriptura asserat. Considera quis te ut nasceretur iuuerit: filii es vitorum magis quam dolorum meorum. Considera cui te mulieri patrem tali nomine designauerit que vocauit laurentium. Ibi vota deposuimus: inde nomen assumpsimus. Glota effectus securus est: redde martyri quod debes martyri. Ille te nobis impetravit: tu restitue quod de te hominis nominis appellatione promissum. Quid autem est filii aliud quod eligendum putes: nisi deum patrum tuorum? Ipse enim pauperes et diuites facit: humiles et excelsos facit: suscitatur a terra pauperem: et de stercore inopem: et sedere eum facit cum potentibus in tribunali honoris et hereditatis. Dat votum

optati: et benedicet annos iusti. Quid si filii precellenti: aut quod est vita hominis in hac terra: nisi leuis cursor? En transiuimus et nihil vidimus. Atque vtrina hunc cursum imitemur: ut nihil viderem: et nulla portarem onera. Sed quod est grauius: cursus vacuus et onera inanis. Inania quidem sed non leuia: neque delicti vacuat: quod graue fenum peccati est. Vni clamat sanctus Iob: Nonne tentatio est vita hominis in terra? aut sicut mercenarii quotidiani vita eius: et sicut seruus timens dominum suum: qui umbram inuenierit: et sicut mercenarius expectans mercedem suam: sic ego expectaui inuacuum. Noctes autem dolorum date sunt mihi. Si dormiero: dico quantum dies? Lum surrexero: iterum quantum vesper. Ple-nus sum dolorum a vespere usque mane. Vita autem mea leuior quam fauilla. Perijt autem in vana spe. Nihil igitur est homo: nisi tu domine intradas in eum: et visitationem eius facias usque mane: et in requiem eum inducas. Arbor si excidat: repullulat et floret ab aque odore: homo cum ceciderit: nihil est: ingruunt super eum dolores. hanc igitur tentationem tantarum necessitatum: si vult filii vitare: integritas corporis expetenda vobis est: quam ego pro proliis suadeo: non pro impio precipio. Sola est enim virginitas que suaderi potest: impari non potest. Res magis voti quam precepti. Quod enim gratia est: non iubet: sed desiderat electionisque magis est quam seruitutis. Vni et apostolus dicit: De virginibus autem preceptum dominus non habeo: prolium autem do tantum misericordiam persecutus a domino. Legerat enim dixisse dominum spadonibus: Quicumque custodierint precepta mea: et elegerint que ego volo: et amplectentur testamentum meum: dabo illis in domo mea: et in muro meo locum nominatum: meliorem filiorum et filiarum: nomen eternum dabo illis et non deficiet. Meliorem inquit locum vobis dabo: spadonibus dicit: His videlicet que se resecta genitali parte absciderint. Ipsi sunt qui habent in celo premita ceteris prestantiora. hoc in euangelio suo predicat dei filius. Dicentibus enim apostolis: quod si ita est causa viri: ut non liceat illi uxorem dimittere: nisi ex sola causa fornicationis: non expedit nubere: respondit dominus: Non omnes capiunt verbum istud: sed quibus datum est: hoc est: non capit huius conditionis humane infirmitas: ut omnibus pateat: sed illis solis facile est ad capiendum: quibus diuina refulsit gratia: ut castrare se possint: quo regnum celorum adipiscant. Audisti filii quantum sit premitum integritatis: Regnum acquiris: et regnum celeste vitam angelorum

Job. 7.

1. Cor. 7.

Esa. 56.

Matth. 19.

Adhortatio ad virgines

exhibet. Hoc vobis suadeo: quo nihil pulchrius: vt inter hoies angeli stitis: qui nulla sibi ligant nuptiali copula. Quoniam que nō nubūt: et q̄ vxores nō ducūt: sicut angeli in terris sunt: vt tribulationē carnis nō sentiant: Seruitutē ignorent: a mūdane cogitationis ableuent contagio: diuinis rebus mentē intendāt: vt tanq̄ exuti corporis infirmitate: nō que hois sunt: s̄ que dei sunt cogitent. Considerate filie si velit nubere: q̄tū vobis desit q̄bus pater deest. Deest opimados: q̄d ipsuz tñ si abūdarer: timeretis magno p̄cio seruitutē. Nunc x̄o quis nō despiciat destitutas patre? Quo cōfugietis? Cū auxilium postulabitis aduersus viroz iniurias? Quanta in ipsis piugijs incommoda sunt? Quae graues plerūq̄ ptumelię? Quāta vincula? Primū ipsum piugium vinculum est quo alligat viro nupta: et ei subiectione astringit. Bonū quidē charitatis vinculu est: sed tñ vinculu: de quo cū velit se exuere nupta nō possit: nec liberū sui habere arbitrium. Deniq̄ ap̄lus dicit: Mulier sui corporis potestate nō habet sed vir. Et q̄d mirum ē muliere: q̄nquidez et vir sui corporis potestate nō habet: sed mulier? Si q̄ fortior est potestate nō habet: q̄tō minus infirmior? Nō ergo absoluit mulierez cōmunis seruit̄ sed graui⁹ astringit. Videte itaq̄ quid scriptura dicat: quid ap̄lus suadeat: Quis vobis potest meli⁹ p̄siliū dare: q̄ ille vas dominice electionis? Quid igit dicat: percipite aurib⁹. Volo aut̄ omnes hoies eē sicut me ipsum. Et iterū dicit de nō nuptis et viduis: Bonum est illis: si sic maneant sicut et ego. Volo vos imitatrices esse tanti ap̄li: vt vitam ei⁹ sequamini: q̄ piugij vinculu refugit: vt vincr⁹ esset christi iesu. Non potuisset ad tantā apostolat⁹ sui puenire glam: si fuisset alligatus cōiugij ptubernio. Et si ille qui et doctrina p̄stantissimus erat: et tantū christi donum habebat: iudicauit tantū momenti esse si abstineret ab vsu copule cōiugalis: et ideo sic māst̄ ne plurimū suo muneri deciperet: q̄d neq̄ orōni vacare semp liceret: neq̄ semp diuinis intendere mandat: quē cōiugij cura reuocaret: vt placere vxori eēt necesse: quid vtiq̄ vos eligere oportet: q̄b⁹ sola x̄ginitas pōt libertatē dare? Quis que nupsit: ad seruitutez pecunia sua vendit. Meliori pditione mancipia q̄ cōiugia comparant. In illis meritum em̄ seruitutis: in

istis p̄cium ad seruitutē addit. Nupta venalis auro grauaf: auro estimat. Experta sum filie labores copule: cōiugij indignitates: Et sub bono cōiuge: nec tñ sub bono marito libera fui. Seruiebam viro: et laborabam placere. Miserat⁹ est dñs: et fecit ministruz: continuoq̄ et mihi et vobis raptus est. Et fortasse miserante domino: ne diceret maritus. Videtis filie longeuam matrem doloribus: et adhuc imaturam viduitatis stipendijs: Videtis amissum omne p̄sidiuz et ornamētū. Nec auxiliū viri habeo: nec virginitatis glam. Et de me leuis cura: Vos mereo: vos p̄sido. Remanserūt mihi onera piugij: abiere adiumēta. Q̄to mallez in hos nunq̄ venisse vsus. Potest tñ excusare patrē: ableuare matrē. Si quid in nobis amissum est: in vobis representet. Hoc solo nos cōiugij nō penitebit: si vobis labor noster p̄fecerit. Proximū putabo matres esse virginū: ac si virginitatē tenerem. Considerate filie quā sibi veniens in has terras: domin⁹ iesus matrē elegerit: salutē mūdo daturus. Per virginē venit: et mulier lapsus partu virginis soluit. Cestra q̄ integritas meos soluat erroref. Quid boni sit virginitas considerate: destitutam me esse certum est: p̄sidio egere. Sz si volueritis sic manere nulli⁹ opem req̄ram: abūdabit mihi ad omnem opitulationē vestre integritat⁹ corona. Quis nō dicet beatā: quā nunc miserā putant? Quis nō honorabit tot virginū matrem? Quis nō venerabit aulam pudoris? Abultas feminas scriptura diuina in lucez euexit: palmā tñ publice salutis solis virginib⁹ dedit. In veteri testamēto terra ac mari clausum hebreoz p̄lm virgo p̄ maria pedes duxit: In euangelio auctorez mūdi et redemptorem virgo generauit. Virgo est ecclesia: quā studuit ap̄lus virginez castā assignare christo. Virgo est filia sion: virgo est ciuitas illa hierusalem q̄ in celo est: in quaz nihil cōmune intrat atq̄ imūdū. Virgo est et illa quā vocat iesus cui et dixit: Ades huc a libano spōsa: ades huc a libano: trāsibis et p̄transibis. A p̄ncipio fidei: nō solū transit virgo: sed etiam p̄transit que festinat ad spōsuz. Trāsit seculū: p̄trāsit ad christū: vel q̄ ea que christo se dicauerit: transeūdo ad celestia: trena p̄transit. Nam et ipse spōsus sic venit ad spōsaz suā: vt saliat sup mōtes: trāsiliat sup colles. Addit adhuc ad laudes

1. Cor. 7.

Ibidem.

Adhortatio ad virgines

So. XXIII

Can. 4. virginitat: hortus clausus foror mea sposa: hortus clausus: fons signatus: q meliores afferat fructus claustro pudoris septa virginitas: in qua intemerata pmaneat castitat signacula. huc hortu aie vfe: huc fonte seruate puri liquoris: vt euz in vobis nemo p turbet: nemo designet: que genitalis in vobis origo signauit. Nemo auferat aie vestre vinea: z villa olera serat. Cinea em qda fructus virginalis e: Lougia velut oleru plantaria sunt: in qb freques zelus e. Et io sicut olera herbaz cito cadut atq marcescut: nisi sine imponat senectus: aut ad pfectu vebat ptnetia. No veniat q in vob achab: q pcupiscat vinea vram delere z extinguere. Nec veniat in vobis iezebel: vanu illud z seculare pfluuiu: hoc em significat vocabulo: vana z vacua redudatia: Sz veniat nabuthe q venit a patre: sicut indicat nois ipsi inptatio: q vinea sanguie defendat suo: z p ea morte offerat: huc est q lapidat p nob e: p nob mortu: p nob falsis appetit restionis: **2. Cor. 8.** Qui paup huc venit cu diues eet: vt vos ei inopia ditaremini. huc e vit q redudatib gfe sue fructib repleuit vniuersum orbem terraz. huc i vris pectorib alta maneat desix radice: vt z fruct vester exuberet: z liquore gfe spual corporei vapor icedia tpenf. **Isa. 19.** huc est q venit i nube leui: sic dixit ppheta: Ecce dñs sedet sup nubem leue z veniet i egyptu: Significas q in egyptu: id est in afflictione istam mudi hui veniet p virginem. Nubem itaq maria dixit: qz carne gerebat: leuez qz virgo erat nullis oneribus grauata piugij. Ipsa est virga germinas flore: qz pura: z ad dñm libero corde directa xginitas: q nullis in b seculo curaz anfractib reflectat. Ideo illam dñs d cruce discipulo suo dilectissimo sibi tradidit sancto iohani: q dixit pri z matris sue no noui vos. Deniq vocat a christo reliqt patre: verbu secur. huic tradit xgo: q suos nesciat. huic tradit xgo: q de pectore christi hauriat sapiam. huic tradit virgo q frs suos no cognouit: z filios suos no scuit. Ideoq bndicit eu lex: Date leui veros ei: date leui sortes ei. Un z matre dñi ipse **Job. 19.** suscepit. Scptu em habem: qz ex illa hora suscepit ea discipul i sua. Quid e in sua: cu reliquerit patre: z christu secur sit? Aut quo **Matt. 19.** in sua: cu ipsi apli dixerint: Ecce nos reliquimus oia z secuti sum te? Que sua habebat iobes: q mudana z seclaria no habebat: qz

de mudo si erat? Que g habebat sua: nisi ea q a christo accepit? Bon verbi sapietq possessor: bon receptor gfe. Audite que apli a christo acceperint: Accipite inqt spum scdm quoz remiserit peccata: remissa erut: z qru detinuerit: deteta. Nec em mater dñi iesu nisi ad possessore gfe demigraret vbi christo habebat habitaculu: Date g z vos filij mei vo illi leui veros ei. Estote nubes f leues: Eritis pfecto si ableuet xginitas onera conditionis: z tenebras hui limose carnis illuminet. Ideo dicit illa: Nigra sum z decora filie hierusalē. Nigra p carne: decora p xginitate. Nubes itaq sunt z graues nubes q nupserint. Nanq a nubib xbu nubentiu tractu arbitroz. Deniq opunt vt nubes: cu acceperint nupture velamina. Et vere graues nubes q sustinent sarcinam mifimonij. Na etia grauari aluo ferunt: cu semina pceptois accepint. Date g leui veros ei. Quid tam veru q intemerata virginitas: q signaculu pudoris z claustr integritat genitale custodit? At vero cu vsu piugij iuuacula deflorat: amittit qd suu e: qn ei misceat alienu. Illud g veru qd nascimur: non in qd mutamur: qd a creatore accepim: no qd de puerbernio assumpsim. Date g vero illi leui: illi sacerdotu pncipi: vero aaron: vero melchisedech veros ei: qles ipe pdidit: no quales seculi hui vsus efficit: vt opus suu in vobis z illud genitale signaculu inuolatū atq integru recognoscat. Date illi z exhibete illuz adam q fuit an peccatu: illa euā q fuit anqz lubricu serpent hauriret venenuz: Priusq eius supplantaret insidys: qn no habebat q pfunderent. Na vtiqz nuc licet bona sint coniugia: th hnt qz int se ipsi piuges erubescat. Tales g estote filij qles ada z eua in paradiso fuerunt. De qbus scriptu est: q postea q de paradiso e elect adaz: cognouit euā vxore suā: Et illa pcepit z peperit filiu cui nome abel. Abelio: itaq secudus qz po: fruct: qz iste imaculat: ille maculosus. Iste adhrs deo: z tor a dño: ille mudana z terrena possessio. Deniq i isto mudi redemptio annuatur: ab illo mudi ruina. In b christi sacrificiu: in illo diaboli paricidiu. Nihil g vobis sit filij cum possessione seculi: nec tene vobis z iudaice possessiois vllas vendicados vobis esse sornit arbitremini. Legim qdē qz moyses: id e lex: tras bello z cede qstas: sorte distribuēdas hebreoz pto cen fuerit

Job. 20.

Can. 11

Sen. 4

Adhortatio ad virgines

qm̄ possessionē sibi salphę filię postularūt:
 Sz qz salphę filię. Th̄ ideoz moyses leuiti nō
 diuisit terrā: quoz nō erat terren⁹: sed supe-
 rior incolat⁹. Sed h̄s sine labore freno sacri
 stipendia ministr̄j deputauit. Salphę autē
 filię qd sunt q̄ terraz petūt: nisi vt interpra-
 tio docet: oris obumbratio: que vtqz i illis
 est: quib⁹ nō est verbū in ore ipsoz: nec i ser-
 mone eoz veritas? Sicut in p̄lo iudeozū q̄
 nolunt christū deū dei filium p̄stari. Tales
 igit̄ terrā requirūt: z hmōt̄ postulant posses-
 sionē: in qua tota vitę suę etate desudant: z
 p̄ fructib⁹ spinas curarūt z sollicitudinū me-
 rant. Fugite igit̄ filię ymbriā oris: q̄ in lumen
 eternū credit̄ qd illuminat oēm hoīem: qui
 nō tanq̄ in ymbria christū sed in lumine p̄-
 temini. **Esā. 9.** Populus q̄ sedebat i ymbria mort̄:
 lux orta est illis. Fuim⁹ igit̄ in ymbria: sed nūc
 iam nō sum⁹ q̄ christū fatemur: Atqz vtinaz
 licuisset z mihi dicere: qui christo p̄stemur.
 Et tñ p̄stiteamur: ego viduitatē: vos virgi-
 nitatēz: fiat in vobis ore ad salutē p̄fessio.
 Date igit̄ leui: illi saluari nostro sortes eius.
 Sors ei⁹ leuitica est: sors ei⁹ virginitas est:
 sors ei⁹ viduitas ē: qm̄ nō solū virgo: s̄ etiā
 mulier innupta cogitat q̄ sunt dñi. Unde z
Ep̄. 1. ap̄lus dixit: In quo z sorte p̄stituti sumus.
 Sicut em̄ in veteri testamēto terra sorte di-
 uisa est: ita in euāgelio sorte quadā dño de-
 putamur. **Job. 19.** Th̄ z scriptū est de euāgelist̄: Di-
 uiserūt sibi vestimēta mea: z sup̄ vestimētū
 meū miserūt sortem. Et ap̄li cum eligendus
 esset duodecim⁹ ap̄lus i locū iudē: sorte mu-
 nus ap̄stolat⁹ deferendum arbitrati sunt.
Act. 1. Itaqz orōne facta vt de duob⁹ dñis quē vel-
 let: eligeret: sors cecidit sup̄ matthiam. Illa
 igit̄ vetus terrena sortitio: hec sp̄ualis. In
 illa census seculi materialis: in hac p̄sonalis
 officij. Ibi possessio curaz: hic diuisio gra-
 rum. Illic possidem⁹ arua plena labori atqz
 mesticię: hic possidemur a christo. Th̄ san-
 ctus dñi dicit: Possedisti renes meos. Hic
 filij possideat renes v̄fos: vt in illis semina-
 ria maneant castitatis: incentiuū virtutum.
 Ideoqz dicite vos christo: confitemini ei:
 vt dicat: Portio mea dñs. Non pōt h̄ nu-
 pta dicere: s̄ innupta. Nupta em̄ querit vi-
 ro suo: innupta autē christo placere. Illa mun-
 di: hec christi possessio ē. Christi possessio le-
 uita est q̄ nihil sibi de terris vendicat. Qui
 querit vxorē: nō pōt dicere: Portio mea do-
Act. 5. min⁹. Deniqz christi minister qd̄ aīr Argē-

tum z aurū nō habeo: sed qd̄ habeo do tibi:
 In noīe iesu christi nazareni surge z ambu-
 la. Hoc em̄ accepit: qm̄ aurū nō desiderau-
 rat. Deniqz miss⁹ erat sine v̄ga: sine saculo:
 sine pecunia. Et ideo gloriabatur: qz nō habe-
 bat qd̄ nō acceperat. Nō em̄ erubescerat in
 paup̄tate: quē paup̄ redemerat. Ideoqz dix-
 it: Surge z ambula: qz legerat: Iste pauper
 clamauit: z dñs exaudiuit euz. Sit igit̄ vobis
 portio dñs: dñs qui sterilē z parientē facit.
 Utranz facit: s̄ altera i tristitia parit: alte-
 ra in sterilitate letat̄. Cui dicit̄: Letare steri-
 lis que nō parit: erumpe z exclama que nō
 partur̄. Habet filios sine part⁹ dolore. Th̄
 z dicit̄ de ecclia: Quis audiuit si parturiuit
 tra vno die: z gens nata est simul? Vno autē
 die terra non parturit: sed parit gra. Tenit
 paschę dies: in toto orbe baptismi sacramē-
 ta celebrant̄: velant̄ sacre virgines. Vno igit̄
 die sine aliq̄ dolore multos filios z filias so-
 let ecclia parturire. Ideoqz pulchre dicitur:
 Et gens nata est simul. De p̄lo p̄secrato vi-
 detis mysteria: videt̄ gram christi: graz spi-
 ritus sancti: que velut quadā sorte defertur:
 qm̄ nō ex operib⁹: sed ex fide vnusqz iustifi-
 ficat a dño. Sicut em̄ sortē euent⁹ nō in nra
 est potestate: s̄ quem casus attulerit: sic gra
 dñi nō quasi ex mercedis merito: s̄ quasi ex
 voluntate defert̄. Th̄ et ap̄lus ait de diuisio-
 nib⁹ graz q̄ diuiso mō dei seruul̄is deferunt:
 hec autē oia opat̄ vn⁹ atqz idē sp̄s: diuidēs
 singulis put vult. Pro vt vult inqt̄: nō put
 debet. Deniqz z dñs ait illis: vberiorē mer-
 cedem p̄ ope postulantib⁹ z cōquerentib⁹ q̄
 parem accepissent cū h̄s q̄ posteri⁹ aduene-
 rant: Si ego bon⁹: oculus tu⁹ quare nequā
 est? Date igit̄ filij sortes vestras ei q̄ vltra me-
 ritū labori remunerationē suis donare p̄sue-
 uit. Date veritatē ipsi viro sancto: id est in-
 tegratē. Ipsi em̄ est integritas q̄ immacu-
 lat⁹ aduenit. Veritas itaqz virginitas: cor-
 ruptela mendaciū est. State igit̄ in corde v̄fo
 sicut bona vinea i ppagine sua. Abulte em̄
 tentationes sunt: ideoqz ait scriptura: Ten-
 tauerūt eū in tentatione: z maledixerunt ei
 sup̄ aquā p̄tradictionis cades. Tentat̄ vir-
 ginitas a plerisqz petitorib⁹. Et cū voluerit
 virgo pseuerare: existunt q̄ p̄tradicant. Cō-
 tradicit petitor: z refutat̄ maledicit. In op̄
 probrio esse videt̄ innupta vel virgo vel vi-
 dua. Cades em̄ innupta ē: q̄ est sancta cor-
 pore z sp̄i: et dño se p̄scauit: que reliquit p̄

Ibidem.
Ps. 33.

Esā. 54.

Esā. 66.

Gal. 2.

1. Cor. 12.

Matth. 20.

Ps. 107.

Adhortatio ad virgines

rentes: et non facit voluntate eorum: qui solent dicere: Debes nobis filia nepotes. Lades est qui filios nescit. Quod si illa diuitijs seculi profert opprobrium christi: quod necesse est subeat qui querit christo placere: quomodo magis vos quos pal puocat ad integritate: magis hortat id sequi

1. Cor. 7. qd conuenit. Bonum est et uirginitas. Denique qui iudicauit inquit in corde suo seruare uirgines sua benefacit. Igitur et qui matrimonio iungit uirginem sua benefacit: et qui non iungit: melius facit. Ille benefacit propter laqueum: hic melius facit propter utilitate. Illud pro remedio: istud pro premio. Beatorum autem erit qui sic miserit fratri meo psillium. Puto enim quod et ego spiritum dei habeam. Sequimini ergo filie psillium apostoli: donum spiritus sancti. Sumite ergo et vos sicut sumpsit maria soror moysi et aaron tympanum in manibus vestris: et exite dicentes: Lantem domino: gloriose enim honorificatus est: equum et ascensorem piecit in mare. Abhorificate membra uera: ut tympani modo nulla in uis lasciuia carnis exstuet: oisus flagrantie corporalis sensus intereat. Nesciat in uis nisi in mortuis corporis voluptatibus solus spiritus refutare. Si enim mortui fuerit peccato: uiuetis deo. Uiuet autem si non regnet in corpore uo mortuo uilla concupiscentia. Uersate manibus uestris crucem domini iesu: et in uis eam opibus abluat: calcate mundi habundantiam: et pertransite: ut ille sic equus adhinnies in libidine: nullum locum inueniat in uobis: et quicumque uoluerit persequens comprehendere uos: demergat. Dexteram leuamque circa uos aque murus sit: ut uapor ois corporis tpe: donec ad illos intelligibiles duodecim fontes: et septuaginta arbores palmarum: ad illam magni requie sabbati diuina uos dignatio producat: et in monte hereditate sue plattare dignet ubi sancta maria choros ducit. Induite ergo filie dominum iesum christum: querite ueram sapiam: de qua dicit iob: Sapientia autem uis inuenta: aut qui locus discipline? Abyssus dixit: non est in me: mare dixit: non est mecum. Bui abyssus dixit: non est in me: quod resurrexit. Non enim habet quem tenere non potuit. Denique habes in euangelio: quod angeli dixerunt mulieribus ad sepulchrum uenientibus: Iesus qui crucifixus est: qui uis: non est habitus: sed surrexit. Quid est non est habitus: id est non est in sepulchro: non est in infernis: sed in celestibus est. Adhuc ergo habitus est: seculum dicit: Adhuc habitus dicit: non est mecum: quod supra mundum est: quem uis humane lapsus atque illecebra non immutauit: quod peccatum non fecit: nec est dolus inuenit in ore eius. Abyssus ergo dixit: Non est in me:

mare dixit: non est mecum. Sed celum non dixit: quod non est apud se quem recepat resurgente. Paradisus non dixit: non est in me: quem regnare in se absoluto quam latrone cognouerat: sicut ipse dominus dixit: Hodie mecum eris in paradiso. At Luc. 23. trahite filie sapiam in interiora uestri cordis promptuaria: quoniam ea est omni auro argenteoque preciosior: quam mors nescit: quod non mortui laudant dominum: sed uiuentes. Et uos igitur ut uiuat laudate dominum: et laudate eum diebus ac noctibus. Laudabitis autem: si ab eo nulla uos auertat cupiditas infortunij: et cura mundi: quoniam conuictum fortunam: sollicitantem mundi huius negocijs. Considerate filie quid uotis debeat parentum. Aperuimus ad deum os nostrum: uotum est uoluntas parentum. Nos orauimus: uos soluite: quanta uis sit in uobis parentum: iecte galaditidis filia uos debet docere: qui ne frustraret oblationem patriam: etiam morte sua obtulit. Nam cum ille sollicitus de belli periculo uouisset: si prosperior pugne euentus foret: id quod regredienti domum suam primo sibi occurreret: deo se imolaturum. Ubi victoria potius est: occurrit filia leta quam ceterum gaudio uictorie et pietatis officio. In gemuit patrem non affectus immemor sed memor uoti. Quasi uis eam filia: inquit ille quid domino promississet. Tum illa hortata est: ut promissum deo munus impleret. Itaque incauta patris oblationem sanguine suo soluit. Hec uobis filie sunt communia. Tu autem fili quem mihi uerum helcana: id est dei dedit possessio: postulat me: petit me: Unde enim etiam samuel nomen accepit. Tu inquam impetrat me et uotum me: quod quod in uerum meum uenerit nescio. Jam enim desperaueram sobole sex uirilis: quem mihi uota mea non aliqua solennis cetus secreta formarunt. Tu inquam fili agnosce a quo donatus sis mihi. Ille tua ora plasmauit: ille tua membra distinguit: ille mea orata suscepit: cuius templo: cuius obsequio te antequam nascereris sacraui. Non parentibus: non tibi sed deo natus es: cuius antequam de uulua matris exires esse cepisti. Et ois quod illi sumus: sed tui specialiter promissus domino tu redderis: quod scriptum est: Glouete et reddite domino deo uro. Ego mihi sera: ego indigna: et tui quasi anna promissi: ut ois uis tue diebus ac noctibus a spectu domini non recedas. Ego promissi: tui exequere. Dominus sibi hostie sue munus implebit. Hec et alia pia matris: qui postquam congruentem filiorum uidit affectum: ablatum suum uerberibus gratie spiritualis in templum domini deducens uersa ad preces: Confirmatum

1. Cor. 7.

Exo. 15.

Job. 28.

Matth. 28.

1. Petr. 2.

Luc. 23.

Ps. 75.

1. Reg. 2.

Adhortatio ad virgines

est in dñi cor meū i dño: exaltatū ē cornu meū in dño. Dilatatū est os meū sup inimicos meos: letor in salutarī tuo: qm̄ nō est sanct⁹ ali⁹ quō dñs: ⁊ nō est iustus quō de⁹ noster: ⁊ nō est sanct⁹ p̄ter te. Ista igit̄ ad filios mater dicit: quē simul ⁊ viduitatē i se: ⁊ integritatē in liberos titulos in domū suaz intulit quasi quosdā femineos p̄ncipat⁹. Egregia sane feia: quē sibi nihil reliquit: totū qd̄ habuit: deo obtulit. Cui⁹ vita institutio disciplinē ē: ⁊ quedā formula castitatē. Bono p̄posito ⁊ meliore magisterio. Exemplū enī viduitatē ⁊ virginitatē magisteriū est. Proccedit in eccliam filiaz virginū septa comitatu: domesticū decus inuehēs: ⁊ inuenit i ecclia qd̄ suū dicat: filiū sacraz lectionū oracula p̄sonantē: vt videant sibi sorores domi discere: cū frater audīt. Mater q̄ ad imitationē celestis exempli gaudet se p̄ficere de filio: ⁊ oia legentē vba pio mādāt affectu et sedulo corde p̄seruat. Sed quis nil matris defuerit hortatōib⁹: ego q̄ vos filiē v̄ pauca alloquor: Querite dñm iesum q̄ nos monet vt queram⁹ regnū dei: ⁊ ecce oia inquit sup̄erent vob⁹. S; malo ego vos an̄ meritū deferre: ⁊ sic exigere mercedē: bona mercedis sed diuini dispensator mercedis ⁊ auctor muneris. In regno merces: in christo remunerandi potestas. Querite illam in scripturis diuinis: ibi christ⁹ inuenit̄. Et dicite sicut illa dicebat: Annuncia mihi quē dilexit aīa mea. S; synagoga querebat quē amiserat: vos querite quē nō amittat. Sed cur synagoga dicit: quē dilexi: ⁊ nō dicit quē diligo: ideo nō tenes: q̄ dilexisse te dicit. Cur non poti⁹ adhuc diligis: vt possis tenere? Uerū illā omittam. Tu virgo cū ceperit querere: adest. Neq; em̄ fieri pōt vt desit querētib⁹ se: q̄ palam fact⁹ est nō querētib⁹ et inuēt⁹ est nō interrogantib⁹. Dum tractas ⁊ cogitas: p̄sto est. Disce interrogare cū venerit: vbi pascat: vbi maneat: sicut illa dicebat: Ubi pascis: vbi manes in meridiano? Ubi enim christus manet nisi vbi iusticie merities fulget? Ideoq; sacrate scripture docet testimonio: quē dicit: In sole posuit tabernaculū suū. Uñ ⁊ alibi idē dicit p̄pheta: In lumine tuo videbim⁹ lumen. Lumen fili⁹ est: lumen ⁊ pater q̄ videt̄ in filio. Qm̄ fili⁹ splendor glorie patris: ⁊ imago substantie ei⁹ est. Sed etiā in tuo lumine virgo christū req̄re: in bonis cogitationib⁹: in bonis opib⁹ quē

luceant corā patre tuo q̄ in celis est. Querere in noctib⁹: querere i cubili tuo: qm̄ ⁊ nocte venit ⁊ pulsat ianuā tuā. Vult em̄ te oib⁹ inuigilare momēt: vult ianuā tuę mentē patentem inuenire. Est ⁊ illa ianuā quā vult pate re vt aperiat: ⁊ resonet ostiū laudē dñi: gratiam sponsi: crucē p̄fessionē: cū symbolū recensens: psalmos in cubiculo tuo p̄cinit. Ergo cū venerit: vigilantē te inueniat: vt parata sis. Dormiat caro tua: vigilet fides: dormiant illecebre corpis: vigilet cordis prudentia: mēbra tua redoleāt crucē christi: ⁊ sepulture odorē vt nihil ijs somn⁹ caloris infundat: nullos excitet mot⁹. Ipsa est aīa quē se christo aperit: quā nulli vapores carnis exagitant. Cū hęc inuenerit sponsus trāsbibit: Aīa tua illum sequat̄: discedat a cubili suo: exeat in verbo ei⁹: sicut scriptum est: Exiuit aīa mea in vbo tuo: Id est pegrinet̄ a corpe vt deo adsit: qm̄ cuz est in corpe pegrinat̄ a christo. Uñ ⁊ ap̄tus ait: Audem⁹ ⁊ p̄tendi mus maḡ peregrinari de corpe: ⁊ adesse ad dñm. Et ideo cōtendim⁹ siue absentes siue p̄ntes placere illi. Dēs em̄ nos manifestari oportet an̄ tribunal christi: vt reportet vn⁹ quisq; p̄pria corpis sicut gessit siue bonum siue malū. Cito cām pbauit: quia corpus resurgit. Oportet em̄ carnez resurgere: q̄ remunerationē suoz est adeptura gestoz: vt q̄ in corpe gessim⁹: in corpe recipiam⁹. Vult igit̄ se dñs sepi⁹ queri: discedit: currit vt resuscitet grām quā vult a te etiā in te resuscitari: sicut habemus ad timothēū scriptum: Propter quā cāz admoneoste vt resuscites grām dei q̄ est in te p̄ impositionē manuum meaz. Que aut̄ resuscitauerit grām sit vulnerata charitatē: sicut illa dixit: q̄ vulnerata charitatē ego sum. Si suscitauerit ⁊ resuscitauerit charitatē: quid istud sit: poterim⁹ intelligere si repetam⁹: quia sagitta est dñs iesus: cui dicit p̄: Posui te sicut sagittā electam. Et q̄ ipse ē charitas: sūt vtiq; iacula charitatē q̄ vulnerat sese querētē. Deniq; et alligati vinculis ipsum sequuntur: quia quos vulnerat ligat. Ergo sunt etiam vincula charitatis: quibus ligat⁹ est paulus: q̄ ait: Paulus vincit⁹ iesu christi. Vulnere aut̄ charitatis esse docet iob: quo nemo ampli⁹ christū dilexit: qui diligebat etiā in ipsis sui corpis cruciatib⁹. Uñ dicebat: Sagitte aut̄ domini i meo corpe sunt: quaz furor ebibit sanguinē meū: cum cepero loqui cōpungūt.

Cant. 1.

Ibidem.

Ps. 18.

Ps. 35.

Ibidem.

2. Cor. 5.

Ibidem.

2. Timoth. 1.

Esa. 49.

Ad philimon.

Iob. 6.

Adhortatio ad virgines

Fo. XXVI

me. Sunt & charitatis vulnera: & bona vul-
 nera. Deniq; meliora vulnera amici q̄ vo-
 luntaria oscula inimici. Hieremias q̄ estua-
 bat: & ignem charitatis quo inflā mabat ad
 officū pphetādi: ferre nō poterat. Deniq;
 demergebat in lacum: qz iudēis futura exci-
 dia annūciabat: & tacere nō poterat. Lapi-
 dabat stephan⁹: & illa p christo vulnera q̄s
 vulnera charitatis pio excipiebat affectu.
 Tapulabāt apli: & pgratulabant. Q̄ bon⁹
 est dñs: p quo dulces & iniurie sunt & grata
 mors. Et bñ grata que acquirit immortalitatem.
 In omni inquit tpe sint vestimenta
 tua candida. Quid candidi⁹ v̄ginitate: qd
 nitidius intacti vestimento pudoris? Bona
 q̄dem castitas p̄gualis: & castitas viduitatis.
 Abunda ois castitas: sed forte non ois
 candida: aut nō candida in omni tpe. Non
 candida: qm nō habet q̄s sui corporis pote-
 statez: qm ad tempus sequestrat oratio. De
 v̄ginitate & pulchre dicit: In omni tempo-
 re sint vestimēta tua candida: & oleū in capi-
 te tuo: vt faces tuę semp possint lucere: nec
 extinguant cum ceperit sponsus ille celestis
 venire. Quā autē vnctionem in capite tuo
 ecclesiastes dixerit: de puerb̄is colligim⁹: qz
 oculi hominis in capite eius: id est sapientię
 tuę sensus. Ideo forte & euangelica mulier
 illa laudat: que pedes dñi capillis suis ter-
 sit: q̄ fide se humiliauerit: ne p carnis elata
 sapiētiā videret: quā legi subditā verus oc-
 cultoz interpres paulus negauit: eo q̄ chri-
 sto subyiceretur. Et pulchre hoc possumus
 intelligere etiam corporaliter: qm in ppheti-
 scpt̄l̄ rephendit filie sion: q̄ alta ceruice pce-
 derent: nutibus oculoz: & itinere pedū tra-
 hētes simul tunicas: & ludentes pedib⁹: Et
 ideo gloriā vestis earum: & ornat⁹ earum:
 crines & cincinnos dñs ablaturum esse se di-
 cit. Recte ista mulier sparsit capillos suos:
 vt nodos crinium euangelica solueret disci-
 plina. Et apostoli dixerunt: Nō in plica-
 tu capilloz: sicut petrus docuit: neq; in tor-
 tis crinib⁹ aut auro & margarit̄ vel veste p-
 ciosa: vt paulus asseruit: sed magis interio-
 ris hominis ornamēta feminis requirēda:
 qm ille absconditus cordis homo q̄ est pau-
 per seculo: ipse est locuples deo. Audistis si-
 lię qz pauperes vos vocatis: quis autez est
 homo diues: cū multis egeat: nisi ille cui nō
 est graue peccatū in p̄scientia? Bona est em̄
 inquit substātia: cui nō ē peccatū in p̄scien-

tia. Audistis inquā in quo possit apud deū
 esse locupletis: vt sit in vob in corruptibilis
 & modestus spūs. Bone em̄ diuitię sunt in-
 nocentię atq; simplicitatis: quib⁹ peccatuz
 nō imputat: quia nulla in ijs doli fraudisq;
 versutia est. Omnis em̄ simplex obtreclare
 nō nouit: nescit inuidere: suo p̄sent⁹ ē: alie-
 na nō querit. Et si egeat: sibi diues videt: si
 superat qd alimēto ē satis. Deniq; pulchre
 ap̄tus paul⁹: & p̄funda inquit paupertas eoz
 abūdauit in diuitijs simplicitatis eozū. Et
 qz ecclia cōgruis erat ornatib⁹ compta: & de
 christo lumen recipiēs refulgebat. Pōt etiā
 sic loc⁹ ille accipi: eo q̄ synagoga ad eccliam
 dicat: Ubi pascis: vbi manes i meridiano:
 ne forte fiam circūamicta sup greges soda-
 lium tuoz. Abercenaria esse desiderat: que
 sibi vendicabat añ dñatū. Q̄ damnosa p̄f-
 dia est. S; qz incredula: imit̄is: sacrilega: iō
 eam a gregib⁹ ecclie suę separat christus di-
 cens: Nisi scias te o decora i mulierib⁹: hoc
 est: p̄s te que sis ipsa cognosce: et tūc pete
 vt meis gregib⁹ appropinques. Et bñ in mu-
 lierib⁹ decora d̄: synagoga: nō in virginib⁹:
 qz euā mulierē sequebat p quā lapsus adue-
 nit: Ecclia aut decora i virginib⁹ est: qz v̄go
 sine ruga est. Scire & debet siue vir siue mu-
 lier: qz ad imaginē dei est & similitudinē. In q̄
 em̄ ad imaginē dei sum⁹: nisi in aīę substan-
 tia & menti vigore: hęc n̄fa ois portio. De-
 niq; dauid inquit: In deo sperabo: nō time-
 bo qd faciat mihi caro. Nō & caro sumus: s;
 spūs. De iudēis aut dictū est: Non p̄mane-
 bit in ijs spūs me⁹: qz carnes sunt. Nō aurū
 sum⁹: nō pecūia: nō diuitiaz copie. Illa em̄
 n̄fa. Et ideo tibi dicit moyses: Attēde tibi:
 hoc est: aīę tuę ne peat: ne carnalis fias. At-
 tende tibi: h̄ est: imaginē quā a christo acce-
 pisti: similitudini ad quā factus es. Ipsam
 serua imaginē quā christ⁹ i te opib⁹ suis pin-
 xit. Sic ipse ait ad hierusalē: id est: ad aiām
 pacificam: Ecce ego hierusalē pinxi muros
 tuos. Attēde & tu p̄cipue fili: Attēde ti-
 bi vt legeris in iuuetute tua. Cui dicit scri-
 ptura: Letare adolescens in iuuetute tua.
 Nō vni⁹ tibi dicit tēp⁹ etatis. Est quasi q-
 dam flos vitę: bonozūq; etas opey: de qua
 scriptū est: Renouabit sicut aquilę iuuent⁹
 tua. Et oblectet inquit te cor tuū in diebus
 adolescentię tuę: et ambula i via cordis tui
 sine macula: & in aspectu oculoz tuoz
 et non in audacia oculoz tuoz. In aspectu

Cant. 1.

Ibidem.

Ps. 55.

Sca. 6.

Eccl. 11.

Ps. 102.

prouer. 27.

Diere. 57.

Ecl. 7.

Ecl. 9.

Ibidem.

1. Petri. 5.

1. Timoth. 2.

Adhortatio ad virgines

vtiq; spūali: nō audacia seculari. Et scito q̄ sup hec omnia adducet te deus in iudiciū: et repellet iram a corde tuo: et amouebit nequiciam a carne tua. Attēde tibi vīrgo et tu: vt insistas orōni: et vultus tu⁹ assidua obsecratione palleſcat. Sz aſi orōnem p̄para aiam tuam: vt nō videaris tentare deū cū deprecariſ: vt id qđ oras: mores tui loquā: fides adiuuet: opera cōmendēt. Attēde tibi qđ dico tibi: cuicunq; virgini loquor. Haz tibi pię nō deest institutionis magistra. Attēde in quā vīrgo sacre p̄sertim p̄fessionis: et ab hominis irreuerēt oculis caue. Et si ad tempus p̄terirerit quasi viator: tñ os suum aperit: et ab omni aqua prima biberit: vt te inebriet. Nullus sit tu⁹ sine matre p̄gressus: que sit anxia custos pudoris. Ipsa q̄ ad ecclesiam p̄gressio rarioz sit adoleſcētulis. Lō sidera quanta fuerit maria: et tñ nusq; alibi nisi in cubiculo reperit cum querit. Illa te doceat quid sequar. Angelum ī specie viri vidit et pauebat corde: peregrinabat aspectu. **Luc. 1.** Tñ dicit ad eam angelus: Ne timeas maria. Decet solitudo verecūdiam: et gymnasiuz pudoris secretū est. Quid em̄ tibi vt ad primā facile accederet: Pes fatui facilis in domū primi: qui autē sapiens est: verecundat. Inde nascunt fabule: de q̄bus pulchre admoneris vt caueas: cū dicit tibi vir sapiens: **Eccl. 22.** Quis dabit disciplinē meę custodiam: et supra labia mea signaculū certū ne cadam ab illis: et lingua mea perdat me? Si virilis sexus iubet tacere coraz senioribus: q̄ indecorz est virgines loqui: et varios serere sermones? Esto vt imperes tibi silentiū: nunqd potes alijs impare ne audias? Pōt quis aliquñ frenos ori suo imponere: et v̄bis stateraz: aurib⁹ nō pōt. Loqui em̄ in nobis est: audire ex aliena p̄det potestate. Sepe em̄ audim⁹ qđ nolum⁹. Quid deinde aliud nos scriptura admonet p̄sideremus. Non iurandū inquit facile: qz plerūq; mlti casus accidunt: vt nō possim⁹ implere qđ iurauerimus. Qui aſit nō iurat: vtiq; nō peierat: qui aſit iurat: aliquñ necesse est incidat piurium: qz omnis homo mendax. Noli q̄ iurare: ne incipias peierare. Nec ipsam qđem liberiore m̄ leticiā in v̄ginib⁹ decet esse. Que si nō habēt qđ fleant: lapsus fleant peccantium. Etenim que aliorū lapsus fleuerit suos cauebit. Fleant postremo vel illa p̄temptatione: vt hic flentes: illic accipiant p̄solatio-

nem: ne sicut diues ille qui hic luxuriat⁹ est: illic penas graues subire dñi declarat oraculo: et tu audias: Recepisti bona ī vita tua. **Luc. 16.** Quāto beatius lazarus q̄ hic fleuit: et illic exultauit: hic esuriuit: et illic epulaf. Si vis ergo et tu bonā leticiā sequi: demōstrat tibi Ecclesiastes liber quā seq̄ debeas: qui ait: Veni: manduca in leticia panē tuū: qm̄ iaz placuerunt deo facta tua. **Eccl. 9.** Quid autē idem Ecclesiastes monuerit nos oēs de immoderatione ridendi: cōsideremus. Sicut vox inq̄ spinaz sub olla: ita risus stultoz. Nempe spine cum ardent sonant: et cito exurunt: vt nullus caloris sit effectus. Tñ et iudeis dictum ē: Exarserunt sicut ignis in spinis. Exusti sunt enim suo risu: et p̄flagrarunt in dñi passione: qm̄ in anime suę iocabant̄ incēdiū dicētes: Sperauit in dño: eripiat eū: saluū faciat eum: qm̄ vult eum. **Ps. 117.** Et deridentes p̄cutiebant calamo caput eius: et spinis eum coronabāt: atq; acetum ei vt biberet offerebant. Ille risus synagogam incēdit in eternum. Sic q̄ est risus stultoz qui sine gratia sonat: et ollam sui corpis vit. Aberto negabat sara quia riserat: ne videret ridendo de effectu p̄missoz dubitasse celestium: et tñ ille risus plenus grauitatis fuerat et pudor: quē nemo ali⁹ testis nisi deus solus cognosceret quē occulta nō fallunt. Pulchrum et illud: Noli festinare in spū tuo irasci: quia ira in sinu stultoz requiescit: hoc est: et si cā sit que moueat indignationē: nō sit festina vindicta: ne immoderat⁹ calor indignationis exstuet. Non pōt igit auferre qđ naturalis est mor⁹: sed moram inserit vt medicina p̄siliij temperet iracundiā. Sic em̄ dauid ante iam dixerat. Irascimini: et nolite peccare. **Ps. 4.** Nō quo imparet iracundiaz: sed q̄ id qđ nature esset auferre non posset: et quasi bonus medicus remediū daret: vt ipsa iracundiā nō noceret. Deniq; etiā si quis plapsus esset corde: quoniā ira nescit tenere moderamen: suadet vt cōpungat̄ in cubilib⁹ suis: et suū vnusquisq; p̄demnet errorem. Sic enī scriptum est: **Ps. 117.** Que dicitis in cordib⁹ vestris et in cubilib⁹ vestris cōpungimini. Voluit itaq; omnes hoies suozū delictoz esse censors: vt et qui publico testimonio nō tenet seipsum iudicem q̄ in occulto lapsus est erubescat: et aculeo qđā coerceat amaritudinis et pudoris. Quid o parsimonia loquar: cuz sapiēs dicat: Aufer a me vētr⁹ p̄cupiscētiās **Eccl. 23.**

et concubitus cupiditas ne apprehendat me:
Nec infirmitatem ex ieiunio et abstinentia
reformides. Infirmitas enim grauis sobriam
facit animam. Quomodo etiam docent salomo
nis puerbia: bone opiniononi studendum di-
cendo: Potius est nomen bonum quam diuitie
multe. Quid est enim patrimoniuz nisi bona
illa gubernatio: vnde sanctus iob dicit: Be-
neditio morituri super me veniat: et os vi-
dug me benedicat: Oculi eram cecorum: et
pes claudorum: inualidorum pater: Si vidi nu-
dum pretereuntem: et non vestiui: si me non be-
nedixerunt egentes: et de velleribus ouium
meorum humeros eorum non calefecerunt: si abscon-
di aliquando peccatum meum: quod vel impu-
dens non ex voluntate commiserim: si aliquando
promisi vacuo sinu exire inopem ianuam meam:
Ibis enim nomen bonum paratur. Preter ceterum
tamen in virgine precellit studium sobrietatis.
Sobrietatem dico non vini abstinentiam: sed
corporalis lasciuie: qua grauius quam vino in-
ebriamur. Dat enim calicem ruine et ire po-
culum. Unde et dicit dominus ad hierusalem:
Audi humiliata et ebria non a vino: Ecce ac-
cepi de manu tua calicem ruine et poculum ire.
Si hunc calicem exinanierit synagoga: non
bibant filie ecclesie. De iudeis enim dictum
est: Filie eorum compositae circumornate quo-
modo similitudo templi. Vos autem templum
dei estis: filie eius qui non transfigurant in an-
gelum lucis: sed verum lumen de vero lumine.
Ideo in vobis non similitudo sed veri-
tas sit. Abulte autem cum studio castitatis pre-
stetis: affectat adminicula pulchritudinis:
ut comptiores predeant: nitidior vultu quam sa-
cras domini decet: quibus apostolico sermo-
ne respondeo: Quae mortuae estis cum christo
ab elementis huius mundi: quid adhuc velut
vuentes de hoc mundo decernitis? Ne teti-
geritis inquit: ne attaminauerit: ne gusta-
ueritis quae sunt omnia ad corruptelam. At
non sancta soteris ut domesticum pie paren-
tis preferamus exemplum. Habemus enim
nos sacerdotes nostram nobilitatem prefe-
cturis et consulationibus preferendam. Habemus
inquam fidei dignitates quae perire non norunt.
At non ut dixi: soteris vultus sui curam ge-
rebat: quae cum esset decora facie valde et no-
bilis: virgo maiorum profapia: consulationis et
prefectionis parentum sacra posthabuit fide:
et imolare iussa non accevit. Quam persecutor
immanis palmis cedi precepit: ut tenera vir-

go dolori cederet aut pudori. At illa ubi au-
diuit hanc vocem: vultum aperuit soli inuela-
ta atque intacta martyrio: et volens iniurie
occurrit: vultum offerens: ut ibi martyrum fieret
sacrificium: ubi solet esse tentamentum pudoris.
Gaudebat enim dispedio pulchritudinis: pe-
riculum integritatis auferri. Sed illi potue-
runt quidem vultum eius vulnerum vibicibus exa-
rare: faciem tamen virtutis eius et gratiam deco-
ris interni nequaquam exarare potuerunt. Ethru-
scum iuuenem veteres fabulae ferunt: cum pro-
pter admirandam oris propriam pulchritudinem
in amorem accenderet feminas: stigmatibus
inardasse vultum suum: ne qua eum adamare
posset. Clidero vtrum castus fuerit illius ani-
mus: affectus tamen non innocens: propter
quem in se ipse aduerteret. Ille tamen sola exce-
pit vulnera ne noceret: haec triumphales retu-
lit martyrum cicatrices: ut imaginem dei quae
accepit reseruaret. Seruate et vos hanc ima-
ginem filie: seruate scripturae precepta diuinae:
ut omne os iniqui obstruat. Scriptum est
enim: Beatus quem tu erudieris domine: et de lege
tua docueris eum. Bonus dominus erudit et do-
cet: et plerumque arguit. Sed etiam quem arguit:
beatum facit. Beatus enim homo quem ar-
guit dominus. Et ideo increpationes eius non re-
fugas: quia charitatis et gratiae sunt. Ipse enim
percutit: et quasi bonus medicus manibus
suis sanat. Septies de necessitatibus te liberat:
in septimo autem non te contingit malum.
In fame eripiet te a morte: in pugna autem de
manu ferri te exuet: a flagello lingue te ab-
scondit. Si enim tu nulli putaueris derogan-
dum: alienae lingue flagella non metues. Adire
autem sermones maledicorum expressit dicendo: lin-
gue flagellum: cuius sonus late resultat. A quo
nos separare cupiens petrus apostolus monet: ut
non reddamus malum pro malo: et maledictum
pro maledicto: sed magis cum maledicis nobis
benedictionis referamus gratiam. Et ideo dicit:
Prohibe linguam tuam a malo: tanquam lingue
flagello: nec timeas verborum sonum: si munda
est conscientia tua. Bonum est quidem nullum si
feri potest locum obtreccationi dare: sed quia
plerumque non vitis sed virtutibus derogant: re-
prehendant quod laudis est: non inueniant quod erroris
est. Sed quod peius est non solum ab aliena
lingua: sed etiam a nostra flagellamur. Et
haec sunt grauiora verba: cum ex multiloquio
peccatum incurrimus. Et ideo custodi virgo
vias tuas: ut non delinquas in lingua tua. Et

1. Thim. 2.2.

Job. 29.

1. Cor. 5.1.

1. Pet. 1.43.

Col. 2.

1. Pet. 2.7.

1. Pet. 1.3

Ibidem.

Adhortatio ad virgines

bona loqui plerūq; crimen est virginis. Sz quid mirari de virgine: cū mulier in silentio iubeat discere? Bonus est pudor: quē commendant silētia. Susanna periclitabatur et tacebat: vt meli⁹ tacito pudore loqueretur. Deniq; inuenit verecūdia defensorem q̄ defenderet castitatē. De qua bene dicit q̄ eam a flagello lingue domin⁹ abscondit. Quid de feminis dicimus? Joseph tacuit accusatus: vt melius euz innocētia q̄ lingua defenderet. Tacuit daniel omnibus sapiētior: et ora clausit leonū. **Ps. 38.** **U**si pulchre sanct⁹ dauid dicit: **P**osui inqt ori meo custodiā: dum p̄sisteret adūsum me peccator. **Q**uid em̄ vis loq̄? **C**erer! ne te tacente obiecta credant. Sed audi bonū m̄gr̄m dicentē sanctuz iob: **E**cce rideo opprobriū et nō loqr̄: clamabo et nusq; iudiciū. **I**d est criminator aliq; opprobria iacit: habes qd̄ intra te rideas: si crimen p̄sciē nō recognoscis. **Q**uid em̄ referas vba verbis? **N**ō dum est iudicium. **E**t si clames nō appropinquat. **D**ebentur tibi in hoc seculo multa certamia. **V**icerat sanct⁹ iob damni dolorem: vicerat imo excluderat lucr⁹ acerbilitatem in amissionib⁹ filioz: vicerat vulnerrum asperitates: vibices corporis: adhibent mulier tentamēta: et ipsa nō sensit. **A**dhuc amicoz increpationes ad certamen ei vltimum reseruat. **L**uctatus fuerat euz affectu patrio: luctatus cum dolore corporis et egritudine: oportebat eum subire etiam sermonum tentationes. **E**rgo qm̄ vides viduam dispendijs aliquib⁹ laborare aut filioz incommoditate vlt⁹ morte: iustum iniurijs affici: noli ex isti⁹ seculi incommodis merita ei⁹ pensare: aut mirari q̄ derelictus a domino sit. **H**ic quidem luctamur sed alibi coronamur. **N**ō de me tantū: sed de omnib⁹ hominib⁹ cōmuniter sum locut⁹. **N**am vnde mihi tantum meriti: cui indulgentia pro corona est? **H**ic lucta: illic brauium. **H**ic militia: illic stipendium est. **E**rgo dum in hoc mundo sum adhuc luctor: adhuc decerto: adhuc impelloz vt decidam. **S**ed potēs est domin⁹: qui impulsus suscipiat: labentē statuatur: nutantem erigat. **Q**uid ergo miraris aliquem laborare? **D**onec vita est ista: certamen nō de erit. **N**on exit corona: nullus probatur: nisi qui perseverauerit vsq; in finem: vt postea possit q̄ legitime certauerit coronari. **Q**uis fortior paulo? quis beator? **I**lle tū vas electionis dñice: nō ante sibi coronam vendica

sus lota iterum in uolutionē: sicut septū
est: dicente ap̄lo: Si q̄ destruxi iterū reedi-
ficabo: p̄uicatorē legis me cōstituo. Ite-
rū ip̄e repetit dicēs: Quicqd in seculo ē: cō-
cupiscentia carnis ē: et cōcupiscentia oculoꝝ:
qđ nō est de deo: sed de hoc mundo ē. Iteꝝ
alibi dicit: Si quis voluerit amicus eē hu-
ius mūdi: inimic⁹ dei cōstituet. Quid dicis
deuota deo? Quid vis hominib⁹ placere?
Quid desideras vel quid queris? Si deus
queris: tecum est. Si autē hominē queris:
nō hoc deuouisti. Quid sunt hoies? hoies
huius seculi. Et seculū transiit: et cōcupiscē-
tia eius. Qui autē fecerit quę scripta sūt: ma-
net in eternum. Quid desideras nescio. Si
aurū: argentū: si vitā: si vestēz splendidaz:
hoc tibi nō placuit cū deo: hoc de⁹ non ad-

Liber ad virginem deuotam

miratur: s̄ cor cōtritū z humiliatum. Quid queris hoies seclī: quos sanctus ap̄ls iudicat paul⁹ dicens: Quoz de⁹ uenter ē z glia in pudendis ipsoꝝ qui terrena sapiunt: nō stra autē cōuersatio in celis est? Si ergo cōuersionē in celo habem⁹: que sursum sunt querere debem⁹: vbi christus ē: nō q̄ super terrā. Rogo soroz: qui sunt isti hoies huius seculi? Fratres tuos spiritales hoies nō se queris: z sequeris carnales: qui si nō saturē tur murmurabūt. Abisti margaritas tuas ante porcōs: qui sculcent eas pedib⁹ suis: z cōstē elidāt te. Nō audisti: Clitate canes: vitate malos operarios. Qui sunt isti? Homines huius seculi: qui nō sequūtur uestigia christi. Rogo te qd tibi demōstrāt? Dic mihi: castitatē quā nō habent? Quid: fidē quā nō inueniunt? Doctrinā quā nō sequūt: nisi diabolicā sapientiā hui⁹ seculi? Ieiunium qd odiunt? Abstinētiā quam iudicant? Humilitatē quā opprimūt? Sobrietatē quā negligunt? Sincerā mentem quā nō habēt nisi duplices? Verecūdiam quā p̄ciunt a se? Nescio autē qd vis studere cum ipsis.

De repulsione excusationis quā virgo pretendere posset: aliisq; pulchris admonitionibus vt secularium hominum conuersationem deuitet. Ca. II.

Ed quid dicis? Ego autē conuerto eos ad me. Si autē ad te cōuersi fuerint: nō tibi expedit. Quid q̄rit lupus cū agno? Uel quid q̄rit canis nisi panē? Quare autē rugit leo nisi pro p̄da? Tu te ipsā castā custodi si potes: quid vis docere qd tu ipsa nō facis? Sicut dicit apostolus: Nolite omni spiritui credere: sed pbare spiritus si ex deo sunt. Si autē ab ipsis doctrinam accipias: docebūt te qd faciūt vel qd sequunt: cōcupiscentiā: fornicationē: libidinem: auariciā: fraudē: immūdiciā: impudicitiam: luxuriā: ebrietatem: improbitatem: turpiloquiū: stulticiam: maleficiā: homicidiā: iram: rixam: z omnē maliciā. Quid dicis misera vel quid excusas? Deuouisti animā tuā vt ab ipsis hoibns recederes: nunc autē quid queris? Rogo nō cōfunderis: qm̄ de te illi sibi fabulas faciunt dicētes: Ecce deuota deo que nos sequit. Dereliquit enim viā suā z per terminos agri sui errauit: viā habitationis suę nō inuenit: Tenuit poccupem⁹ eā z ducem⁹ in viā nostram. Lcidisti

misera in via lata z spaciōsa q̄ ducit ad mortem. Uidet tibi eē bona que mala ē: seque ris eos amans: z nescis quoniā recta in solutam cadis: memor nō es artā z angustam viā que ducit ad vitā? Laboriosa tibi videtur eē que bona est: oblita es dictuz fuisse: Quia p̄ mltas tribulatiōes nos oportet in regnū celoꝝ introire? Nūc autē voluntati tuę vis studere. Nō legisti salomonē dicentē: Bonis bona creata sūt ab initio: sicut impijs z peccatorib⁹ bona z mala? Itē ip̄o dicere: Initiū vitę hominis spiritualit̄ arguet. Spiritus oia iudicat: ip̄e autē a nemine iudicatur: Ubi es deo deuota? Spiritus q̄dem de alijs iudicās: tu ipsa iudicaris. Quid q̄ris cū illis? Que pars fidei cū infidele? Uel q̄ pars facti hois ad canē? Virgo potes eē corpore s̄ nō mēte corrupta. Oculi autē tui obcecati sūt nimio ardore libidinis: in quibus frabes subiacet. Aurez tuę plene sūt ois spurcitiā virili. Pedes verō tui veloces sūt z nō sūt pigri ad ianuā foris. Ubi factitas? vbi verecūdia? vbi sobrietas? vbi grauitas? vbi castitas? vbi modestia? vbi fides? vbi p̄tinentia? vbi pura mens? Ubi sunt illa oia p̄ quib⁹ fidē tuā opposueras quā perdidisti? Abeli⁹ enī fuerat te nō vouisse z facere: q̄ vouere z nō facere. Nō potes duobus dominis seruire: aut deo aut māmone: sicut scriptū ē: Lū peruerso subuerter. Nō potest cōmitti panū uetus cū nouo. Tollit enim fortitudinē ei⁹: z peior scissura fit. Volatilia ad sibi similia cōueniūt: z veritas ad eos q̄ operant eā reuertet. Absit vt tu mihi soroz eē dicaris: que cū talib⁹ puerfarris. Aut facite arborē bonā z fruct⁹ ei⁹ bonos: aut facite arborē malā z fruct⁹ eius malos. Unaqueq; arbor ex fructu suo cognoscit. Quicūq; autē quis fuerit cū tali se iūgit. Volūba dimissa de manu hominis: statim reuersa ē ad eū in arcā. Itē coru⁹ dimissus: carnē secut⁹ ē: que tu quoq; vis sequi: vt nō reuertaris ad ianuā xp̄i. Est tibi conuersatio cū bestijs agri: z cū volatilib⁹ celi: sic et coruus nō memoraris dñm q̄ te de diluuiō liberauit: nō q̄ris cubile tuū vmbrosuz z bonū: vbi requiē tēporalem habuisti? Nō tibi ante oculos ē tēpestas: atq; oblita es charitatē xp̄i: z tenes charitatē hoim hui⁹ seculi: qui nō habēt charitatē in se nisi diabolicā. Illi autē aliā carnē sequūt z nō desinūt quoadulscq; moriunt. Recede misera de illis ho-

pbil. 5.
Col. 3.

pbil. 3.

Act. 14.

Ecc. 39.

1. Cor. 2.

2. Cor. 6.

Matth. 6.

Ps. 17.

Matth. 9.

Ecc. 27.

1. Job. 4.

Matth. 7.

Sai. 8.

minibus: ne carnes tuas electas comedat: et talos tuos euertant: et relinquantur nuda: et spoliata sicut in cucumerario. **Abodo autem** quid facies: quia nuda es et spoliata? **Ibis** ad vicinos tuos quos ante oderas: petens ab ipsis operimentum pudoris? Illi autem dare nolunt dicentes: **Ubi est vestimentum tuum splendidum quod ante portare solebas? Quid dicis: et quid respondes eis quam frigidum obligauit? Gratulantur autem in malis tuis quae tibi venerunt. Tunc te planges dicendo: Iheu mihi misere: cui talia venerunt. Quid mihi profuit illa captiuitas quae me captauit miseram et infelicem? Quo ibo a spiritu tuo: et a facie tua quo fugiam? Si ascendero in caelum tu illic es: si descendero ad infernum ades. Si sumprofero pennas meas ante lucem: et habitauero in extremo maris: eteni illuc manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua. Tunc dices: **Uadā et reuertar ad viam meam primum: quia melius mihi erat tunc magis quam modo: qui mihi dabat vestimenta mea et oleum meum in tempore suo. Abodo autem quid facio? Tunc reuerteris in domum tuam cum fletu: unde exieras gaudens. Sedebis in angulo domus tuae: lugens et tristata plorans die ac nocte: quoniam qui simul tecum tristat et non erit: et consolantes te et non inuenies. Et dabunt tibi elemosinam quos ante oderas: et mouebunt capita sua super te dicentes: Ecce quae erat deuota deo: modo facta est ut stercoza terrae: et sicut ciuitas quae expugnat. Ubi est castitas illi? Ubi sunt omnia illa quae ea sequebantur? Dereliquerunt enim illam: quia castitas erat dux eorum: perdidit castitatem et fugerunt omnia illa. Abodo autem quid facies misera? Ubi sunt illi quos insequeris? Redimant te si possunt. Quam potes dare commutationem pro anima tua quam fraudasti pro inobedientiam tuam: ut non audires fratres tuos vel sorores quae tibi demonstrabant: ne te iungeres cum hominibus secularibus? Nunc autem quid faciemus tibi: vel quid dicemus quos audire non luiti: nisi ut nos ipsos plangamus super te dicentes: **Parce domine: parce? Qui forte fletum nostrum et gemitum exaudire dignetur: ut det tibi animam conuertendi ad ipsum denuo: ut rememores peccata tua dicendo: Quantis panibus mercenarium patris mei abundat: ego autem fame pereor? Surgam itaque et vadam ad patrem meum: et dicam illi: Pater peccauit in caelum et coram te: iam non sum digna yo-******

carum filia tua: suscipe me sicut unam ex ancillis tuis ut uiuam. **Quid si forte pro te occiderit vitulum illum saginatum? Zelans enim te: zelosus: desponsauit enim te uni viro virginem castam exhibere christo. Timeo enim ne sicut serpens eam seduxit astutia sua: sic tui sensus corum pantur et excidat a charitate quae est in christo iesu.**

Quomodo virgo intrare debeat in cubiculum et clauso ostio patrem orare ut det ei mentem bonam et intellectum: ut sciat quos sequi et quos vitare debeat: cum pulchra instructione de cauendis et agendis. Ca. III.

Ide ergo et caue de istis hominibus: ut mihi soror et domina nominer.

Intra in cubiculum: clauso ostio ora patrem tuum ut det tibi mentem bonam et intellectum: ut scias quos debeas sequi et quos vitare: quia multi sunt qui fingunt se esse quod non sunt: sed mentiuntur: et nescis quoniam de anima tua agitur: ne ducant te captiuam sicut bouem qui ad occisionem ducit: aut velut canem: ut alligetur. Ne festines sicut avis in laqueum. Audi me: remoue pedem tuum de illis: sede sedula in domo tua: operare manibus tuis quod bonum est: ut habeas unde communicare possis necessitatibus sustententibus.

Ora sine intermissione: ne facilis videaris in plateis. Certa bonum certamen: curre velocius ut comprehendas in quo comprehensa es a christo. Audiant te homines et letentur de bono animo: et de mente qua uiuis. Da elemosynam: et ecce omnia munda erunt tibi. Non te pigeat visitare infirmos. Ex his enim in dilectione firmaberis. Non iurabis omnino: neque pro ueritate neque pro mendacium: sed sit sermo tuus: est est: non non. Quod autem amplius est: a malo est. Gratias agere et noli peccare: Ad excusandas excusationes in peccatis: cum hominibus operantibus iniquitate. Humilia te filia ante dominum: quoniam deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Accede ad dominum ut illuminet te: et non erubescas in conspectu illius. Recede de uoluptate seculi et indue te constantia virtutis: Depone uelimenta huius seculi et indue te tunica perpetuitatis. Derelinque cibos istius seculi: et accipe tibi sancta sanctorum. Ademone rare sidrac: misit: abdenago et daniel recusasse carnes et uinum gentilium: et accepisse sibi olera et legumina. Ademone machabeas.

Ps. 138.

Ps. 2.

Luc. 15.

2. Cor. 11.

Matt. 6.

1. Thess. 5.

1. Timoth. 6.

Luc. 11.

Jacobi. 5.

Ps. 4.

Ps. 140.

1. Petri. 5.

Daniel. 1.

Liber ad virginem corruptam

propter carnes porcinas passam fuisse: et filios ipsius assatos vel frixos in oleo. Ambula filia in habitu sancto cum verecundia et sobrietate et gravitate: depone mēdacium: loquere veritatem cum proximo tuo. Ora filia sine intermissione: ieiuna frequent et da elemosynā: quoniam elemosyna a morte liberat et non patitur ire in tenebras. Adunus bonum est elemosyna: que purgat omnem sordem et squalorem. Beata eris: si hec omnia cum legeris facias. Zelare quod bonum est: ut quod malum est obliuiscaris. Benedicat te pater et filius et spūs sanctus: benedictione qua patres nostros benedicere dignatus est: abraham: isaac: et iacob. Ora pro me filia: quia et ego sollicitus sum de te: sicut scriptum est: Orate pro iniuicē. Frater frater adiuvās exaltabit. Exaltet te dominus in sanctitate et dilectione: sicut scriptum est: Qui diligit fratrem suum legem implevit. Impleat dominus omnes petitiones tuas. Præstet hoc tibi deus pater per iesum christum filium suum dominum et deum: regem: iudicem: salvatorem: redemptoremque nostrum: qui est benedictus cum spiritu sancto per omnia secula seculorum Amen.

Sancti Ambrosii episcopi liber ad virginem deuotam explicit.

Capitulorum libri ad virginem corruptam sancti Ambrosii episcopi: re-collecta annotatio.

De pro corruptione deo dicat virginis omnes boni conlugere debeant. Ca. I.

Inrepatio eiusdem corrupte et corruptorem admiserit. Ca. II.

De lesa corrupte conscientia: neque celum neque terram tute conuere audeat. Ca. III.

Qualem excusationem corrupte afferre soleant. Ca. IIII.

Que solita sint obseruari in velatione sacre virginis. Ca. V.

Quibus se defendere debeat refugijs virgo de stupro sollicitata. Ca. VI.

Quam diligentiam superior facere teneat circa virgines consecratas. Ca. VII.

Remedium adhibendum corrupte virginis. Ca. VIII.

Finis

Sancti Ambrosii episcopi liber ad virginem corruptam: In quo lapsus eiusdem ingenti dolore et detestatione deplorat: Felicitas incipit.

De pro corruptione deo dicat virginis omnes boni conlugere debeant. Ca. I

Audite me nunc

qui prope estis et qui longe: qui timetis deum et ecclesie eius gaudio congaudetis et tristitie conlugeris: sicut scri-

ptus est: Gaudere cum gaudentibus et flere cum flentibus. Vos inquam appello qui charitatem christi verissimam tenetis: et super iniquitatem non gaudetis: sed potius ingemiscitis: Aduertite verba oris mei: et an ex iusto dolore procedat iudicatio: et detecti sceleris qualitatez mecum pariter perhorrete. Virgo nobilis: dicata christo: sapiens: erudita: rupit in foueam turpitudinis: concepit dolorem et peperit iniquitatem. Se perdidit: et ecclesiam maculauit. Hinc omnis anima christiana graue vulnus excepit: quia sanctum datum est canibus et margarite missę sunt ante porcos. A rabidus enim hominibus nomen sceleratum est sanctitatis: et ab immundis et luteis preciosum sculcatum est propositum castitatis. Hinc estus animo meo: hinc insanus dolor: quia unum malum: bona plurima secum trahit: et vna nubecula peccatricis: pene totam lucem obscurauit ecclesie. Assumam ergo vocem prophetica: et flebiliter dicam: Audite me omnes populi: et videte dolorem meum: virgines mee et iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Vere hec est captiuitas: vbi anima a peccato captiua ducuntur ad mortem: et a diabolica dominatione possidentur.

Inrepatio eiusdem corrupte et corruptorem admiserit. Ca. II.

De te ergo nunc sermo sit: que caput horum et causa malorum es: que multipliciter misera cum gloria virginis tatis nomen etiam perdidisti. Hefas est enim susannam vocari non castam: non licet nominari quod non es. Unde incipiam: Quod primum quod vltimum dicam: Bona commemorem que perdidisti: aut mala defleam que inuenisti: Eras virgo in paradiso dei: vti que inter flores

Sancti

res ecclesie. Eras sponsa christi: eras templū dei: eras habitaculū spiritus sancti. Et cum dico totiens eras: necesse est vt totiens in- gemiscas: quia nō es qđ fuisi. Incedebas in ecclesia tanquā colūba illa de qua scriptū est: Penne columbe deargētatē: et postero- ra dorsi eius in pallore auri. Splēdebas vt argentū: fulgebas vt aurū: quando cuz sin- cera conscientia procedebas. Eras tanquā stella in manu domini: nullum ventuz: nul- lius belli nebulas pertimescebas. Quē ista subitanea conuersio? Quē ista repentina mutatio? De dei virgine: facta es corruptio sathane: de habitaculo spūs sancti tuguriū diaboli. Quē incedebas vt columba: nunc lates in tenebris sicut stellio. Quē fulgebas vt aurū propter virginitatis honorē: nunc vilior facta es luto platearū: vt etiam indi- gnoz pedib⁹ cōculceris? Quē fueras stella radiās i manu dñi: veluti de alto ruēs celo: lumē tuū extinctū ē: et cōuersa es i carbonē. **Quē lesa corrupte conscientia: neq; celum neq; terram tute contueri au- deat. Ca. III**

Et tibi misera: et iterū v: quē tanta bona propter parui tēporis luxuri- am perdidisti. Quā tibi spem apđ christum dñm reliquisti: cuius membra tol- lens fecisti membra meretricis? Quis te spi- ritus sanctus visitabit: cū euz repudiasti: qđ se qđ a cogitatōib⁹ sordidis lōge faciet? Sz veniamus ad humana: vt illa diuina noscā tur. Aspice quis sanctorū aut quē sanctarū tibi appropinare nōn horreat: aperi oculos tuos si potes: erige frōtē: vales aliquid san- ctorū fiducialiter intueri? Nōne tuā faciē cōscientiē commissum tāquā plumbum in- clinat et premit? Nōne tenebre ante oculos tuos et dura caligo versatur? Nōne timor et tremor animā tuam et mēbra quassant? Si ergo homines in carne cōstitutos et alicui⁹ forsitan delicti obnoxios nō potes intueri: tam graui cōfusiōe sepulta: Quid facies co- ram castis aplīs? Quid facies coram helia: danielē: et tantoꝝ exercitu pphetaz? Quid facies coram iohanne? Quid facies coram Maria: tecla: et agne: et immaculato thoro puritatis? Quid deniq; corā angelis scris: Nōne splendore et claritate immaculatoꝝ quasi fulminibus percussa cōbureris?

Qualem excusationem corrupte afferre soleant. Ca. III

Ambosij

Ed dictura es forsitan: Non potui sustinere: quia carnē fragilē circum- ferebaz. Respōdebit tibi beata se- clā cum suis innumerabilib⁹ socijs: Et nos eadē carne amictē fuim⁹: nō tamen plenuz ppositū castitatis nostre aut fragilitas car- nis potuit mutulare: aut seuitia tyrannoꝝ p varia tormenta potuit deicere. Reuera nō potest caro ante corrūpi: nisi mens fue- rit ante corrupta. Remanebit qđ in crimine aīa quē carnē pcedit in voluptate. Sed di- cis: Nōlui hoc malū: sed violētiā passa sū. Respōdebit tibi fortissima illa susanna cu- ius tu nōmen fallaciter baiulas. Ego etem inter duos presbyteros posita: inter du- os vtiq; iudices populi: inter siluas paradī si sola cōstitutavinci nō potui: qz nec volui. Tu ab vno ineptissimo adolescente et i me- dia ciuitate: quomodo vim potuisti pferre: nisi quia vltro voluisti violari? Quis deniq; tuas voces audiuit? Quis oblectatio- nes sensit? Ut autē hec omittā: certe p illā tā violētiā pdere scelus si nō alijs vlt parē tibus vel tuis sororibus debuisti. Esset enī excusatio infelicitatis: eēt cōscientiē plena purgatio: si hostē pudicitie tuę deduxisses in publicū. Sz erubuisti forsitan ne te vio- lata multi cognoscerent. Et quid timuisti vbi nō erat timor: nisi vt tacendo crimen cū adulterio scpius sociares? Esto autē: pudor phibuit cōfiteri. Quid de secūda cōmixtio- ne dicis? Quid de tertia? Quid de frequē- ti cōmertio feditatis? Cesset: cesset tā violē- tiē figmētū: cesset ruboris augmētū vbi to- tiens mēbra illa dicata xpo scelesti mechō tuis viscerib⁹ pollūēda p̄buiisti. Horret: hor- ret anim⁹: mens tabescit: cū ad aditū sceleris peruenitur. Nam et medicus quīs foris sit animo: tamē cū altius secat vuln⁹: puto ex parte aliqua sustiebit horroꝝ. Iheu per- dita: iam ne intelligis oēs vias excusatiōis omnimodis clausas? Jam ne sentis: quā- tū tibi malū et in carne et in anima nefaria li- bido cōtulerit? Nō istā cōfusiōne de te tuus expectauerat pater: qui te sibi singularem gloriā cōputabat. Nō hunc luctuz et has lachrymas ex te sibi nasci tua crediderat ma- ter: quē partus sui gemitū per tuā virgini- tatem consolabatur. Nō fratres tui: nō soro- res hoc ex te dedec⁹ expectabāt: quos oēs quasi vno gladio tui sceler⁹ grauitē saucia sū. Si fuisses cōmuni sorte defuncta: fessēt

Liber ad virginem corruptam

te modicum propter desiderium parentes: sed exultassent granditer quia immaculatam pmiserant virginem: hostiam viuam: domio propitiatricem suorum videlicet delictorum. At nunc plangunt mortuam et non mortuam: lugent viuam et non viuam. Abortuam utique gloria virginis: viuam dedecore turpitudinis. Ingratus est pater suis visceribus de quibus nata es: maledicit suo utero mater ex quo in hanc lucem infeliciter processisti. Nec tamen modum suo dolori reperiunt: nisi hoc solum plane vident habere solatium: quia te nec pater compulit nec mater coegit: ut virginitatem profitereris quam vltro et propria voluntate professa es. Nam scio cum multas difficultates tibi tuus genitor proponeret: cum arduum esse iter seruandae virginis ingereret: te non solum pertinaciter perstitisse: sed etiam reuelationes tibi datas dixisti terribiles. In quantum tibi ergo sperabant mercedem ex eo quod non tuo proposito resisterunt: intantum tibi intellige misera pondus iudicij crescere: quia non seruasti quod vltro permisisti. Quibus te spinis serpens ille nequissimus obliuiscit: Quibus te venenis infecit ille qui eam decepit: ut tanta te cecitate percuteret: tanta anime tue faceret obliuionem.

Que solita sint obseruari in velatione sacre virginis. Ca. V

Quoniam es memorata diei sancte dominice resurrectionis: in quo diuino altari te obtulisti velandam. In tanto itaque solenni conuentu ecclesie dei: inter lumina illa splendida: inter candidatos regni celestis quasi regina regi nuptura processeras. Non es memorata qualis allocutio facta est illa die ad te: Aspice filia et intueri et obliuiscere populum tuum et domum patris tui: et concupiscet rex decorum tuum: quia ipse est dominus deus tuus. Aspice ergo quantum ad spiritum tuum et domini nuptias conuenit populus. Seruare te oportuit fide: quam sub tantis testibus pollicita es: semper cogitare cui virginitatem spoponderis. Facilius te oportuit sanguinem cum spiritu fundere: quam perdere castitatem tuam. His tunc in illo die consecrationis tue dictis: et multis supra castitatem tuam preconibus: sacro velamine tecta es: ubi omnis populus dotem tuam subscribens: non atramento sed spiritu: pariter clamauit: amen. Vinco: lachrymis cum hec recordor: copulorum stimulis cum hec exempla considero. Nam si

Ps. 44.

inter decem testes confectis sponsalibus: nuptiis consummatis: queuis viro femina coniuncta mortali non sine magno periculo perpetrat adulterium: quod putet fore si innumerabiles testes ecclesie: coram angelis: exercitibus celi facta copula spiritualis per adulterium soluitur. Nescio an possit ei digna mors an pena cogitari. Dicit aliquis: Adulterius est ergo nubere quam viri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet: ad non velatam. Ceterum que se spondit christo et sanctum velamen accepit: iam nuptiam immortalium iuncta est viro. Et iam si voluerit nubere communi lege coniugum: adulterium perpetrat: ancilla mortis efficitur. Si hoc ita est: quid de illa dicendum est que occulta et furtiua turpitudine concupitur: et fingit se esse quod non est: habitu virgo: facta non virgo. Bis adultera: et in actu et in aspectu.

1. Cor. 7.

Quibus se defendere debeat refugius virgo de stupro sollicitata: Ca. VI.

Ad ad te iterum redeo: que obliuionem tantorum passa bonorum: receptaculum tantorum malorum facta es. Quomodo tibi in actu illo ignominioso non venit in mentem habitus virginis: processus in ecclesiam inter virgineos choros: Quomodo oculos tuos non perstringebat lux vigiliarum: Aures tuas si penetrabat hymnorum spiritualium cantus: Ad mentem tuam non ventilabat lectionum celestium virtus: hinc vel maxime clamante apostolo: Fugite fornicationem: quia omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est: qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Et cum dicit: In corpus suum: tamen in christo eum peccare demonstrat. Nam subiungit: Non estis vestri. Empti enim estis precio magno: glorificate et portate deum in corpore vestro. Et iterum dicit: Fornicatio autem et omnis immundicia nec nominetur in vos sicut decet sanctos. Et seposita omni adulatione sententiam figit apostolus: hoc inquit scitote intelligentes: quia omnis fornicator: aut immundus: aut auarus non erit heres in regno dei. Hec tanta et tam terribilia non tibi veniebant in mentem: cum ad illud opus nefarium tua membra peterentur: Sed mortifera te obliuio tanquam in gurgitem altissimum demergebat: et quasi captiuam execrabilis libido ducebat. Nonne vel illum locum tabulis separatum in quo in ecclesia stabas recordari debuisti: ad quem religiose matronarum

1. Cor. 6.

Ep. 4.

7 nobiles certatim currebant: tua oscula pe-
tentēs: quę sanctiores 7 meliores te erant?
Nonne illa p̄cepta quę oculis tuis ip̄e
scriptus paries ingerebat: recordare debui
1. Cor. 7. **Diuisa est mulier 7 uirgo quę non est nu-
pta: cogitat quę domini sunt: quomodo sit
sancta corpore 7 spiritu: Tu autē in contrari-
um uertens dictum: ita cogitans: ita agēs:
ut nec corpore esses sancta nec spiritu. Cor-
pore quidem fornicando: spiritu autem vir-
ginitatem mentiēdo. Proh nefas: solet fa-
ma subsequi factū: tua autē ad malū fama
p̄uenit. Nam cum ante triennium rumor
quidam 7 susurratio de te fuisset: tu sincer-
itatem p̄tendebas: uindictā de maledicis
in ecclia postulabas publice. Quos estus
ego sustinui? Quos pater tuus pro tua su-
stinuit opiniōe labores: req̄rentēs singulos:
singulos astrigētes: ut ad auctore infamie
ueniremus. Graue enī erat nobis 7 intole-
rabile de dei uirgine: uel turpe aliqd dici uel
credi. Nec hoc uerita es: nec ante oculos ha-
buiti: ne uenires inimicis tuis in gaudiū:
7 eos haberes infensos qui pro tua opinio-
ne laborabant. Adultum audax: multū te-
meraria: ut te p̄scientia tua non terreret: si-
mulata uirginitate: putares te etiam deum
posse decipere. Sed ille q̄ dixit: Nihil occul-
tum qd̄ nō reueletur: Et vos inquit fecistis
in occulto: ego autē i manifesto uos faciaz.
Ille q̄ nō mentit̄: furtiuū scelus deduxit in
publicum: 7 in cōspectu solis hui⁹ tenebra-
rum uestrarum opera denudauit. Quic-
quid p̄tēdit sermo crudeliora occurrunt:
7 cupiens moderari nō inuenit modū. Ob-
lita es propositum: oblita parentes: oblita
es ecclesiam: oblita gloriā dignitatē tuę:
oblita honorem uirginitatis: etiā oblita p̄-
missionē regni: oblita iudiciū terribile: am-
plexa es corruptionē: protulisti fructū con-
fusionis: sine uero mortē sequissimā 7 interi-
tum sempiternum.**

**Quā diligentiaz superior facere
teneatur circay uirgines cōsecratas.
Ca. VII**

T certe nō habes qd̄ de nostra ne-
gligētia conqueraris. Quo dēuq̄
enī ad officium pastoris pertinet: 7
tibi 7 omnibus nō negatū est. Dilectio spi-
ritalis adhibita: cōmonitio facta nō desijt.
Oblita domum patris tui: ut scriptum est:
qd̄ monasterium uirginale trāstisti: Nō di-

co tuta eē debueras inter tot posita si uolu-
isses: sed etiam tutelam alijs p̄stare potu-
isses. Sed frustra hęc 7 alia p̄ouisa sunt.
Hymnum uirginitatis exposui: quo 7 glo-
riam p̄positi 7 obseruantiam pariter de-
cātātes: Seminaui sec⁹ uiam: seminaui in
spinis: seminaui in petrosa. Aut enī ex cor-
de tuo uerba mea uolucres: id est demones
rapuerūt: aut malis tuis cogitatiōib⁹ suffo-
cata sūt: aut aruerunt nimio estu libidinis.
Heu me quia ubi putauī edificare aurū: ar-
gentum: lapides preciosos: inuētus suz li-
gna: fenum: stipulam: arsuras materias la-
borasse. Dicam 7 ego scōm prophetā: Heu
me quia factus sum sicut qui colligit stipu-
lam in messe. Equidem si tibi sola dānum
fecisses: erat quidez tristitia: sed forsitan to-
lerabilis: Nunc uero quantas animas tuo
scelere sauciasti: quātas animas propter te
de proposito suo penitere fecisti? Quāta la-
bia etiā fidelium inquinata sunt: uiam dñi
blasphemando? Aperuit in nos gentilitas
os suū aduersus sanctam eccliaz. Synago-
ga iudeorum per tuum dedecus exultauit.
Nō si is qui unū scandalizauerit: mola cir-
cumligatus iactari debet in mari: quid de
te pronūcias per cuius scel⁹ omnis anima
sauciata est: 7 nomen domini in gentibus
blasphematū est? Nōne quotiens dicis: O
uirgines: totiens tibi cumulus iniquitatis
augetur? Facies ecce vulnerata: Facies ecce
prostrata.

**Remedium adhibendum corru-
pte uirgini. Ca. VIII.**

Cupio prodesse: s̄ subuenire nō pos-
sum: quia totum caput in dolore: 7
totum cor in mestitia ē: a pedibus
usq̄ ad caput: sicut ait esaias. Nō est mala-
gma imponere: Infirmitas tua: omne hu-
manę medicinę exclusit auxiliū. Et licet taz
boni q̄ mali iusta indignatiōe permoti: te
omni depopulatiōe dignā: omni tormēto-
rum genere discriuiatā iudicēt morte mul-
tandā: aut ignib⁹ extrendā: Ego tamē qui
scio grauiora facinorosis seruari tormenta:
7 sine fine impias aias cruciat⁹ manere: nō
temporales utiq̄ sed p̄ternos: alijs te uolo
cruciatibus affici p̄futuris: utiq̄ nō aiam
perdituris. Ego secūdu diuinā sententiam
dabo cōsiliū. Solū enī 7 unūcū tēptandū
ē remediū: illud qd̄ dīna uox p̄ ezechielē mi-
seris porrigit: Nolo inqt̄ mortem peccātoris: Ezech. 33.

Matt. 10.

Matt. 11.

Ezech. 33.

In corruptorem virginis obiurgatio

Hier. 8.

Et tantū vt conuertatur et viuat. Et iterum: Post hec inq̄t dixi: Conuertere ad me: nūq̄d resina nō est in galaad: aut medic⁹ nō ē ibi? Quare nō ascēdit sanitas filię populi mei? hec vtiq; dicta penitentiā sapiunt: hęc sententię dei vocant ad penitentiā peccatores. Penitudo em̄ necessaria ē: sicut vulneratis sūt necessaria medicamina. Sed quāta putas et qualis necessaria penitentiā: quę aut equet crimina: aut certe excedat? Uide ergo si simplex hoc peccatū adulteri; ē: an duplex sit per illam necē quę facta dicit̄ in occulto: et scđm cōscientię molē exhibenda est penitentię magnitudo. Penitentiā ergo nō verbis agenda ē: sed et actu. hec autem sic agit: Si tibi ante oculos ponas de quanta glia rueris: et de quo libro vite nomē tuum deletum sit: et si te iam credas prope ipsas positam tenebras exteriores: vbi erit fletus oculorū et stridor dentium sine fine. Cum hec certa fide sicut est animo cōceperis: quia necesse est p̄uaricatricē animā tartareis penis et gehennę ignib⁹ tradi: nec aliud remediū cōstitutū eē post baptisimū q̄ penitentię solatiū: quantūuis afflictionē: quantūuis laborē et indecorē subire. Esto cōtenta: dūmodo ab ęternalib⁹ penis libereris. Ergo hec tu tecū cogitās: et mēte retractās: pprii facti tu ipsa iudex esto crudelior. Imp̄mis ois cura vite hui⁹ interimēda tibi ē: et quass mortuā te existimās sicut es: quō possis reuiuiscere cogita. Deinde lugubris tibi accipiēda est vestis: et mens ac membra singula digna castigatione puniēda. Amputentur crines: qui per vanam gliam occasionē luxurię prestiterunt. Desfluant oculi lachrymas qui masculū simpliciter nō aspexerūt: Palleseat facies: quę quondā viruit impudice. Deniq; totū corpus incuria maceret: cinere aspersum et opertum cilitio perhorreseat: qz male sibi de pulchritudine placuit. Cor vero sit liquefēs sicut cera: ieiunijs inquietans seipsū: et cogitationib⁹ ventilans quare sit ab inimico subuersū. Sensus etiā crucietur: quia in membra corporis cum haberet dominationem: malo cessit imperio. Talis vita: talis actio penitentię si fuerit perseverans audebit sperare: et si nō gloriā: certe penę vacationem. Dicit enim deus: Conuertimini ad me et conuertar ad vos. Conuertimini ex toto corde vestro: in ieiunio et fletu et in plāctu: dirumpite corda ve-

Jobel. 2.

stra et nō vestimentū: quoniam pius et misericors sum. Sic conuersus magn⁹ ille dauid iustificatus est. Sic ninive peccatrix illa ciuitas incumbentez sibi euasit interitū. Peccator ergo si sibi ipsi nō peccerit: a deo illi parcitur. Et si futuras penas gehennę perpetuas in hoc paruo vite spatio cōpensauerit: seipsum ab ęterno iudicio liberat. Grandi plage: alta et proluxa opus est medicina. Grande scelus grādē habet necessariā satisfactionem. Nam nō est dubium leuius esse crimen: vbi peccatū suū vltro hō confitetur et penitet. At vbi celans mala sua inuitus detegitur et nolens publicatur: illud grauius scelus est: qđ tibi vtiq; prouenisse negare nō poteris. Et ideo fortius est dolendum: quia peccatum est fort⁹. Si mēte cernerent homines peccatores quale iudiciūz imminet mundo: sensus humanus nō dispergeretur vanitate sculari: si non infidelitate grauaret. Quantūuis et qualēuis cruciatum longior vita duceret optarent: dūmodo in illas penas ęterni ignis nō incurrerent? Sed tu quę iam ingressa es agonez penitentię: insiste misera fortiter: inhere tāquā naufragus tabule: sperans per ipsam te de p̄fido criminū libari. Inhere penitentię vsq; ad extremum vite: nec tibi p̄sumas ab humano die posse veniā dari: quia decipit te qui hoc tibi polliceri voluerit. Que enim proprie in dominum peccasti: ab illo solo te conuenit in die iudicij expectare remedium.

Sancti Ambrosij epi liber ad virginem corruptam explicat.

Sancti Ambrosij epi in corruptorem virginis dura obiurgatio: et vt ad penitentię remedium recurrat consultatio.

Et te autem fili ser

petis: minister diaboli: violator templi dei: qui vno scelere duo crimina perpetrasti: Adulteriū vtiq; et sacrilegiū.

Sacrilegiūz plane: vbi vas christo oblatū: domo dedicatū: demēti temeritate polluyisti. Balthasar ille rex persarum qui in vasis dñi q̄ de tēplo hierosolymis fuerat a patre

Daniel. 5.

Sancti

Ambrosij

et ablata bibere cum suis amicis et concubinis
 usurpauit: ipsa nocte angeli manu percussus
 crudeli morte punitus. Quid de te arbitra-
 ris perdere pariter et perditorem: qui uas roabile
 consecratum christo: sanctum spiritu sancto im-
 pie temerasti: polluisti sacrilege et tui propo-
 siti in memoriam: et iudicij diuini contemptor. Ahe-
 lius enim fuerat omnino te non esse natum: quod sic
 natum ut te sibi gehenna proprium filium uedica-
 ret. Et licet ipsa conscientia sceleris te agat per
 diuersa precipites: Fugit enim impius nemi-
 ne persequente se: licet te dure imagines pec-
 cati dormientem quoque perterreant: non solum
 vigilantem: Tamen ne quid a pastore etiam ouis
 morbidę uel morture medicaminis dene-
 gatū sit deo consilium: Petas ultro carcerem
 penitentię: obstringas catenis uiscera: ani-
 mam tuam gemitibus ieiunijque discrucies: san-
 ctorum petas auxiliū: iaceas sub pedibus ele-
 ctorum: ut non per cor impenitens thesaurizes
 tibi iram in die iusti iudicij dei qui reddet sin-
 gulis secundum opera sua. Nec te in eorum nu-
 mero constituas: quos luget paulus: Qui an-
 te peccauerunt et non egerunt penitentiam super
 imundicia et fornicatione et libidine que gesse-
 runt. Nec tibi de multitudine peccantium si-
 miliū blandiaris et dicas: Non solus ego
 egi: multos habeo socios: sed recogita: quod
 multitudo sociorum impunitatem non facit cri-
 minū. Nam sodoma et gomorra in totis quin-
 que ciuitatibus innumerabiles utique habita-
 bant populi: et omnes pariter qui libidino-
 se corpora sua tractauerunt: igneis imbribus
 conflagrati sunt: Solus autem loth de illo in eu-
 tabili incendio euasit: quod ab illa turpitudine
 se alienum prestiterat. Exclue ergo uel nunc
 infelix de corde tuo blandimenta serpentis:
 et luctu et fletu continuo dum in corpore tuo
 immundo anima illa tenebrosa uersatur: re-
 medium tibi in die necessitatū acquirere: sem-
 per ante oculos tuos habens apostoli sen-
 tentiam: Quia omnes nos oportet manife-
 stari ante tribunal christi: ut referat unusquisque
 propria corporis sui secundum quem gessit siue
 bonum siue malum.

Finis

Sancti Ambrosij episcopi ad vir-
 ginem corruptam ut lamentum accipi-
 at: et cum cordis compunctione in con-
 spectu dei iudicis fundat: et sic pro
 admisso crimine fatissat: conso-
 latoria exhortatio.

Dis consoletur Threbat.

Q

te uirgo filia sion: quia ma-
 gna facta est sicut mare con-
 tritio tua. Effunde sic aquas
 cor tuum ante faciem domi-

ni: Extolle ad eum manus pro remedio anime
 tue et peccatorum tuorum. Accipe igitur lamen-
 tum: Et primum quidem nullo die quinquagesimus
 psalmus intermittat: quod in negotio
 tali cantatum est. Et usque uersiculū illud: Cor
 contritum et humiliatum deo non spernit: cum
 lacrymis gemitusque percurrēs: Insuper etiam
 hanc lamentationem non sine compunctione cor-
 dis in conspectu dei iudicij funde. Quis da-
 bit capiti meo aquam et oculis meis fontem
 lacrymarum: ut defleam vulnera anime
 mee? Conuersi sunt dies festi mei in luctus:
 et cantica in lamentationem: recessit sonus
 hymnorum et leticia psalmodiarum: et successit stridor
 dentium et fletus oculorum. Obmutui et hu-
 miliata sum et silui a bonis: et dolor meus
 renouatus est. Locutus est cor meum intra me:
 et in meditatione mea exardescet ignis. Ti-
 mor et tremor uenerunt super me et contexerunt
 me tenebre: Abyssus circumdedit me: postremo
 morsit caput meum in fissuras montium.
 Heu me quia facta sum sicut sodoma et gomorra.
 Robusta sum: quis miserebitur cineres
 meos? Durius offendi quam sodoma: quia
 illa legem nesciens dereliquerat: ego autem
 accepta gratia peccaui in dominum. Si
 homo peccet in hominem: erit qui interueniat:
 Ego que peccaui in dominum: quem propitiatorem
 inueniam? Cœcepi dolere: et peperi iniquitatem.
 Lacum aperui et effodi eum: et incidi in foueam
 quam feci: Ideo conuersus est dolor meus in
 capite meo: et in vertice meo iniquitas mea
 descendit. Immundicia mea ante pedes meos:
 non fui memor nouissimorum meorum: et cecidi
 miserabiliter: nec est qui consoletur me. Quod
 quam acerbus fructus luctus: amarior felle:
 crudelior gladio. Quo modo facta sum in
 desolationem? Subito defeci: peri propter
 iniquitatem meam: uelut e somno exurgens:
 ideo in ciuitate domini uilificata est imago
 mea. Deletus est de libro uitę nomen meum:
 facta sum sicut noctua in domicilio: sicut
 passer unicus in edificio: non est qui
 consoletur me. Considero a dextris et
 uidebo: et non est qui agnoscat me.
 Periit fuga a me et non est qui requirat
 animam

Prover. 28.

Ro. 2.

2. Cor. 12.

1. Cor. 5.

Hier. 9.

Ps. 38.

Ps. 7.

Ps. 106.

Ps. 144.

Ad virginem corruptam exhortatio


Ps. 30. meā. Facta sū sicut vas perdituz: qm̄ audi-
ui vituperationē omniū circa me habitan-
tium. **Te** dici illi in quo me infelix vterus
genuit: et lux ista crudelis excepit. **S**oportue
rat me poti⁹ nō fuisse natā: q̄ sic i gētib⁹ fa-
bula fierē. **P**ropter me cōfusio et impropri-
um factū ē omnib⁹ famulis domini: et eū di-
gne colētib⁹. **L**ugete me mōtes et colles: lu-
gete me fōtes et flumina: qz sicut filia ego sū.
Lugete me bestię siluarum: reptilia terre: et
volucres celi: et omnis anima que vita frue-
ris. **N**am vos beatę ferę et volucres quibus
nullus metus de inferis: neq; post mortem
reddenda est ratio: nos manet pena crude-
lis tartari: qui habentes sensum delinqui-
mus: et ideo nō est pax peccatorib⁹. **A**heum
ē peccatū: mea iniquitas. **N**ō sūt similia of-
fensa hominū: qz horribil̄ hec impietas est:
carne pollicita seruare virginē et castitatem
professa publice mentita sūz domino: ideo
nō est mihi fiducia inuocandī dñm̄ altissi-
mū: quia obstructū est os delinquentium.

Ps. 72. Nam meū malū ppheta cecinit: **Q**ui elō-
gant se a deo peribunt: disperdit omnē for-
nicantē a se. **E**t iterū: Adhesit anima mea
faucibus meis: et in puluerem mortis dedu-
cta sum. **V**erūtāme clamabo ad dominum.
cum adhuc tempus est: dū datur spatium: qz
in morte nō est memoria: et in inferno nō est

Ps. 37. confessio. **D**omine ne i ira tua arguas me
neq; in furore tuo corripas me. **Q**uoniam
sagittę tuę infixę sunt mihi: et nō est sanitas
in carne mea a vultu irę tuę. **N**ō est pax ossi-
bus meis a facie irę tuę: **Q**uoniam iniquita-
tes meę superposuerunt caput meum: sicut
onus graue grauatę sunt sup me. **C**ompu-
truerunt et deteriorauerūt cicatrices meę: a
facie insipientię meę. **A**diferijs afflicta sum
vsq; in finem: rugio a gemitu cordis mei.
Cor meū cōturbatum est intra me: dereliquit
me virtus mea: et lumē oculoꝝ meoꝝ et ipsū
nō est mecum. **D**eus repulisti me et destruxisti
me: ostēdisti mihi dura: potasti me vino cō-
punctionis: expulsa sū ab oculis tuis: iam
nō adiciā vt respiciam ad templum sanctū
tuū: et facta sum i exterminio. **Q**uę utilitas
in sanguine meo: dum descēdo in corrupti-
onē? **N**ūquid mortuis facies mirabilia: aut
medici suscitabūt? **T**uus sermo est tua pro-
missio est: **N**olo mortē peccatoris sed con-
uersionē vt possit viuere. **A**d te deus meus
conuersio: quia solus potes renouare oīa:

et ab inferis animas reuocas. **T**u solus cō-
peditos: tu deus elisos erigis: cecos illumi-
nas: mortuos suscitās. **E**rraui sicut ouis
perdita: require famulam tuam: ne lupus
crudelis glutiat me. **M**ulti dicunt anime
meę: nō est salus illi in deo ei⁹. **S**ed tuū cō-
siliū tecum est. **Q**uot sūt dies famule tuę:
quādo facies mecum iudicium? **D**efecit in sa-
lutari tuo anima mea: defecerūt in lachry-
mis oculi mei: effusa est i terra gloria mea.
Quādo respiciens restitues animā meam?
Propter iniquitatem corripuisti me: et tabe-
scere fecisti sicut araneā animā meam. **A**de-
mento domine q̄ puluis sūz: vide humili-
tatē meā et laborē meū: et remitte omnia pec-
cata meā. **R**emitte mihi vt refrigerer prius:
quā abeam et ampli⁹ nō ero: nec in inferno
erit cōfessio. **P**otens es domine dirumpe-
re vincula mea quib⁹ ligata sum atq; cōstri-
cta: qui raab sordidā nō aspernatus es. **I**ra
tuā dñe aufer a me: qz peccaui tibi crudeli-
ter: donec iustifices causā meā et educas me
in lumine deus virtutum. **D**a penitentię ef-
fectū: confessionis perseverantiā: ne me in-
duret deceptor anime. **H**oc mihi donū: hęc
mihi gratiā de tuo fonte prestari cupio de⁹
vt in eternum tibi confitear: **Q**ui viuīs et
regnas in trinitate in secula seculoz: **A**mē.

Finis.



Sermonū sancti Ambrosij Mediolanensis episcopi: iuxta ordinē temporū quibus cōgruunt: breuis annotatio.

De grano sinapis. sermo. I.
Item de grano sinapis. II.
De psalmo vigesimoprimo. III.
De camelo. IIII
De simile sit regnū dei fermento. V.
De margarita. VI.
De eo quod scriptū est: Reddite quę dei sunt deo: et de militantibus. VII.
De sabbato quo dñs mansū aridā curauit. VIII.
De vnitare caritatis. IX
De eo quod scriptum est: Quis malorū est in regno celorum. X.
De mirabilibus. XI.
De natali domini. XII.
Item de natali domini. XIII.
Item de natali domini. XIII
Item de natali domini. XV.
Item de natali domini. XVI.
Increpatio de calendis ianuarijs. XVII.
De sancta epiphania. XVIII.
Item de sancta epiphania. XIX.
Item de eodem. XX.
Item de die sancto epiphantię. XXI.
Post epiphaniā. XXII.
De quadragesima. XXIII.
Item de quadragesima. XXIII.
Item de quadragesima. XXV.
Item de quadragesima. XXVI.
De ieiunijs. XXVII.
Exhortatio ad plebē: et de eo quod scriptū est in euangēlio: Sicut fulgur coruscans de celo: ita erit aduētus filij hoīs: et de duob⁹ i lecto vno. XXVIII.
Item de eodem. XXIX.
De elemosyna. XXX.
Item de elemosyna. XXXI.
De hospitalitate in euāgelio. XXXII.
In tēpore ieiunij nō luxuriandū esse. XXXIII.
De quadragesima. XXXIII.
De ieiunio domini in deserto: et quomodo nō in solo pane viuit homo. XXXV.
Item de quadragesima. XXXVI.
Item de quadragesima. XXXVII.
Item de ieiunijs et quadragesima. XXXVIII.
De ieiunijs et elemosynis. XXXIX.
De ieiunijs niniuitarū. XL.
De gratia baptismi. XLI.
De hostibus carnalib⁹ nō metuēdis: et post cibum gratias deo referri debere. XLII.
Item de eodem. XLIII.
De sancto latrone. XLIII.
Item de eodem sancto latrone. XLV.
De penitentiā petri apostoli. XLVI.
De fide petri apostoli. XLVII.
De sepultura domini. XLVIII.

De accusato dño apud pilatū: et dñs susanna. XLIX
Item de eodem. L.
De iuda scarioth. LI.
De die sancto pasche. LII.
De innouatione fidelij. LIII.
Item de innouatione fidelij. LIII.
De cruce christi. LV.
Item de cruce christi. LVI.
De sepulchro dñi nostri iesu christi. LVII.
De Maria magdalene. LVIII.
De eo quod scriptū est in actibus apostolorū: Et erāt eis omnia cōmunia. LIX.
De auaricia et annania. LX.
De festo pentecostes: et de ps. cētesimonono. LXI
Item de pentecoste. LXII.
Item de pentecoste. LXIII.
De natali sancti Johānis baptiste. LXIII.
Item de natali sancti Johānis baptiste. LXV.
Item de Johāne baptista. LXVI.
De natali scōrū apōstōrū Petri et Pauli. LXVII.
Item de natali sanctorū apōstolorū Petri et Pauli. LXVIII.
Item de natali sanctorū apōstolorū Petri et Pauli. LXIX.
De natali sancti Eusebij vercellens episcopi. LXX.
Item de depositione sancti Eusebij. LXXI.
De natali scī Laurētij leuitę et martiris. LXXII.
De natali sancti Cypriani. LXXIII.
Item de sancto Cypriano. LXXIII.
De natali martyrum. LXXV.
In natali sanctorum Cantii: Cantiani et Cantianile. LXXVI.
De natali sanctorū martyrum. LXXVII.
De natali sanctorū Octauij: Aduenticij et Solutoris tauricorum. LXXVIII.
De eo quod propheta ait ad filios israel: Caupones vestri miscent aquā vino. LXXIX.
De eo quod dicit dñs in euangēlio: Culpes foueas habent. LXXX.
Increpatio ad plebem: et de eo quod ait dñs: Qui habet dabitur ei: et cantauimus vobis: et non saluati. LXXXI.
De eo quod scriptū est in euāgelio: Dominis cuiusdā diuitis yberes fructus ager attulit. LXXXII.
De defectione lune. LXXXIII.
Increpatio ad pplm de absentia sua. LXXXIII.
Post increpationē solatio ad pplm. LXXXV.
De barbaris nō timendis. LXXXVI.
Item de eodē. LXXXVII.
De sancto propheta Heliseo. LXXXVIII.
De bellico tumultu. LXXXIX.
De dedicatione basilicę. XC.

Sermo

Sancti: deuoti: disertissimiq; ec-
clesie doctoris Ambrosij Mediola-
nensis episcopi: Opus sermonu iu-
sta tempora ac dies qbus conueni-
unt distributoruz: cunctis gregem
christi docere z comonere cupienti-
b' plurimu vtile: Feliciter incipit.

De grano sinapis.

Abenter nos

predicare gratant opus
dei facere manifestum
est: Sed cum videmus
plures e fratrib' pigri'
ad eccliam couenire: et
dominicis p'cipue die-

bus minime celestib' interesse mysterijs: p-
dicamus inuiti. No quo nos pigeat loqui:
s qz negligentiores pdicatio nra gnet pon'
no emender: Ideo inuiti loquimur z tacere
no possum'. Predicatio eni nostra in plebe
aut regnu operat aut pena: regnu credul'
pfidis penam. Quisquis eni frater domini-
cis no inest sacrament: necessario apud deu
castror desertor est diuinor. Nam quomo
se excusare pot qui sacramentor die prandiu
sibi domi pparas: prandiu celeste ptemnit:
et ventris cu ra facies: aie sue negligit medi-
cina: Dicit dñs in scro euagelio: sicut lectio
decurfa testat: Lui simile e regnu dei: z cui
simile illud existimabo: Simile est grano si-
napi qd acceptu homo misit in hortu suu:
z creuit z facta est arbor: z volucres celi qui-
euerut in ramis ei'. Abouet fortasse sensus
vestros: cur regnu dei tam pclaru atq; tam
magnificu grano sinapi exiguo coparet: z
spei nre tam grande solatiu rei vilissime sise
esse dicat: p'sertim cu alibi idem dñs disci-
pulis suis dicat: Si habueritis fidem sicut
granu sinapi: diceris huic monti: tollere z
iactare in mare. Igit si fides mira est q pot
ab ipsis sedib' montiu fundameta transfer-
re: necessario g et granu sinapi magnu est:
ad cui' similitudinez fidem h're copellimur.
Abagnu aut dixerim: no specie sed vtrute et
fidei qualitate: no oleri coprandu sed vigo-
re acrimonie cogquand. Ma si diligent in-
tendam: inuenimus recte a dño hanc silitu-
dinem comparata. Sicut eni granu sinapi
prima fronte specie sui e paru: vile: despe-

etum: no saporem p'stans: no odorem circū-
ferens: no indicans suauitate: z vbi teri ce-
perit statim odorez suu acrimonia exhibet:
cibum flamei saporis exhalat: z tanto feruo-
ris calore succendit: vt miru sit in taz fruo-
lis granis tantu igne fuisse pclusum. Luius
etiam seminis cibum hoies hyemis p'cipue
tepoze magna p suauitate p'cipiunt: quate-
nus repellant frigora: humores egerant: vi-
scerum interna calefaciat. Sepe etiā ex hoc
capiti adhibet medicina: vt si qd inualidu:
si qd egrotuz fuerit: sinapis igne curet. Ita
ergo z fides christiana pma fronte videt esse
parua: vilis z tenuis: no potentia sua osten-
dens: no supbiam p'ferens: no gram submi-
nistras: At vbi diuersis tentationib' teri ce-
perit: statim vigore suum pdit: acrimoniaz
indicat: calore dñice credulitatis aspirat: et
tato diuini ignis ardore iactat: vt z ipsa fer-
ueat z p'cipatez sibi ardere copellat: Sicut
in sancto euangelio: amaon z cleophas di-
xerut: duz cu ipsis post passionē dñs loque-
ret: No ne cor nrm erat ardes i nobis i via:
dum aperiret nobis dñs Iesus scripturas:
Ergo granu sinapi membroz viscera cale-
facit: fidei aut vigor cordium peccata cobu-
rit. Et illud qdem asperu algoze frigoris re-
mouet: hec autē delictoru diabolicu frigus
expellit. Sinapis iniq; huozes decoqt cor-
porum: fides aut libidinu fluenta cosumit.
Et p illud medicina capiti procurat: p fidez
aut spuale caput nostru qd est christus dñs
sepius refouet. Sed z fidei iuxta coparatio-
nez sinapi sancto odore pfruiuntur: sicut ait
beatus ap'ls: Quonia christi bonus odor
sumus deo. Igit sanctu martyrem Laurentiu
grano sinapi possum' compare: q di-
uersis attrit' passionib' p totu orbem gram
meruit sui fragrare martyri: q antea p'stitu-
tus i corpe erat huilis: ignor' z vilis: postea
q; veratus: lacerat': exustus est: vniuersis p
totu mundu ecclesijs odore sue nobilitatis
infudit. Recte igit huic compatio copulat.
Si qdem granu sinapi cu teri accenditur:
Laurentius cu patie inflamat. Illud feruo-
rem attritionis sue euomit: h igne plurima
veratiōe suspirat. Sinapis: in qua: vasculo
calido vapore decoquit: laurenti' in craticu
la flammaz igne torretur. Ardebat itaq; ex-
trinsecus beat' martyr tyranni seuiens in-
cendijs: s maior illu intrinsecus christi amo-
ris flama torquebat. Et quis rex improb'
a 2

Luc. 15.
Matt. 21.
Luc. 24.
2. Cor. 2.

Al. Amaus
Luc. 24.
2. Cor. 2.

ligna subijceret: incēdia maiora supponeret: tñ sanctus laurenti⁹ has flāmas fidei calore nō sentit: ⁊ dum christi pcepta cogitat: frigidum est illi omne qđ patit. Nec enī pōt vīsceribus igniū tormēta sentire qđ sensib⁹ paradisi refrigeria possidebat. Jacet licz ante pedes tyrāni exusta caro: corpus exanime: nihil tñ detrimēti patit in terris cui⁹ anim⁹ demorat in celis. Extendit ḡ sup flammariū ignitos globos: ⁊ sepius verat in latera: s̄ quanto plus penarū patit: tanto amplius christum dñm ptimescit: nouo admiratiōis genere alius illū torquet: ⁊ alij seuiētis tormenta pficiunt: deuotiorē laurentiū saluatori supplicia atrociora fecerunt.

Item de grano sinapis. ij

Superiore dominica

parabolam dñi differentes in qua ait: Cui sile ē regnū celozū: ⁊ cui sile illud existimabo? Simile ē grano sinapis: ⁊ cetera: Multa pstrinximus: quib⁹ pbarem⁹ regnū dei grano sinapis nō immerito cōparari: ⁊ instantiā in sola esse existimatiōe verborum nō in collatione virtutū. Siqđem fides christiana quē regnū est: eundē vigorez obtineat quē sinapis natura depromit. Nā sicut cū sinapis succū sumim⁹: vultu contristamur: fronte pstrahimur: ad lachrymas pmouemur: ⁊ ipsam salubritatē corporis nri cū quodaz fletu austeritatē accipim⁹. Illinc enim nos amaritudo exasperat: acrimonia penetrat: hinc calor ignei saporis accendit: ⁊ toto pturbati corpore tūc magi sani effici-mur: cū ampli⁹ deploram⁹. Ita ḡ et cū fidei christiane mādata pcipim⁹: tristamur aīo: affligimur corpe: ad lachrymas pmouemur: ⁊ ipsam nostrā salutem cū quodā fletu ac merore psequimur. Inde enī ieiunia nos exasperant: illinc peccatoz pscientia macerant: hinc patrimonij iactura pturbat: ⁊ toto ptristati habitu magis salutem psequimur si amplius defleam⁹: scđm qđ ait dñs: Vos plorabitis ⁊ plangent: sēculū autē gaudebit. Sicut autē cum sinapi caput forte curanduz ē: iubemur abrafos capillos demere: vt nudo corpori pfectius medicina pueniat: ita ⁊ cū anima p fidem curāda est p̄cipimur substantiā a nobis sēculi auferre: impedimēta auri argentiq; deponere: vt nude ⁊ soli anti-me congruenti spūalis medicina pueniat. Quisquis enī rebus mundi ⁊ diuitijs sēculi

obuolutus est: huic fidei medicina nō pderit. Ergo qđ succus sinapis i corpore: hoc fides christiana operat in aīa. Sed qm̄ in eadem dñica snia scriptū est: Qđ acceptū hō mo misit in hortū suum: ⁊ creuit ⁊ facta ē arbor: ⁊ volucres requieuerūt i ramis ei⁹: Diligenti⁹ requiram⁹ quis iste sit cui hec cūcta pueniant. Diximus superī sancti martyribus: qui a diuersis attriti sunt passionibus naturā sinapis posse cōgruere. Sed quoniā dicit scriptura: Et excreuit: ⁊ facta ē arbor: ⁊ volucres requieuerūt in ramis ei⁹: arbitroz hoc ipsi christo dño recti⁹ cōparari: qui nascendo in hoīem humiliatus vt granuz est: ascendendo ad celū exaltatus vt arbor est. Granū plane christ⁹ est dum patit: arbor est cum resurgit. Granum inquā est: cū famem esuriens sustinet. Arbor est: cum quinq; panibus saturat quinq; milia viroz. Ibi sterilitatem humana pditione patit: hic satieta-tem ppria diuinitate largit. Granū autē dixerim dñm cum cedit: premnit: increpatur: arborem autē cum cecos illuminat: mortuos resuscitat: peccata cōdonat. Quā autem granum sit: ipse dicens in euangelio ait: Nisi granū tritici cadens in terrā mortuū fuerit: ipsuz solū manet. Ihuī⁹ igit granū: h̄ est: dñi saluatorē velut sinapis acrimoniā atq; amaritudinem iudei minime sustinētes cōtempserunt succū celestī discipline accipere: dicentes illuminato illi ceco: Tu sis discipul⁹ eius: nos autē moysi discipuli sumus. Ipsi⁹ quoq; moysi mandata penit⁹ ignorātes qui p̄cipit illis specialiter hāc amaritudinem comedendā: cum pasche illis celebrāde sacramenta disponderet: ait: Abanducabit illud cū amaritudine: pascha enī dñi est. Nō enī sicut illi putant: iussit herbarū viliū acerimos succos cū assis agni carnibus māducari: sed mandatoz christi vtilit amaros sermones p̄cepit cuz ipso sacramēto passionis dñice deuorari. Nōne enī amari vidēt sermones dñi: cum dicit: Si vis pfect⁹ esse: relinque omnia tua: ⁊ veni sequere me: Et cū dicit nō habēdas duas tunicas: neq; perā: neq; calciamenta: amaritudo ista sermonū medicina est animarum? Quā autē ait euāgelium: Qđ acceptū hō misit in hortū suum: Quē esse hoīez hūc putam⁹: qđ acceptū gnū velut sinapis granū in suo horto semiauit? Ego illum esse arbitroz: de quo euangelista refert: Ecce autē ioseph qui erat decurio ab

Zuc. 13.

Zuc. 13.

Ibidem.

Job. 12.

Ibidem. 9.

Exo. 12.

Matt. 16.

Matt. 19.

Matt. 10.

Zuc. 13.

Ibidem. 15.

Luc. 13.

arimathia accessit ad pilatum: petēs vt de-
positum corpus dñi sepeliret: qđ acceptum
tradidit sepulture: que in hortu fuerat ppa-
rata: atq; ideo ait scriptura: Qđ acceptum
homo misit in hortum suum. Ergo ioseph
hortus flosculorum erat diuersis odoribus
plenus. Sed nec dum in eo tale germen in-
seuerat. Fragrabat qđdem specialis aię eius
hortus varia suauitate virtutū: sed nec duz
christum cū aromatib⁹ in cordis sui secreto
posuerat. Ita dum saluatorez in hortuli sui
monumēto sepelit: magis illū in animę suę
intimis collocauit. Ramos autē huius arbo-
ris requiram⁹. Inuenies q; ramus ē pet⁹:
ramus est paulus: rami sunt omnes aplī vī
martyres: ad quos si quis se fortiter tenere
voluerit: fluctibus seculi minime submerge-
tur: qñ potius sub vmbra illorū latitans: ge-
henę nō patiet ardozem securus a diaboli-
cę tempestatis pcella.

Depsalmo vigesimoprimo. iij
Salmi qui lectus ē

p seriem decursuri: diligenter prius
debemus intendere qđ in suscri-
ptione cōtineat: vt cognita eius origine in-
telligentiam ipsi⁹ facilius psequamur: et ma-
nifestato capite possint recti⁹ membra distri-
bui. Scribitur enī ita: In fine p susceptiōe
matutina psalm⁹ ipsi dauid. Nisi fallor: su-
sceptio matutina solis ortum semp anteu-
nit: et prius q; orbem radiozū clarus splēdor
illuminet: matutinū noctiuz tenebris termi-
num ponit: ac resoluta sensim caliginuz cę-
citate: rebus cuncti⁹ facies quedam ac lumē
infundit. Et cum veluti sub vna materiā te-
nebraruz mūdus in pfusione iacuerit: inter-
ueniēte matutino: diuisa specierū varietate
distinguit: hoc est: cum omnia cęca fuerint:
oculi omniū reparāt. Hox enī quodāmodo
aufert oculos mundo: auroza restituit: atq;
ita ante matutina susceptione pfuimur: vt
gloriosius postmodū solis splendorē patia-
mur. Sed quoniā sicut dicit aplus: Lex spi-
ritualis est: et spūalia cōparanda sunt: Solē
hic iusticię arbitroz designari: hoc ē: christū
dñm qui nobis ignorantie tenebris et pecca-
toz cęcitate submersis celesti doctrinę suę
lumē infudit: et quos nō habebam⁹ oculos
cordis inseruit: et velut radios quosdā apo-
stolos suos misit: qui nos de morte teterri-
ma delinquentes liberarēt: et paulatim reso-

lutis in nobis tenebris peccatoz matutina
susceptione cōuestirent: vt pfecti facili⁹ pos-
simus tolerare solis ardozes. Hoc est: p̄muz
nos pceptis facilioz erudirent quo capa-
ciores efficerēt celestium secretorū. Hui⁹ ita
q; solis iusticię matutino peccatoz caligo
tota perimit: Sicut ipse ppheta ait ex p̄so-
na dñi: In matutinis interficiēbā om̄s pec-
catores terre: Hoc est: oriente in nobis sole
iusticię qui habitaculū dñi sumus: ois cogi-
tatio iniqua subuertit. Lūius solis etiā bea-
tus salomon meminit ex p̄sona reputantiū
sibi ac dicentiū peccatoz: Sol nō ortus est
nobis: et iusticię lumen nō luxit nobis. Hęc
quoq; matutinā susceptionē i euāgelio san-
cto possum⁹ ascribere marię magdalene: q̄
mature ac diluculo ad monumentū vigilās
saluatoris resurrectōez dñi p̄ma suscepit. Et
clarefcente mūdi sole: solis iusticię ortum p̄
omnib⁹ sola cognouit: ac susceptione qđdem
matutina gauisa est diē redditū: sed magis
gauisa christum a mortuis suscitātū: atq; in
ipsa completa ē ppheta: Ad vesperz demo-
rabit⁹ flet⁹: et ad matutinū leticia. Tot⁹ autē
hic psalmus digestus est ex p̄sona dñi salua-
toris. Quippe cum plura de eo in nouo sint
posita testamēto: dicit itaq;: Deus de⁹ me⁹
respice i me: et reliqua. Quare assumpti ho-
minis agit causam: et interrogare quodam-
modo videt⁹ dicens: De⁹ omniū qui es om-
nium de⁹ me⁹: cur me dereliquisti: nihil enī
p̄sciū sū. Scōm ppheta enī: nesciebat pec-
catum: nec erat dolus in ore eius. Hęc autē
dicit: vt manifestaret ppter nos se esse dere-
lictum: quozū peccata portabat: ac vidētes
disceremus p ipso sancto et iusto mori: cum
p peccatoz ille moreret. Deniq; hac voce
in passione vsus est: sicut i euāgelio legim⁹:
Eli eli lamazabathani: hoc est: Deus deus
meus quare me dereliquisti: hac inquā vo-
ce vsus est: qđ ppheta annūciauerat: vt rei
exitus approbaret. Et quoniā sequentia pe-
ne manifestata sunt: illum inspiciam⁹ versi-
culum in quo ait: Ego autē sum vermis et nō
homo: Lur toti⁹ dñs creature vermiculo se-
voluerit cōputari: possum⁹ hoc quidē hu-
militati primit⁹ assignare: que sanctorū vir-
tus est maxima: sicut sanctus moyses ante
deuz animal se irrationabile p̄fitef: Dauid
pulicem se sepe cōmemorat. Sed magis illō
accipiendum puto: quoniā vermis nulla ex-
trinsecus admixtiōe alieni corporis: sed de

Ps. 100.

Sap. 5.

Ps. 29.

Ps. 21.

Est. 55.

Ps. 21.

Ibidem.

sola & pura terra pcreat: Ideo illum cōparatum dñs: quoniam & ipse saluator de sola & pura maria generat. Legim⁹ etiam in libris moysi de manna vermiculos pcreatos. Digna plane & iusta cōparatio. Siquidem de manna vermiculus gignit: & domin⁹ christ⁹ de virgine pcreat. Quin pot⁹ ipsam mariā manna dixerim: qz est subtilis & splendida: suavis & virgo: quę velut celit⁹ veniēs cunctis ecclesiarū populis cibum dulciore melle defluxit: quem q̄ edere aut manducare neglexerit: vitam in semetipso habere nō poterit. Sicut ipse domin⁹ ait: Nisi quis manducauerit meam carnē: & biberit meum sanguinem: nō habebit vitam in semetipso: sed potius ipse cibus in iudicium conuertet: sic apl⁹ dicit: Qui māducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat: filijs israel subtilit⁹ pphetatū est in veteri testamēto. Abanna enim illis contra diuina pcepta tractantib⁹ vermes effecti sūt: id est p̄tūcie vltiores & iudices: Quę similitudo christū indicat dominū: quem qui suauē cibuz & dulcem potū haurire neglexerit: iudicēz patiet⁹: sicut ipse ait: Neqz enī ipse pater iudicat quenqz: sed omne iudicium dedit filio. Naz qd̄ idem sit vermis & iuder: alibi ppheta testat⁹ de peccatoribus dicens. Vermis eorū nō moriet⁹: & ignis eorum nō extinguet⁹ vsqz in hodiernum diez. Quā autē ait: Diuiserunt sibi vestimenta mea: & sup vestimentū meū miserūt sortem: hoc factum in euāgelo reperimus: q̄ milites quattuor qui crucifixerūt saluatorem: q̄ quattuor ptes eius sibi diuiserūt vestimenta. Vestimentū vero eius qd̄ assutū nō erat sed erat de supiori contextum: sorte pceperunt. Quę igit ista vestimenta sint videamus: qui milites: quodue etiā vestimentum. Vestimenta esse puto pphetias vnū canentes: & vnum p omnia nūciantes. Aduersarij saluatoris: hoc est: pueri heretici: q̄ quotidie in illo tanqz milites man⁹ impias iniecerunt: hoc est: p sua diuidūt sibi voluntate: & vnum corporis vestimentum p varia membra distribuūt: atqz spoliātes dñm sua falsa dogmata vestierunt. Vestimentū autē eius qd̄ nō erat consutum: sapientiam eius celestem possumus aprobare: quia ait: sed erat de supiori contextum. Nostra enī sapientia: hoc est: humana consuit. Assuit enim cum liberos dam⁹ ad studia grāmaticā: tradimus philosophis: erudim⁹: vt sapiētia in

illis quę nō erat acquirat. Domini autē sapientia nō assuta est: nō quesita. Nō enī didicit a magistro: sicut ipsi iudei dicunt: Quō hic litteras nouit: cum nō didicerit? Et ipse dicat: Ab ea autē doctrina nō est de h̄ mūdo: sed eius qui me misit: hoc est qd̄ ait: de superioriori p̄textum: quo vestitu vel quib⁹ omnib⁹ vestimentis ecclia catholica semp amicta ē: sicut ppheta ait: Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato.

De camelo

iiii

Scit in euāgelo do

minus Iesus christus: Amen dico vobis: Facilius est enī transire camelum p foramen acus q̄ diuitem intrare in regnum celoz. Quę sentētia vereor ne forte vobis cōueniat qui diuitias seculi huius aut habetis: aut queritis. Sicut enī cameli animal qd̄ est tortuosum atqz deforme pueritas ipsa corporis p angustissimā acus cavernam p̄terire non patitur: ita & diuites oneratos auaricia & cupiditate sedatos: ipsa vitę deformitas p artam viāz regni minime introire pmittit. Ait enī idē dñs: Arta & angusta via ē q̄ ducit ad vitā. Igit in camelo difficultatē quęst⁹ p̄stat habitudo membrorum: In diuite autē impedimentum magnitudo efficit peccatorū. Sibbus enī quidam est animę: turpe qd̄ vel cogitare vel facere: ac mentis quędā tortuosa deformitas immūdis rebus semp intendere: & ab ecclesie sancto limine curis secularibus auocari. Unde mihi videt hanc deformitatē corporis ppheta spūaliter elocut⁹: seditatem morum pot⁹ indicasse: cum dicit: Non glorieb⁹ gibberosus sicut rect⁹: Quasi si diceret: Nō glorieb⁹ peccator vitiorū suozū prauitate distortus: sicut gloriat⁹ iustus cōscientię bonę simplicitate directus. Quis enim o peccator p̄ceritate corporis gaudeat: quis scapularū tuarū equalitate letetur: anima tñ tua morū prauitate deformis est. Recte ergo camelo cōparatus est diues. Siquidē illum a transitu acus corporis crassitudo reuocat: hunc ab ingressu ecclie patrimoniū sollicitudo detentat. Et sicut illum parū foramen nō capit oneratum mole membrorum: ita & hunc introitus sanct⁹ non suscipit grauātū cumulo delictorū. Uterqz habent ppriam sarcinam suam: ille onerat⁹ est carnibus: iste peccat⁹: & sicut ille inhabilis ē angustissime

Sermo

V

acus cauernę: ita et hic incoueniens est bea-
 tissimo dei regno: Nisi q̄ camelum corpore
 incōpositum natura: hunc autē prauum vo-
 luntas efficit. Hęc autē dico fratres de his
 qui festiuissimaz diem sanctę epiphanię ne
 in ecclesia pcurarent: patrimoniorū suoz
 compedib⁹ sunt detenti: et terreno quodam
 obligati sunt vinculo: vt venire eis ad do-
 mum dñi non liceret. Non q̄ eos qui piam
 detinet: sed q̄ ita proprijs sint actib⁹ impli-
 cati: vt iam arbitrium viuendi suę potesta-
 tis amiserint: et dum sollicitudinez patrimo-
 nijs exhibet: animarū medicinam penitus
 non req̄rūt. Quid mihi o diues difficultatē
 temporis obijcis? Quid necessitatē ingeris
 repentinaz? Si cor habes: intellige qz omni
 necessitate maior necessitas ē salutis: et vti-
 lior est causa prius curare vitam: tūc peculij
 damna sarcire: ne dum augmentum patri-
 monij querimus: sentiamus anime detri-
 mentum. Sed forte iudicez metuis: quē in
 secretario reliq̄sti. Adhuc crede q̄ maḡ deuz
 iudicē metuere debebis qui de ipso tuo iu-
 dice iudicabit. Illum ergo metuis qui mor-
 accipiet successorem: dominuz non metuis
 cui nemo aliquādo succedit? Cōsidera itaqz
 iudicij iminentē diem et inextinguibiles ge-
 benę flāmas: stridorē horrendum dentiū:
 tenebrarū vltimuz cruciatū. Et si potes: re-
 licta ecclesia secularib⁹ sollicitudinib⁹ impli-
 care. Vereor eniz ne dū mūdi diuitias que-
 ritis: inueniatis potius diuitias peccatorū:
 et reptis thesauris seculi: celestes thesauros
 amittatis.

Quod simile sit regnum dei fer-
 mento.

Tipsi scitis fratres

et ex qua die vobiscum esse cepi:
 nō cessauī omnib⁹ vos dominicis
 admonere mandatis: et partim hortando:
 partim increpando p̄cepta vobis ingerere:
 ita vt plerisqz pius pater fuerim: nonnullis
 autē durus magister extiterim. Patrē eniz
 me sibi gratulat⁹ est quisquis sermonē meū
 libenter amplexus est: Durū autē magistrū
 sensit qui cōscientiam suaz p̄dicatione mea
 percussam esse cōdoluit. Sed nihil mea in-
 est dūmodo siue pietate siue censura christ⁹
 annūciatur in vobis: q̄uis et ipsa censura sit
 pietas: que ideo circa negligentiores filios

adhibet: vt timore discant qđ amore negle-
 xerant. Nō q̄ omnes filios nō equaliter di-
 ligat pater: sed q̄ indulgentia patris sit pro
 diuersitate morum exhibere pietatis affe-
 ctum: vt blandum filiū exhortatione puo-
 cet: contumacē vero austeritate conueniat.
 De vtriusqz tamē correctione securus: quo-
 niam hunc amore verberat: illuz seueritate
 castigat: Sicut ait bea⁹ apostolus: *Omnis* Heb. 12.
quidez disciplina in p̄senti non videtur esse
gaudij sed meroris: postea vero fructuz pa-
cificum exercitatis per eam reddet iusticie.
 Igitur quoniam tot tractatibus meis profe-
 cisse vos credo: libet quedaz vobis diuina-
 rum disserere litterarū: vt intelligam quod
 id qđ dixerim: fidei viuacitate capiat. Ait
 domin⁹ in sancto euāgelio: *Cui simile existi-* Luc. 15.
mabo regnuz dei? Simile est fermento quod
acceptuz mulier abscondit in farina: donec
fermentatū est totū. Fermenti vim atqz vir-
tutem omnibus notuz esse nō dubium est.
 Nam cū sit magnitudine paruū: specie sim-
 plex: natura cōmune: tantā fortitudinez in-
 trinsecus gerit: vt cum recondituz fuerit in
 farina: succus hoc totam massaz faciat esse
 qđ ipse est: et ita semp vniuersum cumulum
 aspersiois suę vigore diffundit: vt omnez
 ipsam magnitudinez pollinis faciat ferme-
 tum: ac sic res ipsa fortitudie sua molez sibi
 ppriū vigoris acquirit. Hoc autē faciunt mu-
 lieres: vt viris suis salubriorem panem et ci-
 bum vtilē diligent exhibeant. Sed quoniā
 lex spiritualis est: et euāgelij specialiter pa-
 rabolarū ratione subsistit: videamus quid
 sit fermentum: que mulier: quid farina. Le-
 gemus in sancto euāgelio: dicente domino
 christo de seipso: *Nisi granuz tritici cadens* Job. 12.
in terraz mortuū fuerit: ipsuz solū manet: si
autē mortuuz fuerit: multuz fructū afferet.
 Ergo si triticū domin⁹: et domin⁹ est fermen-
 tum: quia fermentuz nō nisi de tritico fieri
 solet: Recte ergo fermento domin⁹ cōparat⁹
 qui cū esset specie homo: humilitate paru⁹:
 imbecillitate deiectus: tanta intrinsecus sa-
 pientię virtute pollebat: vt doctrinaz ipsi⁹
 mundus ipse vix caperet: qui cuz se cepit p̄
 totuz orbem diuinitatis vigore diffundere:
 statim omne hominū genus in substantiaz
 suam sui potestate ptraxit: vt et iugum spi-
 ritus sui sancti infunderet omnibus: hoc est
 christianos cūctos faceret esse qđ christ⁹ est.
 Nam q̄ homo dominus iesus vnus et solus

esset in mundo: tanq̄ fermentū in massa re-
conditum: vniuersos homines p̄stitit esse
q̄ ipse est. Quisquis igit̄ illi fermēto chri-
sti adheferit: efficitur et ipse fermentuz tam
sibi vtilis q̄ idoneus vniuersis: et de sua cer-
tus salute et de aliorū acquisitione securus.
Sicut igitur fermentū cum in cumulu3 con-
sp̄gendum est farinaruz: confringitur: cō-
minuitur: dissipat̄: et ipsum omne dissoluit̄:
vt disperfam illam farine multitudinem in
vnum vigore3 constringat atq̄ in solidum
corpus redigat: q̄ in pulueris moduz ipsa
diminutione languebat: faciatq̄ iunctio-
ne sui vtilē massaz: q̄ propria dissolutione
videbatur inutile. Sic ergo et domin⁹ iesus
christus cum esset totius mūdi fermentum:
diuersis passionib⁹ cōfractus: laceratus et
dissolutus est: et succus eius p̄ salute nostra
qui est preciosus sanguis: effusus est: vt ad-
mixtione sui omne genus humanuz solida-
ret q̄ per diuersa antra resolutum iacebat.
Sic enī velut fermentuz quoddā nos qui
farina ex gentibus videbamus esse: adhefi-
mus. Hos in quaz qui per totū orbē disper-
si et diminuti penitus iacebam⁹: vigore pas-
sionis christi in ipsius corpus redacti sum⁹:
Ep̄. 5. Sicut beatus apostolus ait: Quoniā sum⁹
corp⁹ christi et mēbra. Hos igitur qui ex na-
tionibus in pulueris moduz e terre facie ia-
ctabamur: aspersione sanguinis domini in
massaz soliditatis ei⁹ aggregamur. Mulier
autē que dicit̄ abscondere in farina fermentum:
que ē nisi sancta ecclesia: que quotidie
doctrinam christi in cordib⁹ nostris conatur
abscondere? Ipsa in quaz est mulier que in
alio loco etiā molere dicit̄: sicut ait domi-
nus: Erunt due molentes: vna assumet̄: et
vna relinquetur. Abolit enī sancta ecclesia
per legez: per apostolos: per pphetas: cum
cathecuminos facit: et asperitate3 gentilita-
tis dissipat atq̄ cōminuit: vt emolitos eos
in farine modū aptos faciat fermēto domi-
nici sanguinis adheferere. Fermentuz enim
dixerim: totaz domini passionē. Fermētuz
enim: salutis nostre est symbolum: sine quo
fermento vel simbolo: nemo pōt vitē eter-
nē substantiā pmereri. Et quia duas euan-
gelium describit molentes: atq̄ vnam eccle-
siam dixim⁹ salubriter molere: alterā quam
nisi synagogā accipere debem⁹? Abolit enī

Matth. 24.

et ipsa per moysen et pphetas: sed inutiliter
molit: Sicut dicit apostol⁹ de iudeis: Emu-
lationem dei habent: sed nō fm scientiam.
Inutilit̄ in quā molit synagoga: q̄ massam
suam christi doctrina nō tēperat. Atq̄ ideo
euitandum p̄cepit synagoge domin⁹ esse
fermentuz dicens: Lauete vos a fermento
phariseorū. Temperatum est enī sanguini-
bus et crudelitatis iudeorum dicentium de
domino: Sanguis ei⁹ super nos et super fi-
lios nostros. Unde ait euangelium: Erunt
due molentes: vna assumetur: et vna relin-
quetur. Assumetur enī in requiem eternam
sancta ecclesia que domino cibum sanctita-
tis emoluit. Relinquetur ad molas cruen-
ta synagoga gyrum semper passura sue per-
fidie.

Ro. 10.

Matth. 16.

Matth. 27.

De margarita. vi

Atis ad correctio-

nem vestram arbitroz posse suffi-
cere fratres dilecti: q̄ anteriore
dominica p̄fectur⁹ nulla vobis
sacraruz litteraz spiritualia dona largitus
sum: sed tm̄ vos increpans et arguens p̄ pec-
cato: sine aliqua p̄dicationis cōsolatione
dimiserim. Volui enim vos hoc ipsuz intel-
ligere q̄ grauit̄ peccaueritis q̄ diuina elo-
quia audire minime meruistis. Hec enī sa-
cerdotuz vehemens et copiosa vindicta est:
indignis quibusq̄ litterarū celestiu3 sacra-
mēta nō credere: nec sicut ait domin⁹: dare
sanctum canibus neq̄ margaritas p̄icere
porcorū pedibus inculcandas. Perdit enī
celestis margarite gratiaz quisquis eam fe-
dissimo peccatorū circūdare conatur. Bem-
ma enī: sicut ipsi scitis: nisi auro nō puenit:
margarita nisi p̄ciosis monilib⁹ non aptat̄.
Estote ergo aurum optimum: estote moni-
le preciosum: vt possit in vobis margarita
spiritualis includi. Abargarita enī christus
est domin⁹: quā negociator ille diues i euā-
gelio venditis omnib⁹ rebus suis emere fe-
stinauit: et maluit omnes quas habebat se-
culi gēmas amittere: tantū vt vnam christi
emeret margaritaz. Unde ego fratres pro
magnitudine q̄ admiseratis delicti: nolui
vobis p̄dere euāgelicę refectiōis eloquia:

Matth. 7.

Ibidem. 15.

sed magis ingerere animose indignationis iniuriam: et prius vos verberibus spiritua- libus emendare: ac sic margarite ditare mu- neribus. **A**halui inquam peccatum vestrum in- culcando acriter increpare quam leniter dissimu- lando nutrire. Quisquis enim fratrem non ar- guit peccante: quodammodo hortatur ut pec- cet. **N**olo autem putetis quod non de amore faciam vos sepius verberando. Filius enim qui ca- stigatio dignus est: plus amatur: sicut ait **Prover. 5.** scriptura sancta: **Q**uem enim diligit dominus: corripit: castigat autem omnes filium quem recipit. **D**icite mihi si non dolendum fuerit hoc peccatum: sic vos salutis immemores tunc fuisse ut beatissimis apostolis petro et paulo ho- norificentiaz minime reddideritis: cum ipsos esse sciatis doctores gentium: auctores mar- tyrum: principes sacerdotum: nec volueritis eorum natales nobiscum festiuissimum celebra- re: atque illi celesti interesse convivio: in quo pro martyrum tanta leticia substantiaz vite ipse nobis domini ministerium ministravit? **C**ultis autem scire quantum bonis fraudati fueritis? **I**ntroga- te fratres qui tunc mecum pariter affuerunt: quam refecti a dominica mensa discesserint: vel qui- les secum domum spirituales diuitias repor- tauerint? **C**uius scio quod si quis illa die hono- ratus aut diues ob natalem filii sui ad deci- mum usque miliarium ad prandium rogauisset: propter accuratas epulas et inaequales men- suras absque dubio vos ituros fuisse. **I**gitur fratres quotiescumque martyrum memoriam ce- lebramus: permittis omnibus seculi actibus sine aliqua dubitatione concurrere debemus: reddere illis honorificentiaz qui nobis salu- tem perfusione sui sanguinis pepererunt: qui tam sacrata hostia pro nostra propitiatione do- mino sunt oblata: **I**nfertim cum dicat ad **Luc. 10.** sanctos suos omnipotens deus: **Q**ui vos honorat: me honorat: et qui vos spernit: me spernit. **Q**uisquis ergo honorat martyres: honorat et christum: et qui spernit sanctos: sper- nit et dominum.

De eo quod scriptum est: **R**eddite que dei sunt: deo: et de militantibus. vii

Nonnulli fratres qui aut militis cingulo detinent: aut in

actu sunt publico constituti: cum peccant grauius: hac solent a peccatis suis pena se voce excusare et militant: et ne bene aliquando faciant: occupatos se malis actibus conque- runtur: perinde quasi militia hominum non et voluntas in culpa sit: Ita quod ipsi gerunt offi- cium suis ascribunt. **N**on enim militare deli- ctum est: sed propter preda militare: pec- catum est. **N**ec rempublicam gerere crimi- nosum est: sed ideo agere rempublicam ut rem familiaris potius augeas: videtur esse danabile. **P**ropterea enim prudentia qua- dam militantibus sunt stipendia constitu- ta: ne dum sumptus queritur: preda grasce- tur. **I**llud autem quale est quod cum ob errorem ali- quem a senioribus arguuntur: et reputatur alicui de illis cur ebrius fuerit: cur res alie- nas preuaserit: ceterum cur turbulentus ad- miserit: statim respondeat: quid habebam facere homo secularis aut miles: nunquid monachus sum professus aut clericus? **Q**ua- si omnis qui clericus non est aut monachus: possit ei licere quod non licet. **P**rescribit norma viuendi: omnis ad bene agendum pro- uocatur sexus: etas et dignitas. **I**gitur ne- mo se publicis excuset actibus: nemo occu- patione militie conqueratur. **A**pod omnes christianorum prima honestatis debet esse mi- litia. **N**am ut id quod dicimus: auctoritate eu- angelica comprobemus: videamus lectiones que paulo ante decursa est. **A**it enim eu- angelium. **C**enerunt autem et publicani ad io- **Luc. 3.** hannem: ut baptizarentur ab eo: et dixerunt ad eum: **A**magister quid faciemus? **A**t ille di- xit: **N**ihil amplius exigatis quam quod constitutum est vobis. **H**onesta plane publicanorum in- terrogatio: ac sancti prophete iusta responsio. **I**lli enim solliciti interrogant: ne aut igno- rantes plus exigendo peccatum incidant: aut cessantes publicani decipiant functionem. **H**ic autem moderare precipit: ut et iniquitas locum non habeat: et constitutum habeat ve- ritigal effectum. **N**on enim dixit: **N**ihil exi- gatis: sed nihil amplius exigatis: vnde intelli- gimus quod apud deum non tam exactio quam exactio iniqua damnet. **D**icit enim ipse dominus: **R**eddi- **Matth. 23.** te que dei sunt deo: et que cesari cesari. **I**gitur quod cesar precepit: ferendum est: quod impe- rator inducit tolerandum est. **S**ed sit into- lerabile: dum illud preda exactiois accumulatur.

hoc autē quale est qđ idem ipsi qui huiusmodi necessitates pcurant: fraudes ac rapinas suas cōmodum vocant: cuz ipsa p̄da inferatur incōmodū. Illud autē addunt scelerib⁹ suis: vt q̄s indefensos viderint: ipsos potius psequantur: et putāt se necessitates decepisse publicas: nisi domos deceperint orphanorū: Ita vt quorū pater ante biduū forsitan fuerit amicus: collegavel frater: interueniēte morte: eiusdem liberi habeātur tanq̄ ignoti: viles ⁊ miseri. Vidua autē si qua fuerit: aut sic iniurijs exagitur vt nubat: aut si voluerit in castitatis pmanere pposito: dando munera sua facultates vix pmanent. Cuz his ergo fraudib⁹ repleuerint sacculos suos: videbis illos letos ⁊ accuratos ad ecclesias pperare: ⁊ deo gratias agere: quasi ab ipso illis hęc pecunia pferatur: Illud quoq̄ peccātes q̄ rapinarū suarū deū volunt esse participē. Dicit autē sanctū euāgelium: Interrogauerūt illum ⁊ milites: qđ faciemus ⁊ nos? Ait illis iohānes: Meminē cōcutiatis: sed cōtenti estote stipendijs vestris. Hic iaz cognoscere se debet ois homo qui militat. Non eni tm̄ de his militantib⁹ scriptura loquitur: qui armata militia detinent: sed quisquis militiē suę cingulo vtit: dignitatis suę miles ascribit: Atq̄ ideo hęc sentētia potest dici: verbi ḡsa: militibus: p tectoribus: cunctisq̄ rectorib⁹: ⁊ cuiuscunq̄ q̄ stipendia sibi decreta cōsequit. Si amplius querit: tanq̄ calumniator ⁊ p̄cussor iohānis sentētia condemnat. Et q̄ adeo autē hoc inoleuit malū: vt iaz quasi ex p̄suetudine vendant leges: corrumpan̄ iura: sentētia ipsa venalis sit: ⁊ nulla iam causa possit esse sine causa. Hęc autē diuina sentētia quę ad milites loquit: potest etiā ad clericos retorqueri: qui etiam si nō militare vident seculo: tm̄ domino ⁊ deo militam⁹: sicut ait apostol⁹: Nemo militans deo obligat se negocijs secularibus. Videmus inquam non militare remissis ac fluentibus tunicis: sed habem⁹ militiē nostrę cingulum quo castimonie interiora cōstringunt. De quo cingulo dominus ait ad ap̄los suos: Sint lumbi vestri p̄cincti: ⁊ lucerne ardentēs in manib⁹ vestris. Abilitēs igif christi sum⁹: ⁊ stipēdia ab ipso donatiūq̄ percipim⁹: sicut dicit beat⁹ apostolus: Qui dedit nobis pignus spirit⁹: hoc est: qui spirit⁹ sancti nos remuneratione ditauit. Si quis ergo christianorū hoc dona-

Luc. 3.

2. Timoth. 2.

Luc. 12.

2. Cor. 1.

tiuo p̄tentus forte nō fuerit ⁊ querit ampli⁹: incipit hoc ipso carere qđ meruit: Qđ speciatiter p̄tigit hereticis arrianis: Dum eni ne scio quid ampli⁹ querunt: inueniētes erroris spiritū: gratie christi spiritū pdiderunt. Nam ⁊ catholicus clericus hac sentētia retinetur. Si enim nō content⁹ stipendijs fuerit quę de altario dño iubente cōsequit: sed exercet mercimoniū: infestiones vendit: viduarū munera libēter amplectit: Hic negociator magis pōt videri q̄ clericus. Nam licet dicere possumus: nemo nos inuasoris arguit violentiē: nullus accusat: Quasi nō interdū maiorē p̄dam a viduis blandimēta eliciant q̄ tormēta. Nec infest apud deū vtrum vi an circūuentione quis res alienas occupet: dummodo quoquo pacto teneat alienum.

De sabbato quo domin⁹ manus aridam curauit. viii

Aligent vos audisse

credo fratres euāgelicā lectionem que nup̄ lecta ē: vbi domin⁹ iesus christ⁹ ingressus sabbato synagogaz: hominis ibi habentis manū aridam spūali medicina curauit: nō appositis herbarū succis: nō pigmentorū medicaminib⁹ colligatis: sed verbo iubens: ⁊ in ira p̄cipiens refudit corpori sanitatem. Ira in quā sicut ait euāgelista: restituit vigorez dextere. Unde intelligimus qualis dnice benignitatis sit sanitas: cui⁹ indignationis talis est medicina: aut quēadmodū placatus p̄dest: qui ita miseret iratus. Verbo igif iubet vt arenti dextere venarū succos infunderet. Non mirū est si is arentem reparauit dexteraz: qui totum corpus de arenti puluere p̄recauit: ⁊ id verbi imperio restituit: qđ in p̄ncipio factura operationis instituit: velut auctorez suū plasma cognoscens obsequitur ei portunculā cui totum se deberet in massa. Sed videamus quę sit in synagoga manus arida que nihil corpori p̄dest: quādo operib⁹ siccauit: quādo etiam primū arida esse ceperit requiramus. Non eni vni⁹ hominis tantū per saluatorem causa geritur: nec vnius hominis imbecillitas pcuratur: sed totius generis humani sanat infirmitas. Nulli autē dubium est dexteram vel totius corporis p̄clariorem portionem hoc officij gerere:

Luc. 4.

vt diurna alimēta suo corpori subministrat: et prouidentia quadam ad fruendaz vitam mēbra cetera pascat ac nutriat. Hanc igitur dexterā in iudaico plo scribas esse dixerim vlt doctores: qui velut pclarior portio i pharisozum corpore a domino cōstituti neglexerunt: et in cetera membra sua pphetarum oracula velut escaz vite etne porrigere: atq; ideo doctrina eozū tanq; man^o aruit imbecillis: quia fontē perennis sapiētie nō quesuit. Propterea deniq; factum est: vt quasi contracta dextera clauem scientie tenere nō possit: sicut ait domin^o: *Ecce vobis scribę et pharisei qui absconditis clauem scientie: et reliqua. Hęc autez clauis christ^o est domin^o quo ad credulitatez fidei pectorū arcana reserant. Ista clauis: sicut ait domin^o petro: Tibi dabo clauę regni celozū. Ergo aruit dextera synagoge manus relinquens christum que pri^o erat in principibus iudeozum et deteriorauit. Quisquis enī christi fontem deserit: et debilitat protin^o et arefcit. Sed inuenio ipsam manū quondā ceteris mēbris fuisse meliorem. Sanct^o enī moyses dux iudaici populi velut clarior corpis sui dextera fuit: cum legem porrigendā meruit a diuinitate pcipe. Dextera inquā erat sanct^o moyses: qui filios israel velut manu puida celesti māna nutriit. Hęc plane est dextera que iamnem et mambrem magos niuei splēdoris nitore conuicit. Ita enim scriptū habes: Atq; ideo magoz distinctę sunt tenebre: qz moysi meritū lucēs dextera coruscabat. Sed videamus: manus ista qñ primū arida ceperit esse vel mortua. Ego illam primū in adam aruisse confirmo: cū contra vetitū domini interdicte arboris poma decerpit: ac tunc succū immortalitatē amisit. Et siccata quodāmodo ē: qñ hominē ad imaginē dei factum peccato suo solui facit in puluerem. Atq; vtinam sola man^o in peccato teneret obnoxia: qd est graui^o: omne corpus morte damnatū est: cuz dextera prima peccauerit. Nec mireris si mēbrū dextere in adam non mansit integrum: vigor enī in illa eternitatis exaruit. Nam sicut moysi dextera custodientis mandata dñi niueo fulgore resplenduit: ita et adę dextera puaricantis pcepta mortifero pallore contracta est. Hanc igitur adę manū saluator curat in synagoga: hoc est totius generis humani imbecillitatē sanare festinat. Dicit enī etiam illi: *Extende**

Luc. 11.

Matt. 16.

manū tuam qui eā idolis imolando cōtraxit. Dicit illi: *Extende manū tuā qui p eam res orphanorū vlduarūq; gestit inuadere. Sed et tu qui putas te manū habere sanā: caue ne auaricia contrahatur. Quinpotius extende eam pro misericordia frequēter ad pauperē: p hospitalitate sepius ad peregrinum. Extende eam p peccatis semp ad dominū: Esto misericors: esto largus. Obserua qd ait ppheta: Ne sit manus tua ad accipiendum porrecta: ad erogandū ptracta. Sic enī manus tua sana esse poterit: bonis vero operibus extendat.*

Ecc. 4.

De vnitate caritatis. ix

Egimus i libro qui

apostolorum actib^o ascribit: tantam sub memoratū virtis deuotionem plebis fuisse: ita populi christiani floruisse primitias: vt post acceptam fidez nemo domū propriaz sibi defenderet: et nemo suum aliquid vendicaret: sed iure fraternitatis essent illis cuncta cōmunia: scz vt qui eodem consortio religionis tenebantur: eodem consortio fruere et vita: hoc est: vt quibus erat vna fides: esset et vna substantia: et quibus erat cōmunis christ^o: cōmunis esset et sumptus. Ne fas etenim putabāt religiosi viri sibi participē non asciscere in substantia qui particeps esset i gratia: atq; ideo in fraternitate omnibus cōmuniter vtebantur: nisi q; maior est fraternitas christi q; sanguinis. Sanguinis enī fraternitas similitudinem tantūmodo corporis refert: christi autē fraternitas vnanimitatē cordis animeq; demonstrat: sicut scriptum est. *Erat autē creditiū cor vnum atq; anima vna. Vere ergo ille frater est qui non tā corpore q; vnanimitate germanus est. Verus inquaz frater est cuius idem spūritus et voluntas in fratre est. Melior igitur ē: sicut dixi: christi fraternitas q; sanguinis. Sanguinis fraternitas interdum sibi inimica est: christi autē fraternitas sine intermissione pacifica est. Illa inter se cōmunia cum emulatione diuidit: hęc etiā ppria cū gratulatiōe cōmunicat. Illa in cōsortio despicit sepe germanū: hęc assumit frequēter alienū. Tāta q; sicut dixi: illo tēpore christianę plebis deuotio fuit: vt nemo domū suam diceret: nemo propriuz aliquid vēdicaret: sicut ait sanct^o lucas dicēs:*

Act. 4.

Act. 4. Et nemo quicquam ex eo quod possidebat: suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Nemo enim inquam erat quicquam egenus inter ipsos. Beata igitur plebs que dum plures diuites habet in christo: nullum in seculo habuit indigentem: et que dum eternas cogitat diuitias: a fratribus temporaliter repellit paupertatem. Glendebant enim: sicut ait scriptura: precia et domos suas: et precia venditorum ante pedes apostolorum ponebant: ut erogaretur pro cuius opus esset. Glidete sanctorum virorum fidem quemadmodum propter christum toto spoliabantur patrimonio: et nihil sibi reliquum faciebant. Non enim verebantur ne esuriret ipse: dum timebant ne alius esuriret. Hec igitur sub apostolo fuit in plebe deuotio: modo quod simile reperimus: et certe idem christus in nobis. Idem quod dem christus in nobis: sed non idem animus est in nobis. Eadem in plebe fides: sed non in plebe est ipsa largitio. Ita autem de alteri inopia non cogitat: ut illud sit quod dicit apostolus: Alii quidem esurunt: alius ebrus est. Nam plerique christiani non solum propria non distribuunt: sed etiam diripiunt aliena. Non solum inquam colligentes pecunias suas ad pedes apostolorum non deferunt: sed etiam profugiens fratres suos pertrahunt a pedibus sacerdotum. Nunc est illud tempus quod describit beatus apostolus dicens: In nouissimis diebus abundabit iniquitas multorum: et refrigescet charitas. Abodo enim abundat auaricie iniquitas: que autem largitatem bonitate cessabat: et refrigescit fraternitatem charitas que prius christi amore seruebat. Tunc enim sub apostolis fraternitatis dilectio fuit: ut tunc in conuentu suo non aduenerit indigentia: tanta autem modo christianitatem dissimulatio est: ut in certu nro vix inuenias locupletem. Locupletem autem vix inueniri dico: non tam facultatibus: sed operibus. Ait enim apostolus: Diuites sint in operibus bonis. Locupletem autem illum in ecclesia intelligi voluit: qui diues est in christo. Nam et ibi quod ait sub apostolis neminem indigentem fuisse: ostendit utique tanta eos gratia fidei fuisse preditos: ut omnes celestium diuitiarum abundauerit largitate. Raro igitur hoc tempore inuenimus in christiano populo locupletem: et si plerique in domibus auro sint diuites: tamen in ecclesia iusticia sunt mendici. Dum enim circa pauperes non pro eo quod preualent operantur: nec habet gratum quod offerunt: nec illud est satiabile quod reseruant. Dicit dominus ad caym cum offerret munera: Si autem recte offeras: recte autem non

diuidas: peccasti: quiesce. Sic et tu christiane non recte diuidis quod de tanto auro tuo maiorem partem mamone referuas quam domino largiaris. Sic namque annanias in actibus apostolorum duz putat se recte offerre: et non recte diuidit: pecuniam quam obtulit: perdidit: et quam domini reseruauit: amisit. Pecuniam inquam pariter perdidit et salutem. Dum enim ex eo quod promiserat partem subtrahit: sacrilegium simul condemnat et fraudis. Sacrilegium quod deum in pollicitatione sefellerit: fraudis quod de integritate muneribus portionem quandam putauerit subtrahenda. Ait enim apostolus petrus: Non es mentitur hominibus: sed deo. Si ergo frater annanias condemnat cum non totum dederit quod de suo ipse promiserat: quod censemus de eo quod non vult reddere quod aliter repromisit? Glidete ergo et vos fratres quod promiseritis deo: cum primum gratiam fidei precepistis. Ecce abundant in ciuitate nostra hospites siue peregrini: facite quod polliciti estis: ne dicat et vobis quod annanias dictum est: Non mentiti estis hominibus sed deo.

De eo quod scriptum est: Quis maior est in regno celorum.

I diligenter audistis

euangelicam lectionem: intelligere potestis que ministris ac sacerdotibus dei reuerentia debeatur: vel quod ipsos clericos inuicem humilitatem sedulitate oporteat prouenire. Ait enim dominus discipulis: quis eorum in regno celorum maior esset futurus: statuto coram omnibus puerulo: quicumque humiliauerit se sicut puer iste: hic maior erit in regno celorum. Tamen intelligimus quod humilitate prouenit ad regnum: simplicitate penetratur ad celum. Quisquis ergo cupit diuinitatis tenere fastigia: humilitatis ima secat. Quicumque vult fraternitatem obtinere: proueniat obsequendo: sicut ait apostolus: honore inuicem proueniens. Vincat eorum officijs: ut possit vincere sanctitatem. Si enim te non lesit frater: obsequium mereat ut diligas. Quod si forsitan lesit: magis obsequium mereat ut vincas. Hec enim nostra christianitatis summa est: ut amantibus vicissitudinem: ledentibus patientiam rependam. Qui enim fuerit patientior ad iniuriam: potentior constituet in regno. Non enim ad imperium celorum prouenit supbia: diuitijs: profectura: sed humilitate: paupere: lenitate. Arta autem et angusta via est que ducit ad regnum. Quisquis ergo honoribus inflatur: et auri thesaurum dilatat: tamquam onustum et

1. Cor. 11.

1. Timoth. 6.

Gen. 4.

Act. 5.

Matth. 18.

Ro. 12.

Sermo

XI

impeditum animal per angustuz regni iter
trāsire nō poterit: simul etiā vt se existimat
puenisse: sarcinam eius exigua porta nō ca-
piens: repcussam limine retrorsuz redire co-
git. Taz enī angusta est diuini porta celestī:
q̄ est camelo acus foramen exiguū. **Uti ait**
Matth. 19. dñs: Facili⁹ est camelum per foramen acus
transire: q̄ diuitē in regnū celoꝝ. Sicut enī
cameli aīal tortuosum atq; deforme exigua
acus cauerna p̄terire nō patit: ita ⁊ diuitem
auaz atq; mendacē arta celi ianua minime
intrare pmittit. Nam iō nudi i seculo nasci-
mur: nudi etiā accedim⁹ ad lauacrū: vt nudi
quoq; ⁊ expediti ad celi ianuaꝝ p̄peremus.
Q̄ aut̄ incongruū ⁊ absurdum est: vt quem
nudū mater genuit: nudū suscipit ecclia: di-
ues intrare velit in celū. Propterea adole-
scenti illi diuini in euāgelio a saluatore d̄r: q̄
sibi iustus videbat ⁊ sanct⁹: ⁊ oīa legl man-
data cōplessē: Si vis p̄fect⁹ esse: vende oīa
tua: ⁊ da paupib⁹. **Utiq;** adeo enī nuda vir-
tus apta celo est: vt q̄uis iustus: q̄uis san-
ctus aurū vt diuitias possidēs: nō possit eē
p̄fectus. Talem enī voluit adolescentē illuz
dñs ad paradīsum redire: qualis adam fue-
rat de paradīsi sublimitate deiect⁹. **Mudus**
enī adam incola paradīsi fuit. Deniq; post
p̄ctm̄ nuditatē suā vidēs: folio pudēda p̄te-
xit. **Pr̄** enī q̄ peccaret honestat̄ erat colo-
re vestit⁹: atq; ideo nuditatē inhonestā non
natura instituit: s̄ delicti reat⁹ inuenit. **Maz**
⁊ sancti angeli in splēdidissimo habitu p̄sti-
tuti: nō q̄ tunicis operiunt ⁊ pallijs: sed cuz
sit in illis natiuitat̄ suę nuda substātia: ve-
stiti vident̄ esse q̄ sancti sunt. Sic igitur et
adam custodiēs honestatis angelicę digni-
tatem: erat q̄dem nudus mūdānis vestib⁹:
s̄ immortalat̄ erat splēdore vestit⁹: **Nihil**
p̄auū respiciebant ei⁹ oculi: nō cor ei⁹ turpe
aliquid cogitabat: erat ap̄d honestas men-
tes nuditas ipsa vestita. Sicut enī ap̄d ne-
quam hoies turpis cogitatio ꝑcupiscens ve-
stibus nō arceat: ita apud sanctos viros ho-
nesta simplicitas ad ꝑcupiscendū nuditate
nō trahit: s̄ sic vitiosis ad corruptelā nuda
sunt oīa: ita religiosis ad castimonia operta
sunt vniuersa. **Q̄** aut̄ ait euangelica lectio:
Matth. 18. Qui scādalizauerit vnū de pusillis ist̄ q̄ in
me credūt: expedit ei vt suspēdat̄ mola as-
naria in collo ei⁹: ⁊ mergat̄ in pfundū maris:
pusillos hic nō etate pueros: s̄ malicia par-
uulos dicit: Sicut ap̄lus ait: **Malicia puuli**

estote: vt sensibus p̄fecti sitis. **Qui sunt isti**
nisi clerici idonei: ⁊ monachi religiosi vt lai-
ci: **Quisq;** igit̄ his irreuerēs aut ꝑtumelio-
sus extiterit: hac velut pena plectet̄: vt in-
formi saxo religato illi ad colluz p̄cipitetur
in mare. **Sed videam⁹:** cur scandalizantib⁹
christianis ista pena data sit: aut qd̄ sibi ve-
lit ipsa sententia: puto enī illa aliq̄d myste-
rium ꝑtinere. **Quasi** vero nō sufficeret i ma-
re homini demergendo saxum q̄lecunq; nō
magnū aut enorme: sed molē asinarię lapis
ei religet̄ ad collum: vt cū perituro homine
pereat res vsui necessaria. **Sed** puto b̄ ma-
gis esse: q̄ i scriptur̄ asini figura ꝑlus gen-
tilium nūcupat̄: q̄ clausis oculis circa igno-
rantie molam erroris sui gyro ꝑtrabit̄: et in
illa cursus directione vestigijs sepe redeun-
tibus inuit⁹ vsui laborat alieno. **Mōne** enī
tibi videt̄ molam asinariā voluere gentilis
populus q̄ diu imperitie suę labore versat̄:
Naturę q̄dez vinculis alligat⁹ vt verbū deī
molat: deum celi querat: sed opertę mentis
cēcitare suffusus vt vult⁹ animi erigere ad
deum: cordis oculos leuare nō possit ad ce-
lum. **Sed** quoniā mola asinaria saxum esse
p̄stat: videamus ⁊ si paganoz talis ē mola.
Talis plane est. Saxi enī mola est paganoꝝ
iuppiter herculesq; lapideus: circa quos
cēcis oculis frequenti errore circūeunt. **Le-**
cos in quā dixerim eozū oculos qui putant
se videre qd̄ non vident. **Aspicientes** enim
saxum: deū se videre ꝑsingūt. **Attamen** qui
molam voluit: ꝑsumandi aliq̄n̄ finē operis
habet: exeūdi spem gerit laboris. **Cui** vero
mola asinaria ad collū suspendit̄: portat la-
pidem q̄ portare iuguz dñi recusauit. **Asin⁹**
ergo ad molam: cēcus ad lapidem: gentilis
ad saxum qui adorat eū quem nō videt nec
agnoscit. **Deus** enī nō in manufactis habi-
tat: nec i metallo aut saxo cognoscit̄. **Ihic** q̄
gentilis populus cum ꝑsecutionez christia-
no intulerit: hac pena plectet̄: vt cum sua sa-
cilega mola iudicandi seculi fluctibus de-
mergatur.

Demirabilibus xi.
Dantorū mirabiliū

Q opator sit dominus iesus christus:
intelligere possumus ex hac euan-
gelica lectione: qua describit̄ tanta per euz
beneficia in populum fuisse collata: vt ꝑ-
uocat̄ hominum turbę ad audiendum illū

magis irruerunt q̄ rogarent: et medicinam salutis non sperarent per humilitatis gratiam sed p̄ importunitatē iniuriam: ita vt irruentes: sicut ait euangeliuz: turbas a dño iesu nō desertū separaret: nō synagoga repelleret: nō reuerētia diuinitatē parceret. Hec ē enim cōsuetudo infirmantiū: vt dū sperant suis egritudinib⁹ medicinā: ab importuna petitiōe: nō loco phibeant: nō tpe: sed q̄to plus medet ille qui sanat: tanto ampli⁹ ille importun⁹ est q̄ laborat. Ergo cum dñs illis ab irruentibus turbis semotus in terra esse nō posset: aspiciēs in mari duas nauiculas: vnā nauem petri omni festinatione cōscendit: vt importunitatē iniuriā vel aquaz natura depelleret: qz eam doctoris reuerentia minime coercebat: atq; exinde cepit d̄ nauicula petri ad hoies doctrinē suę x̄ba p̄fundere. Uideate misericordiā saluatoris: sepať qdē ab hominib⁹ corpe: doctrinē tñ ijs vtilitate cōiungit. Vbiq; miseret: vbiq; p̄dest. In terra positi⁹ p̄ tactuz languores corporū sanat: in mari p̄stitutus p̄ doctrinā vulnera curat animaz. Sed videam⁹ que sit ista nauicula symonis petri: quā adducēdā d̄ duabus magis oportunā dñs iudicauit: que et tutum saluatorē p̄stat ab iniuria: et credulitatē hominib⁹ largiat̄ eloquia. Inuenim⁹ enī iam dñm nauigasse i alia nauī: et grauib⁹ iniurijs lacessitū. Nauigauit enim cuz moysi in mari rubro: qñ populū israel p̄ vndarū fluētā transuexit. Sed grauib⁹ est affectus iniurijs: sicut ipse ait in euāgelio ad iudeos: Si crederet̄ moysi: et mihi crederet̄. Iniuria autē saluatoris ē incredulitas synagoge. Ergo petri nauim eligit: moysi deserit: hoc ē: spernit synagogā p̄fidam: fidelez assumit eccliam. Due enī q̄si nauicule a deo destinate sūt: que in h: tanq̄ in mari: mūdo salutē hominib⁹ piscarent: sicut ait dñs ap̄ stolis: Venite: faciaz vos piscatores hoim. Ex his ḡ duab⁹ nauiculis vna relinquit̄ ad terrā inanis et vacua: altera p̄ducit̄ in altū onusta vel plena. Vacua enī synagoga relinquit̄ in littoze: qz christū cum p̄phetaruz amissit oraculis. Onusta autē ecclia in altum assumit: qz dñm cum ap̄loz doctrina suscipit. Synagoga: in quaz: remanet ad terras quasi terrenis inherēs opationibus: ecclia autē in altitudinē reuocat tanq̄ celoꝝ p̄funda sacramēta discutens: in illam scz altitudinē: de qua ap̄lus ait: **Altitudo diuinitatē**

Job. 5.

Matt. 4.

Ro. 11.

rum sapie et sciētie dei. Propterea d̄ petro: **Duc in altū:** hoc ē in p̄fundū disputatiōis generatiōis diuine. Quid enī tam p̄fundū q̄ quod ait petr⁹ ad dñm: Tu es christ⁹ fili⁹ dei viui? Quid tam terrenū q̄ qd de dño dixerunt iudei: **Nonne hic est fili⁹ ioseph fabri?** Ille altiore p̄silio natiuitatē christi diuinit⁹ approbauit: hi mente viperea generationez celestē carnaliter existimāt. Tñ ait saluator petro: **Quia nō caro et sanguis tibi h̄ reuelauit: sed pater me⁹ qui in celis est.** Phariseis autē dicit: **Quō potestis bona loqui cū sitis nequā?** Hanc igit̄ solā ecclēsie nauem ascendit dñs: in qua petrus mgr̄ est p̄stitutus: dicente dño: **Sup̄ hanc petrā edificabo ecclēsiā meā.** Que nauis in altū seculi isti⁹ ita natat: vt p̄tē mūdo omnes quos suscipit seruet illesos. Lūi⁹ figurā iam i veteri videm⁹ testamēto. Sic enī noe arca naufragāte mūdo cunctos q̄s susceperat incolumes seruauit: ita et petri ecclia cōsfragante seculo omnes quos amplectit̄: representauit illesos. Et sicut tñc trāfacto diluuiō ad arcam noe columba signū pacis detulit: ita et trāfacto iudicio ad eccliaz petri christ⁹ gaudiū pacis referet: qz ipse columba vel pax est: sicut promisit dicēs: **Iterū autē videbo vos: et gaudebit cor v̄m.** Sed qñ hanc eandē nauiculaz petri: de qua nūc dñs celestī doctrinē suę sacramēta depromit: legim⁹ in mattheo: dormiente in eadē domino ventū insurgentib⁹ p̄turbatā: ita vt cuncti ap̄li mortis periculū formidarēt: Uideamus que causa est q̄vna eademq; nauicula h̄ in trāquillitate doctrinam populis tribuit: ibi in tempestate discipulis metū mortis inducit: p̄sertim cum ibi etiā cū ceteri ap̄lis symon petrus esset. Hec autē est causa piculi. Erat ibi symon petrus: sed erat pariter et p̄ditor iudas: q̄uis illius fides fundaret nauiculā hui⁹: tñ eam p̄fida p̄turbabat. Tranquillitas est vbi solus petrus nauigat: tēpestat vbi iudas adiūgit: licet esset petrus firm⁹ suis meritis: p̄turbat tñ criminibus p̄ditoris. Aduentibus igit̄ discipul⁹ anxiate petro dormiebat dñs: durum forte videat̄ quod anxiate petro dormiebat: dormiebat petro: nauigabat iude. Tñi⁹ igit̄ delicto cūctoꝝ merita q̄tiunt: obdormit christ⁹: ventoz spiramina cōcitant. Quisq; enī peccatū admittit: statim et dormire sibi facit dñm: et p̄cellam sibi spirituz suscitāt immūdoꝝ. **Recesse ē autē diabolica**

Matt. 16.

Luc. 4.

Matt. 16.

Ibidem. 11.

Matt. 16.

Job. 16.

Matt. 8.

insurgat tempestas: cum dominica serenitas conquiescit. Igitur si vnus iude peccato cuncti periclitantur apostoli: hoc exemplo caueamus profidum: caueamus perditorem: ne per vnum plures fluctuemus. Quinetiam huiusmodi obijciamus de nostra nauicula: ut non obdormiat: sed vigilet in nobis dominus: atque eo vigilante nulla nos spiritualis nequicie percella concutiat. Ubi enim fides integra est: ibi saluator docet: vigilat et exultat: ibi reges: ibi tranquillitas: ibi cunctorum est medicina. Ubi autem fidei est admixta perfidia: ibi christus torpet: dormit: et peritor est: ibi metus: ibi tempestas: ibi omnium est discrimen. Pro actibus enim nostris dominus nobis obdormit aut vigilat.

De natali domini xij Eruz est quod ait san

Job. 3. **Jud. 16.** **Job. 1.** **Job. 5.**
ctus iohannes baptista de domino saluatore dicens: Illum oportet crescere: me autem minui. Si quidem hoc primum etiam ipsis temporibus approbet. Ecce enim in natiuitate christi: dies crescit: et iohannis natiuitate decrescit. Illo oriente lux proficit: huius nascente minuitur. Ipsa enim quodammodo tempora famulatia partibus suis: cum detrimentum faciunt seruis gignunt: cum autem dominus nascitur: consequitur augmentum. Profectum plane facit dies: cum mundi saluator oritur: defectum patitur: cum vltimum prophetam generat. Scriptum est enim: Lex propheta usque ad iohannem: Atque ideo necesse erat: ut obscuraretur legis obfuitio: vbi euocatio: vbi euangelij gratia refulgebat: et cessaret prophetia veteris testamenti: cum noui testamenti gratia succederet. Ergo in natiuitate domini proficit dies. Non mirum si proficit dies: quam splendidissima lux veritatis illuminat: Ait enim euangelista de christo domino: Erat lux vera: que illuminat omnem hominem: Cur non illuminaret mundum? Atque ideo dies que lucem humano generi peperit: prius ipsa eiusdem lucis fulgore resplenduit: et conclusa iam spacia sua nocturnis tenebris dominice lucis nitore discussit. Occupauerat enim totam diem nocturnam longitudinem: nisi in ipsa dierum breuitate christi refulsisset aduentum. Qui sicut ortu suo humani generis peccatorum tenebras discussit: ita et die natiuitatis sue caliginum tenebras amputauit: et vno eodemque ortu lucem pariter intulit et hominibus et diebus. Unde non est mirum si crescit dies que gemino

bum. Ascendit etiam beato paulo qui non contentus solus se scire quod nouerat: nos quoque docuit quemadmodum saluatore in celestibus queremus: dicens: Que sursum sunt querite: vbi christus est in dextera dei sedens. Et ut nos ab hac humili vel terrena inquisitione marie penitus submoueret: addidit dicens: Que sursum sunt sapite: non quem super terram. Ergo iam non super terram: nec in terra: nec secundum carnem debemus querere saluatore si volumus eum inuenire atque pertingere: sed secundum diuine maiestatis gloriam: ut dicamus cum apostolo paulo: Nunc autem secundum carnem non nouimus christum. Igitur et stephanus beatus fide sua non super terram quesitum christum: sed stantem illum ad dei dexteram recognouit: ibi illum repperit: vbi mentis deuotione quesitum. Non solum autem stephanus in celo videt christum: sed cum et martyrio suo tangit. Tangit enim dominum: cum per inimicos suis orans velut fide sua tenens illum dicit: Domine ne statuas illis peccatum. Intelligite ergo quanta deuotionis est gloria: ad maria iuxta dominum constituta esse tangere non meretur: stephanus in terris positus christum tangit in celo. Illa inter angelos presentem non videt saluatore: stephanus intra celos dominum cernit absentem.

De eo quod scriptum est in actibus apostolorum: Et erat eis omnia communia. **LIX**
Legimus in libro qui

1 apostolorum actibus ascribitur: tantam sub memoratis viris deuotionem plebis fuisse: ita populi christiani floruisse primitiua: ut post acceptam fidem: nemo domum propriam sibi defenderet: et nemo suum aliquid vendicaret: si iure fraternitatis essent illis cuncta communia: sed ut qui eodem sortio fruerentur: et vite paritate fungerentur: hoc est: ut quibus erat vna fides: esset et vna substantia: et quibus erat communis animus: esset et sumptus. Refas enim putabant religiosi viri esse sibi participem non asciscere in suba qui particeps esset in gloria. Atque ideo fraternitatis charitate omnibus communiter utebantur: nisi quod maior est fraternitas christi quam sanguinis. Sanguinis enim fraternitas similitudinem tantummodo corporis refert: christi autem fraternitas vnanimitatem cordis amoremque demonstrat: sicut autem scriptum est: Erat autem creditum cor atque anima vna. Clerus ergo frater ille est: qui tam corpe quam vnanimitate germanus est. Clerus inquam est frater: cuius idem spiritus et voluntas in fratre est. Adhuc igitur est: sic dixi:

Col. 3.

Ibidem.

2. Cor. 5.

Act. 7.

Ibidem. 4.

fraternitas christi. Fraternitas enim carnis inimica sibi est. Illa inter se communia cum emulatione diuidit: hec etiam propria cum gratulatione comunicat. Illa in consortio despicit sepe germanum: hec assumit frequenter alienum. Tanta ergo sicut dixi: in illo tempore christiane plebis deuotio fuit: ut nemo domum suam diceret: et nemo proprium aliquid vendicaret: sicut ait sanctus lucas dicens: Et nemo quicquam ex eo quod possidebat: suum dicebat: sed erant illis omnia communia. Nemo enim inquam erat quisquam egenus inter ipsos. Beata igitur plebs que dum plures in christo habet diuites: nullum in seculo habuit indigentem: et que dum eternas cogitat diuitias: a fratribus temporaliter repulit paupertatem. Uidebant enim: sicut ait scriptura: predia et domos suas: et hercia venditorum ante pedes apostolorum ponebant: ut erogaretur pro cuius opus esset. Uidete sanctorum viros fide que admodum propter christum toto se spoliabant patrimonio: et nihil sibi reliqui faciebant. Non enim verebantur ne esurirent ipsi: dum timebant ne alii esuriret. Hec igitur sub apostolis fuit in plebe deuotio: modo quod simile reperimus: et certe idem christus in nobis: sed non idem est in nobis animus. Eadem in plebe fides: sed non in plebe est ipsa largitio. Ita alter de alteri inopia non cogitat: ut illud sit quod ait apostolus: Alii quidem esurit: alius autem ebrius est. Nam plerique christiani non solum propria non distribuunt: sed etiam diripiunt aliena. Non solum inquam colligentes pecunias suas ad pedes apostolorum non deferunt: sed etiam profugiunt fratres suos pertrahunt a pedibus sacerdotum. Nunc est illud tempus quod describit beatus apostolus dicens: In nouissimis diebus abundabit iniquitas multorum: et refrigescet charitas. Abhodo enim abundat auaricie iniquitas: que largitatis bonitate cessabat: et refrigescit fraternitas et charitas: que pro christi amore feruebat. Tanta enim sub apostolis fraternitatis dilectio fuit: ut tunc in conuictu eorum non aduenerit indigentia. Tanta autem modo christianitatis dissimulatio est: ut in cetero nullo vix inuenias locupletem. Locupletem autem vix inueniri dico: non tam facultatibus quam operibus. Ait enim apostolus: Diuites sint in operibus bonis. Locupletem enim illum in ecclesia intelligi voluit qui diues in christo. Nam et ibi quod ait: sub apostolis neminem indigentem fuisse: ostendit utique tanta eos fide fuisse preditos: ut omnes celestium diuitiarum abundauerint largitate. Raro igitur

Act. 4.

1. Cor. 11.

1. Timoth. 6.

hoc tempore inuenimus in christiano populo locupletem: et si plerique in domibus auro sint diuites: tamen in ecclesia iusticie sunt mendici. Dum enim circa pauperes non pro eo quod preualent operantur: nec est hoc gratum quod offerunt: nec illud satiabile quod reseruant. Dixit deus ad cain: cum offerret munera: Si autem recte offeras: recte autem non diuidas: peccasti. Sic et tu christiane non recte diuidis: qui de tanto auro tuo maiorem partem mamone reseruas quam domino largiaris. Sic nanque annanias in actibus apostolorum: dum putat se recte offerre: et non recte diuidit: pecuniam quam obtulit: perdidit: et quam domi reseruauit amisit. Pecuniam inquam pariter: perdidit et salutem. Dum enim ex eo quod promiserat: partem subtrahit: sacrilegium simul et fraudis condemnat. Sacrilegium quod deum in pollicitatione sefellerit: fraudis quod de integris muneribus portionem quandam putauerit subtrahendam. Ait enim apostolus petrus: Non es mentitur hominibus sed deo. Si ergo frater annanias condemnat: cum non totum dederit quod de suo ipse promiserat: quid censem de eo qui non vult reddere quod alijs repromisit? Uidete ergo et vos fratres: quid promiseritis deo: cum primum gratiam fidei precepistis. Ecce abundant in ciuitate nostra hospites siue pegrini: facite quod polliciti estis: ne dicat et vobis quod annaniam dictum est: Non mentiti estis hominibus: sed deo.

Act. 4.

Act. 5.

De auaricia et annania. lx

Etinet dilectio ve

stra fratres: ante dies cum plebis eius que sub beatissimis apostolis fuit: unanimiter largitatem predicamus: usque ad annaniam nos auaricia puenisse: qui illo tempore in totius generis purissima vita tanquam ovis morbida solus inuentus est. Tanta enim infectus erat auaricie pestilentia: ut sanctus eum petrus non tam emendare voluerit quam damnare. Legerat enim: Uidete de consilio pestilentem: et exhibit cum eo omnis contentio. Solus ergo in cetero sancto pestilens fuit qui cunctis contemptu pecunie lucrum vite requirentibus: ipse tantum lucrum magis pecunie mercatur est quam salutem: et dum precij sperat compediuz: anime reperit detrimentum. Ab apostolis igitur annanias auarus inuenitur est: iam nostra excusat humilitas. Adhuc enim mirandum est abundare sub nobis hoc vitium: cum sub apostolis ceperit pullula.

Prover. 11.

1. Timoth. 6.

re: et si illorum auctoritas hec in annania emen-
dare non potuit: nobis quod imputabit si eas-
dem in plerisque fratribus corrigere non vale-
mus? In annania enim petrus auariciam si
potuisset corrigere: non punisset: sed dum illi
punit: alios corrigit. Voluit enim ut pena ad
vnum: metus autem ad plurimos perveniret. Ex
emplum ergo auaris omnibus in annania pro-
positum est: ut qui eiusdem criminis reus fuerit:
eiusdem supplicij in iudicij die sententia feriat.
Grande igitur malum est auaricia: imo malorum
omnium est origo: sicut ait apostolus: Radix autem
omnium malorum est cupiditas: quam quidam ap-
petentes erraverunt a fide. Tides ergo quia
qui pecuniam appetit: fidem perdit: qui aurum
redigit: gratiam prodigit. Auaricia enim ceci-
tas est: errorem religionis inducit. Leca in-
quam est auaricia: sed diversis fraudum occul-
tatur ingenijs: non videt que diuinitatibus sunt
sed cogitat que cupiditatis sunt. Semp enim
quis diues sit: cogitat unde vel ex malo ac-
quirere: totam vitam negocium putat: compen-
diorum etiam omnia suprimens inanis prestatio-
nis sue fenus imponit. Erubescit usure no-
men: et lucrum non erubescit usure. Semp ergo
auarus alieno vitio: alieno se pascit damno:
et illi preda egestas alteri est: illi leticia fletus
alienus: sic nup factum vidimus. Quot amissa
deplorant super quam inuasa plerique gratulantur?
Ecce senex pater captum desolat filium: et tu iam
super eum velut seruulum gloriaris. Innocens
rusticus perditum ingemiscit iuuenem: et tu
eo rus tuum excolere disponis: et fructus te
putas posse capere gemitibus alienis. Ecce
religiosa vidua tota supellectile dispoliatam
domum suam dolet: et tu eadem supellectile do-
mum tuam ornatas esse letaris. Dic mihi o
christiane non compungeris: non stringeris: cum
vides in hospitio tuo lachrymas alienas?
Dicit scriptura sancta ad filios israel: A be-
stia captum ne tetigeritis: pollutum enim et con-
taminatum est quicquid fera cruenta contige-
rit. Et pro hoc deterior bestia est quisque sumit
quod bestia superauit. Dic igitur mihi tu christi-
ane: cur preda relictam a predonibus pre-
sumpsisti? Cur laceratum et contaminatum: sicut ipse
putas: tuis edibus importasti? Cur quod hosti-
lis superauit bestia: tu sequor bestia deuora-
sti? Aiunt plerique lupos leonum subsequi so-
lere vestigia: et non longe ab eorum venatibus
aberrare: sed ut rabiem suam rapina satient.
aliena: et quod leonum saturata remanet: id lu-

Exo. 22.

porum rapacitate consumit. Sic et isti auaricie
lupi predonum vestigia subsecuti sunt: ut quod
illorum rapacitati superauit: horum cederet
feritati. Sed forsitan emisse te dicis: et ideo
auaricie crimen euadis: Non ita solet prestare
emptio atque venditio. Bonum est emere: sed
in pace: quod propria voluntate vendit non in de-
spolatione. Respice tractus originem: vendi-
tionis auctorem: precij quantitatem: et intelli-
gis prede magis non venditionis emptorem.
Utrum enim barbaro auri gemmarumque monilia?
Utrum pellito serica vestimenta? Utrum rogo ro-
mana mancipia sumis? Scimus ea coprouin-
cialium nostrorum esse vel ciuium. Facit ergo ut christi-
anus et ciuis: quod ideo emit ut reddat.

De festo pentecostes et de
psalmo ceteresimo nono. lxi

Osse credo vos fra-

n tres que sit ratio que venerabilez
hanc pentecostes diem non mino-
re leticia celebrem: quam sanctum pascha curau-
mus: et que eadem deuotione huius solennita-
tatis obseruantiam decurrimus: sicut illi obse-
quia festiuitatis impleuimus. Tunc enim sicut
modo fecimus: ieiunauimus sabbato: vigiliis
celebrauimus: omnibus pro noctanter instetimus:
unde necesse est similis obseruantia: simile
leticiam subsequatur. Est leticia plane simili-
lis: tunc enim ab inferis resurgentes suscepimus
saluatore: modo autem spiritum sanctum expecta-
mus e celis. Tunc anxij vel solliciti christi pre-
dicabam aduentum: modo trepidi vel iei-
uni paracleti desideramus aduentum. In omnibus
enim deus salutem prouidit humanam. Tunc enim no-
bis ad resurgendum tartara saluator aperuit:
modo nobis ad regnandum paracletus cele-
stia reserauit: et quibusdam quasi profectum gra-
dibus tunc de morte ad vitam didicimus reme-
re: modo autem de terris ad celos meditamur
ascendere. Hec autem omnia operatur in nobis
christus dominus qui prius quam rediret ad celos: pro-
miserit discipulis suis dicens: Cum autem ascen-
dero: rogabo patrem meum: et mittet vobis
alium paracletum qui vobiscum sit in eternum:
spiritum veritatis. Utrum credendum est ad patrem
peruenisse christum: cum videmus ad apostolos descen-
disse paracletum. Credendum inquam est: sicut
ait de saluatore dauid: in dei dextera consi-
dere: quod cernimus spiritum sanctum: sicut promi-
sit dominus: in discipulis exultare. Ait ergo propheta
cus psalmoz: Dixit dominus domino meo sede

Job. 14.

Ps. 109.

a dextris meis. Scdm̄ consuetudinē nostram illi confessus offert qui aliquo ope pfecto victor adueniēs honoris gra. pmeret vt sedeat. Ita ḡ et homo iesus christ⁹ passione sua diabolū superās resurrectione sua inferna reserans tanq̄ pfecto ope ad celos victor adueniens audit a deo patre: sede ad dexterā meā. Nec mirū si vnus sedis offert filio cōfessus a patre: q̄ vnus ē substātie et nature cum patre. Cur autē ad dexteram fili⁹ esse dicat: moueat aliquē fortasse. Licet em̄ dignitatis gradus nō sit: vbi plenitudo diuinitatis est: tñ ideo ad dexterā sedet fili⁹: nō quo pferat patri: s̄ ne inferior esse credat. Et iō ad dexterā filius: qz fm̄ euāgelistam ad dexteram oues: ad sinistram vero pstituent hēdi. Necesse est ḡ partem ouiu p̄mus agnus obtineat: et secuturo immaculato gregi locum dux immaculatus anticipet: sicut ait iohānes in apocalypsi dicēs: Ihi sunt qui sequuntur agnū quocūqz vadit: q̄ se cū mulierib⁹ non coīnq̄auerūt. Refert ergo ppheta dauid: **Ps̄. 109.** Dixit dñs dño meo: sede ad dexterā meaz: hoc est: dominus pater dño deo christo filio throni sui offert sublimem p̄fessum: et honoris gra ad dexteram suam illum eterna sede constituit. Legim⁹ autē in actib⁹ ap̄toꝝ dicente beato stephano cuz lapidaretur a iudeis: **Act. 7.** Ecce video celos apertos: et stantē dominum iesum ad dexterā dei. Videamus ḡ que sit ratio q̄ idem dñs a dauid sedens ppheta: stans vero a stephano p̄dicat. Primo omniū deus qui incorporalis est et inuisibilis: Est em̄ sp̄s sicut ait dñs: Deus autē spirit⁹ ē: sedere aut stare quō potest: deinde aut quali subsellio sedeat deus q̄ infinit⁹ est et immensus: et intra se ipse magis creaturā cunctam p̄tineat. Hec autē p̄pterea a sancti viris dicta arbitror esse de dño: nō quo sint p̄traria sibi: sed vt modo ei⁹ oīpotentia: mō misericordia describat. Nam vtiqz p̄ potestate regis sedere dicit: p̄ bonitate intercessoris stare suggerit. Ait em̄ beatus ap̄tus: **1. Job. 2.** Quia aduocatū habem⁹ apud patrē iesum christuz. Iudex ḡ est christus cū residet: aduocatus ē cū assurgit. Iudex plane iudeis: aduocat⁹ christianis. Ihi em̄ stans apud patrem christianoz licet peccatū causas exorat: ibi residet cū patre phariseoz psequentiuz peccata p̄demnans. Illis indignās vehementer vliscif: his interueniēs lenit miseret. Ihi stat vt suscipiat stephani martyr

spirituz: ibi residet vt p̄demnet iude p̄ditoris admissum.

Item de pentecoste. lxij

Sire debet sancti

Stas vestra fratres hanc sanctam pentecostes diem qua rōne curamus: vel cur istorū quinquaginta dierū numero sit nobis iugis et p̄tinuata festiuitas: ita vt hoc omni tempore neqz ad obseruandū indicam⁹ ieiunia: neqz ad exorandum deuz genibus succedam⁹: sed sicut dñica solemus facere: erecti et feriatu resurrectionem dñi celebramus. Dñica em̄ nobis: id ē venerabilis est atqz solēnis: qz in ea saluator velut sol oriens discussis infernoz tenebris luce resurrectionis emicuit: ac p̄pterea ipsa dies ab hominib⁹ seculi: dies solis vocat⁹: q̄ ortus eam sol iusticie christus illuminet. Instar ergo dñice tota quinquaginta dierū curricula celebrant: et omnes isti dies velut dñici deputant. Resurrectio em̄ dominica est. Nam in dñica resurgēs saluator reuersus ad homines est: et post resurrectionem tota quinquagesima cū hominib⁹ cōmoratus est. Equalis ergo eorū necessarius vt esset festiuitas: quoz equalis eēt et sic quantitas. Sic em̄ disposuit domin⁹ vt sicut ei⁹ passione in quadagesime ieiunys cōtristaremur: ita ei⁹ resurrectione in quinquagesime feriys letaremur. Nō igit ieiunamus in quinquagesima: qz in his diebus nobiscum dñs cōmorat. Non in quā ieiunamus p̄sente domino: qz ipse ait: Nunqd̄ possunt filij sponsi ieiunare q̄diu cum illis est sponsus? Cur em̄ abstineat corpus a cibo: cū anima p̄sentia dñi saginat? Non pōt em̄ esse ieiunus q̄ reficitur gra saluatoris. Societas em̄ christi quodāmodo esca est christiani. Reficimur ḡ in quinquagesima nobiscum dño p̄uerfante. Cum autē post hos dies ascendit ad celum: iterum ieiunam⁹: sicut ait idem saluator dicens: Venient autē dies cum auferet ab eis sponsus: et tunc ieiunabūt in illis dieb⁹. Cū em̄ christus ascendit ad celū: nostris auferet obtutib⁹: famē patimur nō corporis s̄ amoris: et nō tam cibi ieiunio q̄ desiderio laboramus. Desideria em̄ quedam nri sustinent oculi: dum nō p̄spiciunt quē requirūt: sicut ait ppheta: Defecerūt oculi mei dum spero in deo meo. Defecerūt em̄ p̄phetę oculi: qz nō dum videbat quē sperabat se esse iisuz.

Luc. 5.

Ibidem.

Ps̄. 68.

Sic namq; aploꝝ defecerūt oculi: cū euntez ad celū dñm nequnt intueri: fm q̄ ait lucas dicēs: Et videntib⁹ illis eleuat⁹ est: ⁊ nubes suscepit eum ab oculis eoz. Stabant enim beati apli toto suspensi corpe: ⁊ ascendente ad celum dñm: qz incessu pedū nō poterāt: oculis sequebant: ⁊ licet ad deducendū saluatorē visio hūana deficeret: fidei tñ deuotio nō deficit. Usq; ad nubē em̄ christū deducūt: vsq; ad celos aut cū christo fidei deuotione comitant. Un̄ ait apls: sciens fidē nram in celis esse cū dño: Nostra aut cōuersatio in celis est. Nubes ḡ ab oculis aploꝝ suscepit saluatorē. Videam⁹ ḡ que ista nubes sit q̄ splēdida: q̄ p̄clara: que lucē mūdi christum suscipere mereat. Neq; em̄ poterat obscura esse ac tetra vel tenebrosa: quia scriptum est: Et tenebre eā non cōprehēderūt. Tenebre em̄ lucem gestare nō poterāt. Illa em̄ est nubes que ascēdentē suscipit christū: que ⁊ testimoniū christo etiā in monte phibuit: de qua ait euāgelista: Vox i nube audita est dicēs: Hic est fili⁹ me⁹ dilect⁹: ipsum audite. Nō igit nubes suscepit christus: sed de⁹ pater recepit filiū: ⁊ occurso quodā pietatis ascendente illum gremio molliore cōplectit. Nam iō pater d̄: suscipe filiū nubis vmbraulo: vt ostendat refrigerio quodam fouere ei⁹ vulnera passionis. Post crucē em̄: post iniurias: post inferos nō est mai⁹ christo refrigeriū: nisi q̄ virtute diuinitat⁹ obumbraret: sicut i natiuitate ei⁹ ad mariā dicit: Et virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. Altissim⁹ ḡ pater q̄ nascēte christo obumbravit in virtute marie: ascendente em̄ suscepit in nube. Semp em̄ de⁹ quos post iniurias pducit ad requiez: ptegit eos nubis vmbraulo: sicut filios israel liberatos de egypto nubis columna pterit: ⁊ vt post multū laborē eos in terrā repromissionis induceret: refrigerij fouit vmbraulo: sicut ait ppheta: Expandit nubem ad ptegendū eos. Expandit em̄ nubem ne siccitate heremi fatigarēt etiā solis ardore. Letemur ḡ in hac sancta die: sicut in pascha letati sum⁹. Est em̄ i vtraq; die similis eadēq; solēnitas. In pascha em̄ omnes gentes baptizari solent: In pentecoste aut apli baptizati sunt: sicut ait dñs discipulis suis ascensurus ad celū: Johānes baptizauit aqua: vos aut spūsancto baptizabimini: quē accepturi estis nō post multos hos dies. Et ideo dicit lucas: Lū aut cōplerent

dies pentecostes: factus est subito son⁹ de celo tanq; aduenientis spūs validi: sediq; sup singulos eorum.

Item de pentecoste. lxiii

On incōmode ante

11 dies cōplures: sicut retinetis fratres: p̄dicatio nra pcessit: in qua descripsim⁹: q̄ caro dñi rediuiua velut in nitore floris de tumulo germinauerit: quē tumulum sitū in hortulo euāgelista testat⁹ est: vñ nō incongrue psecuti sum⁹. Conueniēs em̄ erat vt flos p̄ciosior i hortulo gigneret: ⁊ bonę frugis cōmēdatum solo semen intra septa domestica tñ virentia salutē oim pulularet: christi em̄ resurrectio cunctoz est redemptio ploꝝ. Ergo in hortulo saluator: rediuiū corpus assumit: et int̄ flozētes arbores ⁊ candentia lilia carne tam mortua rescit: ⁊ ita germinat de sepulchro: vt germiantia ⁊ nitētia cūcta reperiat. Sic em̄ post hyemalis rigoris frigidam quodāmodo sepulturā pullulare elemēta oia festinarunt: vt resurgēte dño ⁊ ipsa p̄surgerēt. Nā vtiq; ex resurrectione christi aer salubrior ē: sol candidior: terra fecundior: ex eo surculus in fruticem: herba crescit i segetē: vinea pubescit in palmitē. Si igit cū reflorescit christi caro: oia florib⁹ vestiunt: necesse est vt cum idem fructū affert: etiā vniuersa fructificent: sicut ait idem dñs: Nisi granum tritici cadens in frā mortuū fuerit: ipsum solū manet: cū aut mortuū fuerit: multū fructum affert. Resloruit igit dñs: cum resurrexit e tumulo: fructificat: cuz ascendit ad celū. Flos ē cū de inferiorib⁹ terre gignit: fructus est cuz altissima sede recondit. Granū est sicut ipse ait: cum solus crucē patit: fruct⁹ est cū plurima apostoloꝝ credulitate circūdat. Hīs em̄ post resurrectionē quadraginta diebus cū discipulis cōuersatus tota illos sapia maturitatis edocuit: ⁊ ad bonā frugē eos omni disciplinarū fecunditate cōuertit. Deinde ascendit ad celū ad patrē: scz fructū carnis pferens: in discipulis iusticie semina derelinquens. Ascendit ḡ ad patrē dñs. Ademinit sanctitas vestra q̄ aquile illi de psalterio: cui⁹ innouatā iuuentutē legim⁹: cōparauerim saluatorem. Est em̄ similitudo non parua. Sicut em̄ aquila humilia deserit: alta petit: celozū vicina p̄scendit: ita ⁊ saluator humilia inferni deseruit: paradisi altiora petijt: celozum

Job. 12.

fastigia penetrauit. Et sicut aquila relicta
 terrenis sordib⁹ sublime volas purioris ae-
 ris salubritate pfruit: ita et dñs terrenoz se-
 cem deserens peccatoz: in sancti suis volitas
 purioris vite simplicitate letat. Per oia igitur
 aquila coparatio puenit saluatori. Sed
 quid facim⁹ q⁹ aquila pda facit frequeter in
 alienu. Nec i hoc tu dissimilis est saluator:
 pda em quodammodo sustulit: cu homine
 que suscepit: inferni raptu faucib⁹ portauit
 ad celu: et aliene dñationis: id est diabolice
 potestat: seruū de captiuitate erutus duxit
 ad altiora captiuū: sicut scriptum est in pro-
 pheta: Ascendēs in altū captiuam duxit ca-
 ptiuitatē dedit dona hoib⁹. Que sententia
 vtiq; sic itelligit: eo q⁹ captiuitatē hominis
 que sibi diabolus captiuauerat: illi eruēdo
 sibi dñs captiuarit: et ipsam: sicut ait: capti-
 uitate captā ad celoz alta sustulerit. Ultra-
 q; igit⁹ captiuitas vno vocabulo nūcupat:
 sed nō equalis vtraq; ē. Diaboli em captiui-
 tas seruituti subijcit: Christi aut captiuitas
 restituit libertati. Ascendit inquit in altuz:
 captiuā duxit captiuitatez. Bene trium-
 phum dñi ppheta describit. Solebat: sicut
 dicūt: regū triumphantū curru captiuoz
 pompa pcedere: Ecce dñm euntez ad celos
 nō pcedit: sed comitat⁹ gloriosa captiuitas:
 nō ante vehiculū ducit: s⁹ ipsa euehit salua-
 torem. Quodā em mysterio dū fili⁹ dei filiū
 hois sustulit ad celu: ipsa captiuitas portat
 et portat. Autē ait: Dedit dona hoibus:
 hoc victoris insigne est. Post triūphū eniz
 victor semp dona largit⁹: et pprio regno resi-
 dens seruuloz gaudia munerat. Sic christ⁹
 dñs victor diabolicū post triūphuz residēs
 ad dexteraz patris hodierna die discipulis
 dona largit⁹ est: nō auri talenta: nō argenti
 metalla: sed spiritus sancti celestia munera:
 vt int cetera apli etiā linguis varijs loque-
 rent: s⁹ est: vt hebreę nationis hō christi glo-
 riam romane facūdie eloquētia ptonaret: et
 redemptionē generl⁹ humani peregrine au-
 res: q; iudea pdicāte lingua nō caperēt: p-
 pria loquela cognoscerēt. Omnis lingua in
 pdicatione christi resoluit⁹: vt maiestātē ei⁹
 omnis loquela fateat: sic ait sanct⁹ dauid:
 Nō sunt loquē neq; sermones: quoz non
 audiant voces eoz. Ne miremini aut q⁹ ad
 dexterā patris residere dixi filiū. Ad dexte-
 ram em residet: nō q; maior patre: sed ne mi-
 nor patre esse credat: sicut heretici blasphe-

Ps. 67.

Ibidem.

Ps. 18.

mare psueuerit. Sicut em diuinitas hono-
 rificētie gradū nescit: ita scptura sancta no-
 uit obuiare blasphemijs.

De natali sancti iohan-
 nis baptiste. lxiii

N sancti ac beatissi-

mi iohis baptiste laudib⁹: cuius
 natalem hodie celebram⁹: qd po-
 tissimū pdicem nescio: vtrū q⁹ mirabilē na-
 tus sit: an q⁹ mirabilius sit occisus: Nam em
 est in pphetia: in veritate pempt⁹ est: nascē
 do annūciauit saluatoris aduentū: morien-
 do pdemnauit herodis incestū. Vir em san-
 ctus et iustus: et qui pter cōmunē hoim nati-
 uitatē ex repromissione generat⁹ fuerat: hoc
 de deo meruit: ne cōmuni cū ceteri de secu-
 lo morte discederet: s⁹ corp⁹ qd dño donāte
 susceperat: dñm pfitendo deponeret. Ergo
 iohānes p oia voluntatē dñi fecit: q; ppter
 opus dñi et nat⁹ est: et defunct⁹. Nam vt na-
 tiuitatis ei⁹ seriem breuiter repetam⁹: cū eēt
 pater ei⁹ zacharias: et mater ei⁹ helisabet eta-
 tis senectute defessi: et nulla filioz ple gau-
 derent: pcreādi etiā illis liberos temp⁹ flo-
 rentissimū pterisset: ita vt de suscipiēda iaz
 sobole ipsa etiā eos vota deficerēt: subita p
 angelū repromissione donant⁹: et nasci iohā-
 nem gabriel sanctus annūciat dicēs: Me ti-
 meas zacharia: ecce exaudita est depcatio
 tua: et vxor tua helisabet pcpiet et pariet fi-
 lium. Exaudita ē inquit ofo tua: vnde intel-
 ligim⁹ q⁹ iohāne zacharie iusticia magl⁹ oran-
 do genuerit: q; helisabet senect⁹ pcurando
 suscepit. Hinc in quā intelligim⁹ q⁹ iohes ob-
 secratio creauerit nō voluptas. Cū em ma-
 terni vteri viscera etatis senectute frigesce-
 rent: et fessi corpis mēbra secūditat⁹ gřam p-
 didissent: ptra impossibilitatē corpis: ptra ste-
 rilitatē viscerū: zacharie pcib⁹: helisabet vte-
 rus intumescit: et pcpit iohānez nō natura:
 s⁹ gřa: vñ necesse erat sanctū nasci filiū q⁹ nō
 tam cōplexib⁹ q; ofonib⁹ gigneret. Adinus
 aut mirari debem⁹ q⁹ tantā iohes gřam i na-
 scendo meruerit: debuit em pcurso: et ppreu⁹
 christi aliqd simile hře natiuitati dñi salua-
 toris. Siqdē dñs de vrgine gignit: iohes de
 sterili pcreat. Ille d⁹ adolescētula: iste de iaz
 fessa generat. Habet q; et hui⁹ natiuitas ali-
 qd gřie atq; miraculi. Quis em villior part⁹
 mulier⁹ videat esse q; vrginis: tñ sicut mariā
 suscipim⁹ q⁹ virgo pepit: ita in helisabet mi-

Luc. 1.

ramur q̄ anicula p̄creauerit. Q̄d̄ q̄dē factū
 mysteriū aliq̄d arbitroz cōtinere: vt iohes q̄
 veteris testamēti figurā gerebat: senis mu-
 liercule frigidō sanguine nasceret: Dñs aut̄
 q̄ regni celest̄ euāgeliiū p̄dicaret: feruētis iu-
 uencule flore p̄gredere. Ab̄aria em̄ conscia
 virginitat̄ mirat̄ fetū viscerib⁹ inuolutum:
 helisabet aut̄ p̄scia senectutē erubescit par-
 tum vtero p̄grauato. Dicit em̄ euangelista:
Luc. 1. Occultabat se mensib⁹ q̄nq̄. Illud autē q̄
 mirandū q̄ idē gabriel archāgelus vtriusq̄
 natiuitatis officiiū rep̄sentat: zachariā solat̄
 incredulū: p̄fidētē mariā cohortat̄. Ille cur
 dubitauerit vocē pdidit: hec qz statiz credi-
 dit verbū salutare p̄cepit. hoc etiā in laudi-
 bus iohis mīme tacendū videt̄: q̄ nōdū na-
 tus etiā p̄phetat: z adhuc in materni vteri
 sinib⁹ p̄stitut⁹ aduentū christi: qz voce nō po-
 terat: gaudijs p̄stet̄. Dicit em̄ helisabet ad
Ibidem. sanctā mariā: Simul vt facta ē vox saluatio-
 nis tuę: exultauit i gaudio isans i v̄ro meo.
 Exultat em̄ iohes an̄q̄ nascat̄: z p̄usq̄ mun-
 di oculis habitū recognoscat: iaz spū mūdi
 dñm recognoscat. In q̄ arbitroz p̄pheticam
Dier. 1. puenire sniaz q̄ dicit: Priusq̄ te formarē in
 vtero noui te: z p̄usq̄ exires de vulua: san-
 ctificauit te. Uti mirari nō debem⁹ q̄ ab he-
 rode missus i carcerē: clausus christū semp
 suis discipulis intimaret: cū etiā clausus in
 vtero eundē dñm gestibus p̄dicauit.

Item de natali sancti iohannis baptiste. lrv

Antici iohannis bap-

ptiste natalē hodie p̄secutur⁹ ta-
 cere vellē: z laborē atqz imperitiā
 meā silentio coercere: s̄ em̄ ipsa vis nois mi-
 nime me silere pmittit. Nā nūcupatio voca-
 buli ipsi⁹ pectoris n̄ri vrget secreta: silentij
 n̄ri resoluit arcana: z qd̄ dissimulatōe retice-
 tur: admiratione cōpellit. Si em̄ pat̄ zacha-
 rias cū eū noiauit vocē recepit: q̄tomagis
 nos cū laudem⁹ illū eloquiū p̄meremur: z si
 illi⁹ os cū in seculo nasceret̄ aperuit: quāto
 maḡ cū p̄ christo pat̄i ora n̄ra fecūdat. Lū
 em̄ zacharias pat̄ ei⁹ p̄pter incredulitatem
 natiuitat̄ illi⁹ ab angelo gabriele silentij eēt
 taciturnitate mulcrat⁹: etiā diu mut⁹ v̄boz
 disp̄edio mentē secreta velaret: subito nato
 iohāne filio cū apud primos esset intentio
 q̄ noie vocaret̄: offerunt̄ patri tabulę: vt vo-
 cabulū ei⁹ p̄ sui arbitrio ipse describeret: et

q̄d̄ sermone nō poterat: litter̄ loqueret̄: tūc
 mirū in modū accept̄ pugillarib⁹ vt stilum
 figeret: linguā resoluit: ac l̄ras sermone p̄ue-
 nit: z iohem non testat⁹ est s̄ locut⁹. Videte
 igiŕ sancti baptiste meritū: voces p̄ri reddi-
 dit: sacerdoti eloquētiā reparauit. Videte
 inquā merituz: os qd̄ angelus alligauerat:
 iohes absoluit: qd̄ gabriel obstruxerat: par-
 uulus reserauit: quāqz z ipse sit angelus: sic
 scriptuz est de deo: Ecce mitto angelū meū
 ante faciē tuā. Respicite igiŕ iohāne: quāta
Malachie. 3. vis sit ei⁹ vocabuli: cui⁹ nūcupatio reddidit
 muto vocem: patri pietatē: p̄lo sacerdotēz.
 Prius em̄ erat tacens lingua: sterilis filio:
 puat⁹ officio: at vbi iohes nascit̄: sit repen-
 te pater p̄pheta vel pontifex: loquela vsuz
 recipit: plem affectio suscipit: sacerdotē fun-
 ctio recognoscat. Lū q̄ tanta vis sit ei⁹ voca-
 buli: dicturi de eo: et si tacere volum⁹: silere
 nō possum⁹. Ipse em̄ iohānes vox clamāt̄
 dicit: Quis igiŕ: q̄ vocē laudet z taceat: cla-
 morem admiret̄ et mut⁹ sit? Aut̄ em̄ ipse de
 se: Ego sum vox clamāt̄ in deserto. Videte
 qd̄ dixerit. Nō em̄ ait tantū: Ego suz vox s̄
 et clamant̄: vox scz vt ad fidem p̄sequēdā:
 vox aures penetret: clamor corda cōcutiat:
 vox regnū p̄dicet: clamor iudiciū cōminef̄.
 Ab̄agnus igiŕ iohes: cui⁹ magnitudini etiā
 saluator testimoniū phibet dicēs: Inter na-
Luc. 7. tos mulierū maior nō est iohāne baptista.
 P̄cellit cunct̄: eminet vniūsis: antecedit
 p̄phetas: sup̄gredit̄ patriarchas: z quisqz
 de muliere: inferior ē iohāne. Sz debem⁹ di-
 ligent̄ inq̄rere: cur ita dñs dixerit: hoc ē: int̄
 natos mulierū: z non poti⁹ dixerit int̄ filios
 viroz nō ē maior iohāne: cū vtiqz mulieres
 natos sine viris h̄re nō possint. hoc aut̄ di-
 xit: qz numerosior est p̄les muliez q̄ viroz.
 Est em̄ mulieris fili⁹ q̄ viri fili⁹ nō est: deniqz
 sancta maria genuit filiū: q̄ patrē hoīem nō
 haberet. Dñs em̄ est mulieris fili⁹: z viri fili⁹
 nō est: sicut dicit ap̄lus: Natū de muliere fa-
Gal. 4. ctum sub lege. Ut q̄ matrē in terr̄ habet pa-
 trē haberet i celis. Ergo i laudē iohis fecūdi-
 oris sex⁹ generatio ponit̄: vt nulli⁹ ab eo na-
 tiuitas separet̄. Dic̄ forte aliqz: si int̄ natos
 muliez maior ē iohes: nūqd̄ etiā maior ē sal-
 uatorē? Absit. Iohes. n. nat⁹ mulier̄: christ⁹
 aut̄ v̄gis nat⁹ ē: ille corruptibil⁹ vteri sinib⁹
 effusus est: iste ipollute vuluę flore p̄genit⁹.
 Ideo aut̄ cū iohis natiuitate dñi generatio
 deputat̄: ne dñs extra veritatē videret̄ esse
 pditionis humanę. e 5

Sermo de sancto iohāne baptista. lxxvi

Scribitur in superiore

dōnica cum silentij nostri veniam
 peteremus: q̄ pro salute cōmuni
 sacerdotibus etiam tacentib⁹ doctrina euā-
 gelica nō taceat: et q̄ silentium eorūz suple-
 ret diuina sentētia. Semp̄ em̄ diuina scriptu-
 ra loquit̄ et clamat: sicut scriptū est de iohan-
 ne: Ego sum vox clamantis in deserto. Nō
 em̄ tantū illo in tempore clamauit iohānes
 quo phariseis annūcians dominū saluato-
 rem dixit: Parate vias dñi: rectas facite se-
 mitas dñi dei nostri: s̄ et hodie clamat in no-
 bis: et vocis suę tonitruo deserta nostrorum
 concutit peccatorū: Ac licet sancta martyrij
 morte dormierit: vox tñ eius uiuit: dicit em̄
 et nobis hodie: Parate vias domini: rectas
 facite semitas eius. Semp̄ em̄ scriptura di-
 uina clamat et loquit̄. Unde et ad cain dicit
 deus: Vox sanguinis fratris tui clamat ad
 me. Nulla utiq̄ sanguini vox est: sed clama-
 re dicit̄ sanguis qui innocēs effusus est: nō
 tam vere q̄ causa: et interpellare dñm nō p-
 secutione eloquij: sed indignatiōe cōmissi:
 ac reatum suū nō tam uerborū accusare ser-
 monib⁹ q̄ p̄scientie ipsius criminatione cō-
 stringere. Quis em̄ malum factū si in uer-
 ba p̄ducatur: excusationē fortasse recipit: nisi
 cōscientia reuocet̄ nō potest excusari. Con-
 scientia em̄ reatum suū semp̄ tacita sine con-
 traditione p̄uincit et iudicat. Hodieq̄ ergo
 iohānes clamat et dicit: Parate uiam dñi:
 rectas facite semitas eius. Parare ergo iu-
 bemur uiam dñi: scz nō aggerem itineris: s̄
 fidei puritatem. Domin⁹ em̄ non terrenam
 semitam carpit: sed secreta mentis incedit. Si
 quid igit̄ in hac uia fuerit moribus asperū:
 crudelitate durum: cōuersatione pollutūz:
 iubemur mūdare: exēḡre: cōponere: ut su-
 perueniens domin⁹ nō offendat in nobis:
 sed magis reperiat uiam castitate puram: p-
 cliuem fidei: elemosynis eminentem. Quia aut̄
 tali itinere incedere solet domin⁹: p̄pheta
 describit dicens: Iter facite ei qui ascendit
 sup̄ occasum: domin⁹ nomen est ei. Sed ui-
 deamus ipse iohānes qui parare uiam dño
 iubet: quā ipse uiam parauerit saluatori. Per
 omnia plane adueniēte christo tramitez uig
 suę composuit et direxit. Nam fuit utiq̄ ie-
 iunus: humilis: parcus: uirgo. Omnes em̄
 has uirtutes ei⁹ euāgelista describens ait:
 Ipse aut̄ iohānes uestitū habebat de pilis

cameloz: et zona pellicea circa lumbos ei⁹.
 Esca autem ei⁹ erant locustę et mel siluestre.
 Quę igit̄ maior causa hūilitatis in p̄pheta
 q̄ p̄tempti mollib⁹ uestimētis: pilozū aspe-
 ritate uestiri: Quę deuotior fidel q̄ p̄cinctū
 zona paratū esse semp̄ ad omne seruitutē ob-
 sequiū: Quę p̄clarior abstinentia q̄ sp̄rete vi-
 tę huius delictis: stridulis uesci locustis ac
 melle siluestri: Quę omnia hęc qm̄ p̄phete
 usui erant: arbitror in his ipsis p̄phetiā fu-
 isse. Nam utiq̄ cū p̄nunci⁹ christi uestimē-
 tum habebat cameloz asperitate p̄textum:
 qd̄ aliud significat nisi qd̄ ipse christ⁹ aduen-
 iens usurus esset indumēto humani corpis:
 qd̄ erat peccatorū asperitate densatū: et qd̄ ue-
 lut imūdiffime bestię: hoc ē: gentilis p̄li cir-
 cundat⁹ exuuijs deformitatē ei⁹ ipse gesta-
 ret: Zona uero pellicea: qd̄ aliud demōstrat
 nisi hęc fragilē carnē n̄fam quę ante aduen-
 tum christi dñabat ad uitia: post aduentūz
 ei⁹ restrictā esse ad uirtutē: et q̄ ante luxurian-
 do dilatabat in pinguedinē: nūc abstinēdo
 attenuaret̄ in pelle: Exitū uero ei⁹ q̄ beatū
 legim⁹. s. qd̄ psaltria regis filia post illaz ini-
 micam uoluptatez caput ei⁹ petierit. Quid
 mirū si psaltria occidit p̄phetaz: qz luxuria
 semp̄ ē inimica iusticie: et qd̄ iniquitas sine ces-
 satione p̄sequit̄ ueritatē. In q̄ facto grande
 mysteriū p̄tinet. Nam utiq̄ ipsa psaltria syna-
 goge est cōparanda q̄ christū dum luxuriat
 occidit. Quia aut̄ ista psaltria synagoga sit: di-
 cit dñs ad iudeos: Lantauim⁹ uobis et non
 psalta. Cur aut̄ a iohis corpe caput abla-
 tutz sit: manifesta res ē. Iohes: sicut scriptū
 astruit: typum legis gerebat. De dño aut̄ le-
 gim⁹: qz uiri caput christus est. Ergo cū a io-
 hannis corpe caput ei⁹ auferet̄: christ⁹ quodā
 modo a iudeis legis cultorib⁹ separat̄. Re-
 mansit em̄ illis sine saluatore lex exanimis et
 truncata. Nam ex eo utiq̄ iudei diuina nō sa-
 piūt: ex q̄ sine capite esse ceperūt. Iter igit̄
 facit dño qd̄ in ceteras p̄tinentie uirtutes: ma-
 trimoniū limitem nō excedit: nec cōiugij p̄-
 scriptū terminū adulterina p̄mixtiōe cōma-
 culat. Sūt em̄ nōnulli qd̄ cū legib⁹ uxores du-
 xerint: p̄tra diuinitatis legē sibi sociant p̄cu-
 binas: nō itelligētes qd̄ p̄trahēdo matrimo-
 nia p̄prijz uinculis p̄strinxerūt. Qui em̄ le-
 gib⁹ ducit uxore: p̄stet se p̄tra legē non esse
 facturū. Reum ḡ ipse se statuit: qd̄ adhibēdo
 sibi adulterā ius pollicitatiōis excedit. S̄z
 dicit aliq̄s: uxore nō habeo: iō mihi ancillā
 sociavi. Audi qd̄ dicat scriptura ad abraaz:

Matt. 11.

1. Cor. 11.

Gen. 27. *Ejce ancillam et filium eius: non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Si igitur ancille filius heres non est: quod nec filius est. Cur autem querit tale coniugium: de quo susceptus filius nec successionis possit heres esse nec sanguinis? Nec enim habere potest hereditatis sortium qui non habet originis privilegium. Cur inquam querit tale contubernium de quo nati non filii sunt matrimonij: sed testes sint adulterij? Cur homini suscipiunt adulteri quod patri pudori sint non honori? Dicit scriptura: adulterorum filij in consummatione erunt: et ab iniquo thoro semen exterminabit. Mulier igitur tua si talibus moribus predata est ut mereatur sortium: mereatur et nomen uxoris: prestat contubernij tuę libertatem et nomen uxoris: ne tu adulter sis potius quam maritus. Sed et ille iter facit domino christianus qui professionis sue exhibet ei fidele seruitium: et castitatem quam promissit custodit tam mente quam corpore. Sunt enim plerique qui singulari vitam proponentes: singuli esse non possunt: sed querunt sibi contubernia atque utinam fratrum. Inuenisti christianum monachum cui cum fratre non conuenit: et libenter ei conuenit cum sorore: qui non sequitur seniore utilia componente et sequitur adolescentulam incongrua cachinnante eius: et si sincere corpus sit: anima non potest esse sinceris. Sed et ille clericus iter domino facit qui secundum euangelium uiuit: et per omnia obtemperat sacerdoti. Aliqui enim cum sint minus subditi: moleste ferunt cur a senioribus arguuntur: dicunt: grauiter irascitur episcopus: patientior esse deberet. Audi ergo optime clericus: sacerdos exigit patientiam: et tui non exigit disciplinam. Nescis quia mihi salutem causam arguere aliqui promissum est: tibi nunquam peccare concessum est. Dicit enim apostolus: Increpa oportune inoportune: argue. Esto igitur in omnibus subditus sacerdoti: si vis eum esse mansuetum.*

De natali sanctorum apostolorum petri et pauli. lxvii

Omnes beati

apostoli parem gratiam apud deum sanctitatem obtineant: nescio quo tamen pacto petrus et paulus uidentur pre ceteris peculiari quadam in saluatore fidei uirtute precellere. Quod quidem ex ipsius domini iudicio possumus approbare. Nam petro sicut bono dispensatori clauem regni celestis dedit: paulo tanquam idoneo doctori magisterium ecclesiasticę

institutionis insinuit: sed ut quos iste erudiret ad salutem: ille suscipiat ad quietem: et quorum corda paulus patefecerit doctrina uerborum: eorum animabus petrus aperiat regna celorum. Clauem enim quodammodo a christo scientie et paulus accepit. Clauis enim dicenda est qua ad fidem peccatorum dura referantur: mentium secreta panduntur: et quicquid intrinsecus clausum tenet in palam rationali manifestatione producit. Clauis inquam est que et conscientiam ad professionem peccati aperit: et gratiam ad eternitatem mysterij salutaris includit. Ambo igitur clauem a domino preceperunt: scientie iste: ille potentie: diuitias immortalitatis ille dispensat: scientie thesauros iste largitur. Sunt enim scientie thesauri: sicut scriptum est: In quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Ergo beatus petrus et paulus eminent inter uniuersos apostolos: et peculiari quadam prerogatiua precellunt. Uerum in ipsos quos cui proponatur: incertum est: puto. non illos equales esse merito: quod equales sunt passione: et simili eos fidei deuotione uixisse quos simul uidemus ad martyrij gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putemus quod una die: uno in loco: uno tyranni tolerauerunt suam. Una die passi sunt: ut ad christum pariter peruenirent. Uno in loco: ne alteri roma deesset. Sub uno persecutore: ut equalis crudelitas utrumque prestringeret. Dies ergo pro merito: locus pro gloria: persecutor decretus est pro uirtute. Et in quo tandem loco martyrium protulerunt? In urbe roma que principatus et caput obtinet nationum: sed ut ubi caput superstitionis erat: illic caput quiesceret sanctitatis: et ubi gentilium principes habitabant: illic ecclesiarum principes morarentur. Cuius autem meriti sint beatissimi petrus et paulus: hinc possumus intelligere. Quia cum dominus orientis regionem propria illustrauerit passione: occidentis plagas ne quod minus esset vice sui: apostolorum sanguine illuminasse dignatus est: et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem: tamen etiam horum martyrium nobis protulit ad exemplum. Hodierna igitur die beati apostoli sanguinem perfuderunt. Sed uideamus causam que ista precessit sunt. scilicet quod in cetera mirabilia etiam magnum illum simonem oronibus suis de aere uacuo precipiti ruina prestrauerunt. Cum enim idem simon se christum diceret: et tanquam filium ad patrem assereret uolando se posse ascendere: atque elatus subito magicis artibus uolare cepisset: tunc petrus fixis genibus precatur deum: et precatione san-

Col. 2.

2. Timoth. 4.

ta vincit magicā leuitatē. Prior em̄ ascēdit ad dñm oratio q̄ volatus: et añ puenit iusta petitio: q̄ iniqua p̄sumptio. Ante petr̄ in terris posit̄ obtinuit qđ petebat: q̄ simon pueniret in celestib⁹ q̄ tendebat. Tūc igitur petrus velut vinctū illū de sublimi aere de- posuit: et quodā p̄cipitio in saxo elidens ei⁹ crura p̄fregit. Et h̄ in opprobrio facti illi⁹: vt q̄ pauloante volare tentauerat: subito ambulare nō posset: et q̄ pennas assumpserat: plantas amitteret. Sed nec forte hoc mirū videat q̄ mag⁹ iste p̄sente ap̄lo p̄ aerem aliquandiu volitauerit: hoc patiētia petri fecit. Permisit em̄ illū sublimi⁹ ascendere: vt alti⁹ caderet. Voluit em̄ in excelsum leuari ad p̄spectū oīm: vt ruentē illū d̄ excelso oculi oīm peruiderent. Hec igit̄ est iniquitatis elatio: vt in altū se ferat: i sublimē se erigat. Sed sancta oratio oēm humiliat sup̄biam: vniuersam deicit vanitatem.

Item de natali sanctorum
ap̄loꝝ petri et pauli. lxviii

Atalem beatissimo

n rum apostolorum petri et pauli hodie celebrantes: diuisis epulis nos reficere debem⁹: et tantā festiuitatez magna cum leticia celebrare. Quis em̄ taliū viroꝝ solennitatē nō magna cū leticia debet celebrare? Quis em̄ taliū viroꝝ solennitate nō magnos sibi exhibeat apparatus: vt q̄ plus expenderit: plus se apostolos p̄firmet amare? Verūtm̄ nō opus ē pp̄rio sumptu ad refectionem nostrā: nam natali suo sanct⁹ petrus ipse nos reficit. Est em̄ omnib⁹ copiis refertum vas ei: qđ illi de celo esurienti delatum ē. Igit̄ qui esurit sicut petrus: reficit ipse cum petro. Et quid ergo p̄parem⁹ nobis pp̄rium prandii: cum apostolico ferculo saginemur? Cur nobis inquiram⁹ terrenas epulas: cū celestes copias habeamus? Dicit em̄ sanctus lucas i actib⁹ apostolorū: post oronem esurienti petro circa horas sextam: ap̄erto celo vas quoddā splendidū velut linteum fuisse delatū: in q̄ erant quadru-
pedia et rep̄tia terre et volatilia celi: et dixit se dñm ad eum: Petre surge imola et mādūca. Ecce petrus q̄ dicit alibi: Aurū et argentum nō est mihi: nūc conuiuij ei⁹ vasculum splendidius est argēto. Et qui p̄pter christū argenti speciem refutasset: p̄ christū argenti nitore ditat̄. Pransuro igit̄ petro desunt

Act. 10.

Ibid. 3.

coquorū apparatus: desunt obsequia famulorum: sed qđ est meli⁹: ministeria diuina non desunt: et vtilioris cōmunionē sancto viro qđ deest i terris abundat i celis. Et reficiat em̄ petrus: nō cellariū sollicitē reserat: sed celum ipsum p̄tinus aperit. Legim⁹ in scripturis sanctū heliam in deserto coruis ministrantib⁹ pastum: quāto melius petr⁹: cui nō paruam escam tetra auis porrigit: s̄ integrum cōuiuium multitudo angelica subministrat. Post oronem q̄ esurit petrus. Adirandum cur sanctū virum post oronē fames sequat̄: cum soleat fames ofone depelli: esuriens anima nō nisi obsecrationib⁹ saginari: Sed puto petrus post oronem nō cibum esurisse hominū sed salutem: nec inedia veratum esse corporis: sed inopia credentium laborasse. Cum em̄ iudaicus populus p̄fidus et ingratus illo p̄dicatē christo nō crederet: famem quodāmodo petrus sui officij sustinebat. Famem em̄ patit̄ qui minime fructū sui laboris assequit̄. In cenaculum igit̄ ad oronem festinus ascendit. Bñ ait in cenaculum ad orationē ascendisse petrū: qz omnis sanctus quādo orat: relinquēs humilia vel terrena in altum mentē extollit et in sublime suspensus rapit̄: et cogitatioe sancta celo vicinius efficit. Atqz ibi esuriētī illi: hoc ē: cogitanti in cordis sui sublimiori loco p̄ salute iudaici populi: offert vas diuersorū generum animalib⁹ plenum: velut diuinitate dicente illi: Tu in iudeos solos esuris: ecce famem fidei tuę cunctarū gentium diuersitate reficio. Itaqz vtiqz diuersa animalia collecta in vno vasculo diuersarū gentium cōgregatio collecta in vna ecclesia demonstrat: que ecclesia in illi⁹ vasculo splendido duz nō habet maculā neqz rugā: linteī nitore resplendet. In qua p̄mū animal deo ex gentib⁹ centurio corneli⁹ est imolatus. De hoc q̄ vasculo suo hodie nos reficit petr⁹. Cum em̄ videmus gentiliū turbas ad fidē christianitatis accurrere: simul cū ap̄lis gratulamur. Non em̄ mortui sunt quoz curam⁹ natalē hodie: s̄ renati viuūt pane: qz participes effecti sūt christi q̄ vita ē oīm. Quis em̄ corpora passione cesa sint: interrupt⁹ tm̄ nō est ordo viuentiu. Iugit̄ em̄ et deo gr̄as agūt: et laudes saluatori referunt: nisi q̄ resoluta membrorum sarcina magl̄ adherent christo: sicut ait paulus: Dissolui et cū christo esse quāto meli⁹. Non q̄ dicenda ē mors qua interueniēte ca-

3. Reg. 17.

Ibid. 1.

remus psecutorib? : z christo pnectimur. Hō est plane dicēda mors que christo mortuus sociās lucrū efficit morientis: sicut ait beat⁹ pph⁹. 1. aplus: Adhī em viuere christus est: z mori lucrū. Illa aut vera est mors q̄ etiā viuente hoīem peccatorū morte cōstringit: qui quis viuere videat: scelerib⁹ tñ suis morti iam videt addictus: sicut ait aplus de illa delictiosa vidua: hęc aut viuens mortua est.

Item de natali sanctorum apostolorum petri z pauli. lxx

O tum omnibus vo

n bis est frēs: z vniuerso mūdo notissimū q̄ beatissimoz petri z pauli natalis ē hodie: nec aliquā partē orbis latere pōt tanta deuotio. Siq̄dez de ihs dicat

ps. 18. dauid ppheta: In omnē terrā exiuit sonus eoz: z in fines orbis terre vba eoz. In oēm terrā mirabiliū petri virt⁹ diffusa est: z in fines orbis terre eplaz pauli verba penetrarunt. Quis em nō audiuit: q̄ p̄mū petr⁹ sedenti ad portam speciosam claudō: z ex matris suę olim ventre iam debili pedū restituerit firmitatē: vt qđ natura min⁹ cōtulerat: aplica ḡa repararet? Lū em idem claudus stipem rogans aliqd pecunię se ab aplis crederet accepturū: ait illi petrus: Argentum z aurū nō habeo: s̄ qđ habeo: h̄ do tibi: In noīe dñi nostri iesu christi nazareni surge et ambula. Beata plane largitas: que petenti argentū qđez nō ptulit: sed ptulit sanitatē. Beata largitas: q̄ de thesauris suis aurum nō ptulit: sed ptulit medicinā. Beat⁹ z ille claudus: q̄ duz stipem querit pecunię: diuitias incolumitatis accepit. hoc em ab apostolis donatuz meruit: qđ nullis thesauri a medicis redimere potuisset. Prīmū q̄ signū mirabiliū suoz petrus fecit: claudō pedū restituedo vestigia. Dixim⁹ frequenter ipsum petrū a dño nūcupatuz: sicut ait: Tu es petrus: z sup hęc petrā edificabo eccliaz meā. Si q̄ petrus petra ē sup quā edificat ecclia: recte p̄s pedes sanat. Ut sicut in ecclia fidei fundamentū ptinet: ita z in hoīe mēbro rum fundamēta p̄firmet. Recte in quā p̄mū in christiano pedes curat: vt iam nō intrepidus nec imbecillis possit sup petrā ecclie: s̄ robustus z fortis incedere. Tbi autē verba pauli apli nō legunt⁹: Qui loc⁹ ea nō litterat inscribit: corde retinet: puerfatiōe custodit: qz paulus a dño vas electionis est noiat⁹?

Bonū vas in q̄ p̄ciosa mandatoz christiani p̄cepta pdunt: bonū vas de cui⁹ plenitudine substantia vite plis semp erogat z plenu est. Optima aploz nomina petra z vasculū necessaria domui saluatori. Dom⁹ em fortitudinis petra p̄struit: vtilitate vasis ornat. Petra ad firmitatē ne labāf sustētat p̄flos: vas ad custodiā ne tentent operit christianos. Exitus vero eoz de h̄ seculo: q̄ beat⁹ fuerit: nemo est q̄ nesciat. Nam p̄ma hęc in illis beatitudo ē: q̄ ambo vna die passi esse noscunt: scz vt quos vna fides seruitio deuinxerat: vna dies martyrio coronaret: deinde ipsa passio licet diuersa in singulis fuerit: tñ quāta referta est ḡe sanctitate. Nam petr⁹ crucis sic saluator exitū tulit: z a dñice deuotionis similitudine nec morte discret⁹ est: scz vt quez imitabāf fide: imitaret z passione. De pauli vero ceruice cū eā p̄secutor gladio pcussisset: dicit fluxisse lactē mag⁹ vnda q̄ sanguinis: et mirū in modū sanctū aplm baptismi ḡa in ipsa cede extitisse splēdidū potius q̄ cruentū. Que quidē res i sancto paulo stupenda nō est. Quid em mirū si abundat lacte nutritor ecclie: sicut ipse ad corinthios ait: Lac vobis potū dedi nō escā. hęc est plane repromissionis illa terra: quā patrib⁹ nostris deus p̄misit: dicēdo: Dabo vobis terrā fluentē lac z mel. Hō em de hac terra locutus est q̄ manantib⁹ aquis cenum inuoluit lutū qz pmiscet: sed de illa fra pauli z similiū pauli que iugiter purū suauēqz distillat. Que em pauli epistola nō melle dulcior est: lacte candidior: Que epistole tanqz vbera eccliaz p̄flos enutrit ad salutez. De ceruice q̄ apli p sanguine lac manauit. Regim⁹ i ipso: qm̄ caro z sanguis regnū dei nō possidebūt. Igit̄ iam paul⁹ possidet regnū: qm̄ caret z sanguine q̄ ipedire dicit̄ regnaturum. Adhuc q̄ paulus in terris postus etiā in regni celestis substantiā transformat.

De natali sancti eusebii vercellēsis episcopi. lxx

De sancti martyris

eusebii laudē aliqd addere velle: decerpere est. Tam ineffabilem em doctrinaz mḡ extitit: vt merita ei⁹ facilius operib⁹ cognosci possint: q̄ sermonib⁹ explicari. Tantū aut de eo p̄sciētia retinet: q̄tum ofo z narratio nō p̄ualet. Igit̄ gesta illi⁹ nō verbis adornāda sunt: s̄ p̄stringēda

sententijs: p̄sertim q̄ scim⁹ eam rem come-
 re nos nō debere sermonib⁹ quaz videmus
 iam comptā esse virtutib⁹: cuz dicat apl⁹:
 i. Cor. 4. Regnuz dei nō in sermone est sed in v̄tute:
 Ergo ad merita ei⁹ aliquid addere velle: de-
 cerpere est: me p̄cipue qui ⁊ ignarus rerū ge-
 starum sim: ⁊ litteraz imperit⁹ sacrarū: ⁊ rī-
 dis sacerdotaliū fūctionū. Potuissent autē
 p̄dicare sancti hec p̄cessores mei vsu facili⁹:
 expimento p̄bati⁹: doctrina p̄clarius: dñm
 et patrem specialiter beatū exuperantiū lo-
 quor: q̄ fuit ei⁹ minister i sacerdotio: comes
 in martyrio: particeps i labore: In cui⁹ vul-
 tibus sanctū q̄ eusebium videre nos credi-
 mus: ⁊ quasi i quodaz speculo bonitatē illi⁹
 imaginem contuemur. Facile em̄ cognosci-
 mus qualis magister fuerit cuius talem vi-
 dem⁹ esse discipulū. Sed qm̄ p̄fessionis illi⁹
 similis hunc gloria comitat⁹: mauult retice-
 re laudes paternas: ne pp̄rias parit iactare
 videat⁹. Quid ḡ de martyris eusebii gloria
 p̄dicem: cuius tota plebs ista sit gloria? Et
 cum dicat scriptura: Gloria patris est filius
 sapiēs: Quate hui⁹ sunt glorię qui tantorū
 filioz sapientia ⁊ deuotione letat⁹? In chri-
hominē sed ppter pecora. Illi em aratro terrā inuertebant. Abraam autē & Iacob & postea Moyfes: Dauid: pastores fuerūt: regalē quandā in hoc munere disciplinā induētes. Oderāt ergo ægyptij imolata sacrificia: id est: pfecta studia uirtutū & plena disciplinā. Qd̄ ergo uitiosi oderūt: hoc apud bonos sincerū ac piū est. Opus uirtutis detestat luxuriosus belluo: refugit ægyptius: ita corpus qd̄ illecebras diligit: aduersat animā uirtutes: abominat imperiū: refugit uirtutū disciplinas: & oīa opera quæ hmōi sunt. Quæ ergo ægyptius refugit: ægyptius ille & nō homo: hæc tu amplectere: qui habes hūanitatē sciētīā. Illa autē declinat: quæ illi sequunt atq; eligūt: qm̄ sibi duo ista cōgruere nō possunt: prudentia & insipientia. Itaq; sicut ijs quæ in quodā censu imprudētīæ atq; intēperantīæ sunt abdicat se prudentia: abdicat cōtinentia: ita eorū exors omnis insipies est atq; incōtinentis: quæ in bonis atq; in hæreditate sapientis uiri sunt & cōtinentis. Deniq; sanctæ illæ tali cōiugio Lia & Rachel: una laboriosa: altera aspiratio fortis: refugientes nō generis necessitudinē sed morum discrepantiā: cū uiri exerciti iacob sermone edoctæ essent q̄ uellet discedere: ut Laban & filiorū eius inuidiā declinaret atq; ignauitā: respōderūt: Nūquid est nobis portio aut hæreditas in domo patris nostri: & nō sicut alienæ existimamur ei? Vēdidit em nos & deuorauit preciū nostrū. Ecce primū q̄ ignauus & inuidus laboriosam & disciplinā tenacē alienat a se ac defugit: seseq; cupit separare. Qm̄ eas oneri esse cernit sibi & putat se lucrū fecisse qd̄ alienauit eas: & hoc esse suū preciū iudicat: eūq; fructū uoluptatis suæ. Nunc audiamus: quomō quæ habet uirtus: nō habeat ignauia. Aiunt em omnes diuitiæ & gloria: quā tulit deo patri nostro: nobis erit & filijs nostris. Merito deo arbitro dicunt esse sublata: q̄ ipse est auctor honorū: cuius gratia ignauū exuunt: q̄ decorē hæreditatis diuinæ capere improbi atq; infirmi nō quæunt: succedit autē intētus: & spiritū in se fortis habens. Quis autē fortis nisi solus deus: qui oīa coerces & regit: His ergo debet hæreditas dei. Vnde & Esaías dicit: Est hæreditas credētibus in dño. Et pulchre ait: Est hæreditas: ipsa em sola hæreditas est: alia nō est. Neq; em cæcus thesaurus hæreditas est: neq; caduca oīa hæreditatis habēt cōmodum. Sola est illa hæreditas: in quib; est portio deus. Vnde sanctus domini dicit: Portio mea dñs. Et alibi: Hæres factus sum testimonioꝝ tuorū. Videas quæ possideat iustus: mandata dei: oracula eius: præcepta eius. In his diues est: his pascit: in his delectat quasi in omnibus diuitijs. Hæc ergo possidētēs Lia & Rachel: patrias opes nō requirebāt: in quibus erat pecunia adultera: irrationabilis spēs: & spūalis expers uigoris. Deniq; qm̄ diuites & liberae nō eū diuitē sed egentē arbitrabant. Omnis em bonarū & liberaliū consors disciplinaꝝ neminē insipientiū diuitē putat: sed inopē atq; egenū: abiectum quoq; & si regalibus diuitijs affluat: & supbus auro suā iactet potentia. Fugienda igitur est taliū societas: & si aliqua generis copulēt necessitudine. Noxiæ em sūt cōuersationes cū insipientibus: & inficiunt sobriā mentē ac decolorant. Quia sicut adhærens sancto sanctus eris: ita cū pueris puerus eris. Frequēter em accidit ut quis cōtrappositū suū intēperantē audiens cū uelit ipse cōtinentiæ disciplinā tenere: fūco insipientiæ colore: meritoq; cōtrariæ sibi sunt: & repugnantes disciplina atq; insolētia. Vnde cū uir exercitatus earū sententiā quæreret: uocē emittunt pbatæ iam diuturno exercitio uirtutis. Nūquid est nobis portio aut hæreditas in domo patris nostri? Id est: consulis nos utrū uelimus ab eo recedere? Quasi uero non cognoueris q̄ nullam habeamus cupiditatē eius societatis: neq; nos dulcis pluribus sæcularium diuitiarum cupiditas teneat: aut læticia luxuriæ. Hæc sunt quæ nos miseria aliena nobis duximus. Hæc sunt quæ plena inopiæ atq; egestatis arbitramur. Adijciunt etiam causam successionis: quia ueram gloriā & boni thesauri copias amisit Laban: in quibus maximus uigor datus est mentis: & bona moneta imaginis dei & similitudinis: quia spiritualem monetā amisit: quia splendida magis sæculi elegit q̄ uera & utilia uite suæ: quorum decor expertem diuinorū bonorum præterit. Quoniā ille quæ putat pulchra: in ijs se fallit ipsum & decipit. Vnde audi eius uerba & iudicia. Secutus sanctum Iacob & filias suas: ne forte apud eas suorum uitiorū reperiret aliqd̄: & re-

uocandi ad se haberet auctoritatem: coarguēs iustum: cum ratione esset redargutus: & nihil respondere ac referre posset: quo eū deberet tenere: Si annūciasses inquit mihi: emisisses te. In quo p̄didit quid iustus fugerit: ne eū p̄sequeret: ne deduceret: ne tali comitatu stipatus p̄cederet. Primū q̄ multoz̄ dñoz̄ mancipio se subijcere nō debuit: ut ab eo tanq̄ seruulus dimitteret. Deinde quia uir exercitio intent⁹ & quærēs uerā uīā ad uirtutē p̄sequi: nō hominē deductorē sed oracula quæsiuit cælestia: Quæ me inquit hinc præceperūt abire: & nunc comitantē uiantē: Sed quomō me dimisisses: An cū læticia tua: quæ plena est mœstitudinis: cum tympanis scilicet atq; organis imoderata modulātibus: & sonis tibiaz̄ suauius insuauia resulatibus: sonis dissonis: crepitibus discrepātibus uicib⁹ multis: cymbalis animā feriētibus. His me delectari posse credidisti: his reuocari: Hæc sunt quæ ego fugi: nec uereor uerborum tuorū inuidiā. Fugi: ne me talia sequerent: ne quid de tuis accipiens abirem.

Nō em̄ talibus deductorib⁹ ad ecclesiam christi puenit: ad quā tendebat iacob: ut eo deduceret populoz̄ copias: inueheret nationū diuitias: posteritatē infunderet: fugiens umbrā inaniū rerū: præferēs insensibilibus simulacris uirtutū spirantē decorē: plausibilibus præponēs seria. Vides em̄ quē admodū cōiuiā gentiles adornent: festa annūciant: sed ea pijs mentib⁹ infestiora sunt: q̄ ijs plærīq; decipiunt: dulcibus capiunt epulis: capiunt saltantiū choris: dū ieiunia nostra fugiunt: dū ea sibi aspera putant: dū corpori noxia & molesta arbitrant. An opinat⁹ es q̄ aurū tuū desiderarem: Sed nō habes aurū igit̄ examinatū quo iusti p̄bant. An quia argentū cuperēs. Sed nō habes argentū: qui nō habes splendorē alloquij cælestis. Sed fortasse speraui qd̄ adijcerēs mihi ad obsequiū seruulos tuos. Ego nolo: liberos quæro: fugio seruos peccati. Sed forte comites itineris & duces uiarū necessarij fuerūt. Vtinā sequi possent: ego illis monstrare dñi uias. Sed qui deū nescitis: uias eius quomō nouistis?

Vias ei⁹ ingrediunt electi a dño. Nō quicūq; eas intrāt: sed tñ nemo excludit. Sequat̄ qui paratus est: ingrediat̄ uīā quæ ducit ad mesopotamiā: ut qui eā petit: p̄ aqs̄ transeat: aquas tigris atq; euphratē: fortitudinis atq; iusticiæ: p̄ lachrymas pœnitentiæ: baptismū gratiæ. In ea est uirt⁹ exercit⁹ dei. Omnes em̄ qui sibi in ecclesia: deo militāt. In ea est grex ille insignis diuersarū uirtutū: quē iacob sibi elegit. Ois em̄ sine signo anima: indocta & inerudita est: disciplinaz̄ nescia: quæ autē insignita: eadē diues operū: & gratiarū opima. Ad eā qui uenit: iratū fratrem recōciliet pri⁹: Ad eā qui uenit: sichimā p̄ciosam illā & actuosam inhabitet uirtutū officinā: ubi læsæ castitatis grauis ultio: Ad eā qui uenit: luctet̄ cū deo: ut ad imitationē eius se exercent: ad humilitatē christi & passiones eius congregiat̄. Tollat crucē suam & sequat̄ christum. Deniq; bonus cōgressor nō æmulatur: nō inflat: imo etiā benedicit cōgredientē sibi tali munere. Sequamur ergo sanctū iacob & uias eius: ut pueniamus ad eas passiones: ad eas cōgressiones: pueniamus ad murū: pueniamus ad patientiā matrē fidelium: & ad patrē isaac: id est: iocūditatis capacē: læticiæ redundantē. Vbi iam patientia: ibi læticia: q̄ post tribulationes patientia: patientia autē p̄bationē operat̄: in qua est spes: de qua nō cōfundimur: quoniā qui nō fuerit cōfusus crucē christi: nec christus confundetur in eo. Vale fili & nō erubescas patrē interrogare: qui nō erubescis in passionibus christi gloriari.

Sancti Ambrosij ad Fœlicē Comēssem ep̄m: se & lectione sermonis illi⁹: & spe futuri aduētus refocillatū asserētis: simulq; ut uenire nō negligat adhortātis: Eplā. V.

Mbrosius Fœlici comēsī ep̄scopo. Et si habitu corporis min⁹ ualebā: tamē ubi sermonē unanimis mihi pectoris tui legi: nō mediocrē sumpsi ad cōualescēdū gratiā quasi quodā tui alloquij p̄legio refotus: simul q̄ celebrē utriq; nostrum annūciasti diē affore: quo suscepisti summi gubernacula sacerdotij: de quo ante momentū cū fratre nostro Bassiano loquebar. Ortus em̄ sermo de basilicā quā cōdidit apostolorū nomine: dedicatione: dedit huic sermoni uiam: siquidē significabat qd̄ sedulo tuæ quæreret sanctitatis præsentia. Tum ego nostris fabulis intexui diem natalis tui: qui foret in exordio ip̄o Kalendarum nouēbrū: eūq; (si nō falleret)

appropinquasse: & crastina celebrandū die: unde posthac nō excusaturū. Promisi si ego de te: qm̄ & tibi id de me licet. Promisi illi: exegi mihi. Præsumptū em̄ habeo q̄ affutur⁹ sis: q̄a debes adesse. Nō ergo te magis meū pmissū tenebit q̄ tuū institutū q̄ id in animū indueris: ut qd̄ oportet facias. Aduertis itaq; q̄a nō tā pmissi audax: q̄ tui cōsciū fratri sponendi. Veni igitur ne duos sacerdotes redarguas: te qui non affueris: & me qui tā facile pmiserim. Natalē aut̄ tuū psequemur nostris oratiōib⁹: & tu nostri in tuis uotis nō obliuiscaris. Te noster spūs comitabit: tu quoq; cū ingredieris secūdū tabernaculū qd̄ dicit̄ sanctasanc̄toꝝ: facito nostro more: ut nos quoq; tecū inducas cū spū. Adolens aureū illud thymiamaterion: nos ne intermiseris. Ip̄m est em̄ qd̄ in secūdo tabernaculo est: de quo plena sapiētia: oratio tua sicut incēsum dirigē ad cælestia. Ibi arca testamēti undiq; auro tecta: id est: doctrina christi: doctrina sapiētia dei. Ibi doliū aureū habēs māna: receptaculū scilicet spūalis alimonia: & diuinā p̄mptuariū cognitiōis. Ibi uirga Aaron insigne sacerdotalis gr̄æ aruerat an̄: sed in christo refluuit. Ibi cherubin sup̄ tabulas testamēti: lectionis cognitio sacra. Ibi p̄pitiatorū: supra qd̄ in excelsis de⁹ uerbū ē: imago iuisibilis dei: qd̄ tibi dicit: Loquar tecū desup̄ p̄pitiatorū: de medio duoz; Cherubin. Sic em̄ loquit̄ nobiscū: ut nos ei⁹ sermonē intelligamus: uel quia nō mundana sed intelligibilia loquit̄: sicut ait: Aperiā in parabolis os meū. Vbi em̄ christ⁹: ibi oīa: ibi doctrina eius: ibi peccatoꝝ remissio: ibi gratia: ibi separatio mortuoꝝ ac uiuentiū. Et Aaron qd̄ semel stetit i medio eoz; obijciens se: ne mors trāsiret ad uiuentiū agmina a funerib⁹ mortuoꝝ: Hic aut̄ quasi uerbū sp̄ stat i singulis: quē nos nō uidem⁹ intra nos: separās rōnabiles uirtutes a cadauerib⁹ passionū lætaliū & pestilentiū cogitationū. Hic stat quasi qui in hunc mundū uenerit: ut aculeū mortis hebetaret: deuoratoriū eius obstrueret: uiuentib⁹ æternitatē gratia daret: defunctis resurrectionē cōcederet. Huic tu militas bonam militiā: huius depositū custodis: hui⁹ pecuniā fœneras: s̄m qd̄ scriptum est: Fœnerabis gētibus. Bonū fœnus spūritualis gratia: qd̄ ueniens dñs cū usuris exigit: & cū te bene dispensasse inuenerit: dabit tibi plura p̄ pauciorib⁹: eritq; mihi fructus dulcissimus: qd̄ meū in te iudiciū cōprobabit. Ordinatio non rephendit̄ quā accepisti p̄ impositionē manuū mearū & b̄ndictionē in noīe dñi Iesu. Fac ergo bonū opus: ut in illo die mercedē inuenias: & ego in te: & tu in me requiescamus. Multa messis christi: sed pauci operarij: & difficile reperiunt̄ qui adiuuent. Verum hoc uet⁹: sed potens est dominus qui mittat operarios in messem suam. Certe in illo ordine Comensū iam plariq; cœperunt credere magisterio tuo: & doctrina tua uerbū dei receperunt: sed qui dedit credentes: & adiutores dabit: quo & tibi excusandi auferatur necessitas: qd̄ serius nos inuiseris: & mihi crebrior tuæ præsentia refundatur gratia. Vale & nos dilige ut facis.

105.77.

Deus. 15.

Sancti Ambrosij ad Irenæum: pythagoricū mandatū cōmemorantis: quo ille discipulos suos cōmunē atque usitatā populo uiam ingredi phibuit: Et ut idē a sacerdotibus obseruet̄: multiplici ratione psuadetis: Ep̄la. VI.

Mbrosius Irenæo. Pythagoricum mandatū in aliquorū scriptis prædicari inuenim⁹: q̄ ille discipulos suos cōmunē atq; usitatā populo phibuerit ingredi uia. Sed hoc unde assumpserit: nō est icognitū. Nam cū ex populo iudæorum (ut plariq; arbitrant̄) genus duxerit: ex ei⁹ disciplina deriuauit etiā magisterij præcepta: meritoq; magnus apud philosophos habit⁹ æqualē (ut aiunt) uix reperit. Legerat itaq; in Exodo: Moysi diuino præceptū esse oraculo: Solue calciamentum pedum tuorū. Id etiā præceptū Iesu naue uidelicet: ut detritæ & popularis uia deponerēt puluerē: qui uia dñi ambulare desiderarēt. Legerat præceptū eidē Moysi: ut montē cū sacerdotib⁹ ascēderet: pplus aut̄ deorsū staret. Separauit igit̄ sacerdotes a p̄plo: & postea ip̄m Moysen intra nubē introire præcepit. Vides diuisiōes? Nihil i sacerdotib⁹ plæbeū requiri: nihil pplare: nihil cōe cū studio atq; usu & morib⁹ incōditæ multitudinis. Sobriā a turbis grauitatē: seriā uitā: singulare pōd⁹ dignitas sibi uēdicat sacerdotalis. Quō em̄ pōt obseruari a p̄plo q̄ nihil habet secretū a p̄plo

Exo. 3.

LIBER II EPISTOLA VII

dispar a multitudine? Quid em̄ in te miret: si sua in te recognoscat: si nihil in te aspiciat: qđ ultra se inueniat: si quæ in se erubescit: in te quę reuerēdū arbitrat̄ offendat.

- Supregrediamur igit̄ plæbeias opiniões: & strata quædā regalis cōuersatiōis detul-
tæ uiaꝝ orbitas declinem⁹: ac uulgaris semitæ solū: quā currit ille: cui⁹ uita leuior cur-
fore: de quo dicit̄: Trāsiuit & nō uidit: Sed quæram⁹ nobis uiaꝝ iaccessā sermōib⁹ inso-
lentiū: in uiaꝝ opib⁹ iperitoꝝ: quā null⁹ maculosus deterat: maculosus scilicet ignauiaꝝ
suaꝝ sordib⁹: & fumo iniquitatis oblitus: tenebrisq; & parietinis qbusdā aiaꝝ ruinosus: q
nullā uirtutis suauitatē gustauerit: aut certe limis eā spectādā magis q̄ directo affec-
tu: & apto sinu mētis suscipiēdā arbitrat̄ sit: & quā plæriq; amat: q̄ sibi faceti atq; urba-
ni uident̄: pulchritudinē sapiētiaꝝ in dedec⁹ uersutiaꝝ trāfigurantes: uerā nō intues-
grām: tāq; in nocte posit⁹ nō credit in die uiuētib⁹. Quia de numero themanoꝝ & sa-
Job. 6. bæorū est deficiētū & auertētū se a ueritate: de quib⁹ dicit lob: Videte uias themanoꝝ & semitas sabæoꝝ: q̄ cōfusionē incidēt q̄ in ciuitatib⁹ & diuitijs spem habent. Ita & uos insurrexistis i me sine misericordiā: unde uiso uulnere meo timete. Has igit̄ deuias semitas declinātū: & illū deficiētū puluerē: q̄ pp̄ suā appetētiā ceciderūt sæpe in deserto: derelinq̄m⁹. Cōuertamur aut̄ & seq̄mur sapiētiaꝝ uiaꝝ quā nō calcauerūt filij glorificatiū se & iactatiū: interit⁹ ignorat: mors nescit: q̄ deus direxit eā:
- Job. 28.** Abyssus dixit nō est in me: mare dixit nō est mecū. Sed si quæris uiaꝝ sapiaꝝ & disciplinæ: colere deū atq; ei subditū eē: sapiētia est: abstinere aut̄ a p̄ctis disciplina ē. Quid igit̄ nobiscū isti⁹ sæculi uiaꝝ: in q̄ est tētatio: imo ipsa uita hoīs tētatio ē: & exilior q̄ sermo fabularū: habitare in luteis domib⁹: dies & noctes in lucris ponere: & de lucris sq̄ cogitare: & sicut mercenari⁹ diurnā mercedē quærerere: atq; ut cicadas aiūt: aurā qđā pasci cupiditatū: Vere sicut cicadas: q̄ de die in diē uiuūt: q̄ stug; rūpūt suo. Quid em̄ sunt aliud homies nulli⁹ pōderis: nulli⁹ disciplinæ: nisi ut uideant̄ sicut cicadæ ad mortē nati diurnā: strepētes magis q̄ loquētes: Qui sub ardore feruētū cupiditatū se mulceāt cātu sibi noxiō statimq; occidāt: nullū fructū ferētes: nihil habētē gratiaꝝ.
- Horū igit̄ uiaꝝ noxiaꝝ tortuosæq; serpentiū: qui uenenato lapsu corporis sese trahunt: atq; in spirā neqciæ sese colligūt: & erigere nō quæūt ad cælestia. Ingrediamur aut̄ portas dñi: portas iusticiaꝝ: quos iust⁹ q̄ fuerit ingressus cōfiteat̄ dño. Sed hæc paucō rū ingressio. Vnde dñs ait: Quia angusta porta & arta ē uia quæ ducit ad uitā: & pauci sūt q̄ inueniūt eā. Lata aut̄ porta & spaciōsa uia quā multi gradiunt̄: ad mortē dirigit: & uiatores suos eo ducit. Sit ergo uia nra angustior: uirt⁹ exuberātor: trames præssior: fides sublimior: calles artior: uigor mentis exundās: semitæ erectæ: q̄ inflexibilia sunt uirtutū uestigia. Vnde Salomon: O qui dereliquerunt semitas rectas sit gressus ad superiora: q̄ melius est ascendere q̄ descēdere. Deniq; sicut lectū est hodie: Væ ijs qui descendūt in ægyptū. Nō utiq; transire in ægyptū: criminōsū est: sed transire in mores ægyptioꝝ: trāsire in eorū p̄fidiaꝝ: escæ cupiditatē: luxuriaꝝ deformitatē: q̄ eo trāsit descēdit: q̄ descēdit cadit. Declinem⁹ itaq; ægyptiū hoiem & nō deū. Vitijs em̄ suis etiā ipse rex ægyptioꝝ in p̄tātē est dat⁹: cui⁹ cōparatione Moyses de⁹
- Exo. 7.** existimat⁹ est: imperās regnis: subiiciēs sibi p̄tates. Vnde ei dictū legimus: Faciā te in deū regi Pharaoni. Vale & nos ut facis: quasi fili⁹ dilige.

Liber Secundus.

Sancti Ambrosij ad Simplicianū: eleganter de uera libertate ac etiā seruitute disputātis: fortissimisq; argumētis solū sapientē uerā libertate gaudere: & oēm insipiētē seruū esse cōprobantis: atq; ad illā amplectendā plurimū cohortātis: Ep̄la. VII.

Ambrosij⁹ Simpliciano. Proxime cū ueteris amoris usu familiaris inter nos sermō cæderet: delectari te insinuasti mihi: cū aliqd de Pauli apli scriptis corā pp̄lo ad disputandū assumerē: qđ eius pfundū in consilijs uix cōprehendat̄: sublime in sentētis audientē erigat: disputantē accēdat: tum q̄ in plærisq; ita seipse suis exponat sermonib⁹: ut is qui tractat: nihil inueniat qđ adiciat suū: ac si uelit aliquid dicere: grāmatici magis q̄ disputatoris

fungatur munere. In eo tñ tum qm̄ & ueteris affectū amicitia: & qđ plus est: pater
 nã gratia amorē recognosco: nã uetustas habet aliquid cū pluribus cōsociabile: pa
 trius amor nō habet: tñ quia nō ieiunū me fecisse iam: qđ postulas arbitratus es: pa
 rebo uoluntati tuã: admonitus præsertim & puocatus exemplo meo: qđ mihi nō
 difficillimū: quia nō magnum aliquē sed meiplū imitabor: cū in meos nō magnos ali
 quos usus reuertor. Et de cōsilijs qđē: cū beatæ uitæ imago atq; effigies nro sermo
 ne exprimeret: putamus eam factā cōplexionē: ut pluribus fortasse alijs: tibi certe
 amanti nostri nō improbemur: licet difficilior sit tuo iudicio q̄ plurium nō displice
 re. Sed iudicij pondus affectu ableuas: eoq; mihi blandior. Hęc aut̄ epistola qm̄
 te absentē offendit: de sentētis Pauli est apli: qui nos a seruitute in libertatē uocat
 dicens: Precio empti estis: nolite fieri serui hominū: ostendēs libertatē nostrā i chri
 sti esse sapiētia. Quæ sentētia magno a philosophis fluctuata atq; iactata est dispu
 tationis molimine: dicētibus: quia ois sapiens liber: omnis autē insipies seruiat. Sed
 multo hoc prius Dauid filius dixit: qui ait: Stultus sicut luna mutat̄. Sapiēs em̄ nō
 metu frangit̄: nō ptate mutatur: nō attollit̄ p̄speris: nō tristibus mergit̄. Vbi em̄ sa
 pientia: ibi uirtus animi: ibi cōstantia & fortitudo. Sapiēs ergo idē est animo: nō mi
 nuitur: nō auget̄ rez mutationibus: nec ut paruulus fluctuat ut circūferat̄ omni uē
 to doctrinã: sed manet pfectus in christo: fundat̄ caritate: radicatus fide. Sapiēs er
 go defectus rez ignorat: & uariū animū nescit: sed fulgebit sicut sol iusticia: qui i re
 gno patris sui fulget. Vñ tamē hoc plen̄ hauserit philosophia: de qua patrū di
 sciplina & prudentia: cōsideremus. Nōne prim̄ Noe cū aduertisset qđ insipiēter
 fili⁹ suus Cham riserat nudatū patrē: maledixit ei dicens: Maledictus Cham: seruus
 domestic⁹ erit fratribus suis: & præposuit ei fratres eius dños: qui sapiēter patris se
 nectutē honorandā putarūt. Nōne etiã fons ille disciplinarū oim̄ iacob: ubertatē
 disputationis huius oim̄ pectorib⁹ infudit: qui sapiētia merito prælatus est fratri se
 niori⁹. Deniq; pater pius qui iter duos filios affectu certaret paterno: sed discrepa
 ret iudicio (Affectus em̄ necessitudine ferē: meritis autē iudicia formanē) cum diui
 deret alteri gratiã: alteri misericordiã. sapiēti gratiã: insipienti misericordiã: quia ad
 uirtutē se pprijs uiribus erigere nō poterat: nec spontaneū gressum attollere: bñ
 dixit eū ut seruiret fratri suo: & esset ipsius seru⁹: ostendēs ita deteriorē esse seruitu
 te insipientia: ut remedio ei seruitus sit: quia stult⁹ regere se non pōt: & nisi modera
 torē habeat: præcipitat̄ pprijs uolūtātibus. Diliges ergo pater & cōsulens: seruū
 eū fratris sui fecit: ut eius regere cōsilio. Ideo incōsultis pplis sapientes quicq; ad
 hibentur rectores: qui plæbeiam insipientiã uigore pprio regāt: ut potētia specie
 dñentur. Quo uel inuitos auctoritate ptatis subiiciāt ad obediendū prudentiorib⁹:
 & obsequēdū legibus. Imposuit igit̄ insipienti uelut indomito iugū: & cui in gladio
 suo uiuendū dixerat: libertatē negauit: ne temeritate laberet: præfecit ei fratrē: cu
 us auctoritate & moderatione subiectus pficeret ad cōuersionē. Et qđ seruitus ha
 bet discretionē (Est em̄ necessitatis infirmior: uoluntatis fortior: qđ pulchrius est bo
 nū qđ nō ex necessitate fit: sed ex uolūtate) ideo primo ei iugū iposuit necessitatis:
 postea benedictionē ei uoluntaria subiectiois ipartiuit. Nō igitur natura seruū facit
 sed insipientia: nec manumissio liberū: sed disciplina. Deniq; Esau liber natus est: &
 seruus fact⁹ est. Ioseph uēditus in seruitutē est: & electus ē ad ptatem: ut suis empto
 ribus imperaret. Nō dedignabat̄ tñ obsequiū sedulitatis: sed tenebat uirtutis fasti
 giū: cōseruabat libertatē innocētia: integritatis auctoritatē. Vñ pulchre Psalmista
 ait: In seruū uenūdat̄ est Ioseph: hūiliauerūt in cōpedibus pedes eius. In seruū in
 qt̄ uenūdat̄ est: nō seruus factus. Humiliauerūt pedes ei⁹: nō aiam eius. Quomō
 em̄ hūiliata est aia: de qua dicit: Ferrū ptransiuit aia eius: Nã cum aliorū aia: scilicet
 peccatū transeat (Ferrū em̄ peccatū est qđ est penetrabile) Ioseph sancti aia ita non
 patuit pctō: ut magis peccatū ipsa penetraret. Deniq; nec herilis illecebræ flexus
 est delinimēto: nec imerito flāmas nō sensit libidinis: quia maiorē diuinæ flagrabat
 ardorē gratia. Vñ & hoc pulchre de eo dictū est: Quia eloquiū dñi ussit eū: quo re
 b

1. Cor. 7.

Eccl. 27.

Gen. 9.

Ps. 104.

strinxit ignitas diaboli sagittas. Quomō hic seru⁹: qui erudiuit principes ppli in illa frumētaria dispensatiōe: ut futuræ inopiæ cōsuleret & declinando puidere. Aut quomō seru⁹: qui totā terrā acq̄siuit: & uniuersū populū ægyptiorū in seruitutē redegit: Nō ut cōditione seruitij ignobilis irrogaret: sed ut tributū cōstitueret: præ possessionē tñ sacerdotale quā a tributis imūne referuauit: ut apud ægyptios quoq; iuolabilis haberet religio sacerdotalis. Nō fecit igit̄ eum seruū uenditio. Nā utiq; negociatoribus erat ueditus. Verū si precīū spectes: multos iuenies: q̄ emerūt sibi puellas formæ elegātoris quarū amore capti turpi seruitio sese dederūt. Videbatur

3. Esdre. 4. Apeme cōcubina Darij regis sedens ad dexterā eius: auferēs de capite eius diadema: & suo imponens uertici: palmis faciē eius sinistra manu uerberās: quā rex aperto ore intuebat̄ gaudēs si qñ arrideret ei mulier: q̄ si ea indignaret̄: miserū se atq; afflictū putaret: ut ptāte submissa biādicias obtexeret & consiliari eā sibi dep̄cetur.

Sed quid ista magno allegamus ambitu? Nō uidemus plerūq; in ptātem piraticā uel maniū barbarorū redactos parētes a filijs redimī: Nūquid leges pecuniæ potiores q̄ leges naturæ: Nunq; in seruitute accrescit pietas: Pleriq; emptores leonum sunt & tñ nō dñantur leonibus: sed ita subijciuntur uersa uice: ut si exasperatos eos excutere ceruice toros uiderint: fugiant & delitescant. Nihil ergo præiudicat pecunia: quæ plerūq; sibi dños emit: nihil tabulæ auctionales: q̄b⁹ emptor frequenter adiudicat atq; addicit: cōtractus nō mutat genus: nec sapiētia libertatē adimit. Deniq; famulo sapienti multi (ut scriptū est) seruiūt liberi: & est seruus intelligens q̄ regat dños stultos. Quē ergo magis liberū censes? Sola est sapiētia libera: quæ diuitib⁹

Deut. 15. pauperes præiudicat: & quæ seruos pprijs fœnerare dñis facit: fœnerare non pecuniā sed intellectū: fœnerare talentū illius dñici æterniq; thesauri: qui nūq; corrūpitur: cuius & usura p̄ciosa est: fœnerare illud intelligibile eloquiorū argentū cœlestium: de quo lex dicit: Fœnerabis gentibus: tu autē non mutuaberis. Q̄ hebræus fœnerauit gentibus: ipse autē nō accepit a populis doctrinā: sed tradidit: cui aperuit dñs thesaurū suum ut gentes pluuia sermonis sui faceret humescere: & fieret princeps gentiū: ipse autē supra se principē nullū haberet. Liber est ergo qui sapiens est: p̄cio empt⁹

Esa. 55. oraculorū cœlestium: illo auro: illo argento emptus sermonis diuini: p̄cioq; emptus sanguinis: non em̄ minimū est emptorē agnoscere: p̄cio emptus gratiæ: qui audiuit & intellexit dicentē: Qui sititis: ite ad aquā: & quicūq; non habetis argentū: ite emite & bibite & manducate. Liber est ille qui p̄grediens in bellū: si uiderit mulierē bonam aspectu: & deprædatus opes inimicorū suorū: reptā illic cōcupierit eā: dep̄tis su perfluis & indumēto captiuitatis detractō: in uxore eam sibi copulauerit: ita non seruam sed liberā. Intelligit em̄ famulatu prudentiā & disciplinā non subiacere. Ideoq; lex dicit: Nō uenūbabitur pecunia. Omne em̄ p̄ciosum nō est dignū. Et Iob dicit: At

Iob. 28. trabe sapiētia in interiora. Nō illi cōparabit̄ æthiopiæ topacion: qd̄ auro habet argētoq; p̄ciosus. Sed nō ille solū liber qui dñm licitatorē nō ptulit aut tollentē digitum nō uidit: sed ille magis liber: qui intra se liber est: qui legibus naturæ liber est: legem sciens naturæ præscriptā esse morib⁹ nō cōditionibus: & mensura officiorū consentaneā nō hois arbitrio: sed nec disciplinis. Vtrū igitur iste liber tibi tm̄modo: an quidā censor uideat̄ & præfectus moribus? Vnde uere ait scriptura: Quia paupes diuitum præpositi erunt: & priuati utiq; administrantiū. An tibi liber uideat̄ qui pecunia suffragiū sibi emit? Qui plausum magis ppli q̄ iudiciū requirit prudentiū? Ille ergo liber est q̄ popularib⁹ auris mouet: Ille qui reformidat sibilū uulgi: Sed nō ista libertas: quā manu missus accipit: & palma licitoris donatus acquirit. Nō em̄ munificentia sed uirtutē libertatē eē arbitror: quæ nō suffragijs defert̄ alienis: sed magnanimitate ppria uendicat̄ ac possidet̄. Sapiens em̄ semp liber: semp honoratus: semper is qui præsit legibus. Deniq; iusto nō est posita lex: sed iniusto. Iustus em̄ ipse sibi

1. Timoth. 1. lex est: nō habēs necesse lōgī sibi arcessere formā uirtutis quā corde inclusa gerat: scriptū habens opus legis in tabulis cordis sui: cui dictum sit: Bibe aquā de tuis uasis: & de puteorū tuorū fontib⁹. Quid em̄ nobis tam pximū q̄ dei uerbū: Hoc est uerbū

Prover. 5.

in corde nostro & in ore nostro quod non uidemus & tenemus. Sapiens ergo liber: quoniam qui ea facit quae uult: liber est. Sed non omnia bona uoluntas: sed sapientis est: omnia quae bona sunt uelle. Odit enim malum quia quod bonum est elegit. Ergo si quod bonum est elegit: arbitrio electionis & eligens operationis liber est: quia quod uult facit. Liber ergo sapiens. Sapiens omnia quae facit: bene facit. Qui autem bene facit omnia: recte facit omnia. Qui uero recte facit omnia: utique inoffense & irrephensibiliter & sine damno & commotione sui facit omnia. Cui igitur hoc subest: ut inoffense faciat: faciat irrephensibiliter: faciat sine commotione sui: sine damno: nihil insipienter facit: sed sapienter omnia. Qui autem sapienter facit: nihil habet quod metuat: Metus enim in peccato est. Vbi autem nulla formido: ibi libertas: ubi libertas: ibi potestas faciendi quod uult. Solus ergo sapiens liber est. Etenim qui neque cogi potest: neque prohiberi: is nequaquam seruus. Sapientis autem est neque cogi neque prohiberi. Non est igitur seruus sapiens. Prohibetur enim qui non fungitur iis quae desiderat. Quae autem desiderat sapiens nisi ea quae uirtutis & disciplinae sunt: sine quibus esse non potest. In ipso enim sunt: nec diuelluntur ab eo. Quod si diuelluntur: iam non sapiens: qui sit sine uirtutis usu ac disciplina: quibus ipse se fraudet: si non sit uoluntarius uirtutis interpretis. Quod si cogitur manifestum est quod inuitus faciat. In omnibus autem factis aut a uirtute correctiones sunt: aut a malicia passionibus: aut media aut indifferetia uirtutis. Non coactus sed uoluntarius executor est sapiens: quoniam omnia quae placet agit: malicia fugit: nec somnum eius admittit. Differetibus ita non mouetur: ut nullis momentis sicut uulgius hominum huc atque illuc inclinetur: sed tanquam in statera mens eius aequa lance pendeat: ut neque ad uoluptaria propendat: neque omnino ad ea quae sunt aduersanda: uel leuiter studium inclinetur suum: sed immobilis maneat affectu. Unde liquet quia nihil inuitus facit sapiens: neque cogitur: quia si seruus esset: cogeretur: liber igitur est sapiens. Apostolus quoque sic definit dicens: Non sum ergo liber: non sum apostolus. Sed adeo liber: ut cum subintrasset quidam tentare libertatem eius nec ad horam ipse (ut ipse ait) cederet subiectioni: ut ueritas euangelii praedicaret. Qui ergo non cessit uolens praedicauit. Vbi uoluntas: ibi merces uoluntatis: Vbi necessitas: ibi obsequium necessitatis. Melior ergo uoluntas quam necessitas. Velle ergo sapientis est: parere & seruire insipientis. Haec etiam apostoli definitio dicentis: Si enim uolens hoc ago: mercedem habeo: si autem inuitus: dispensatio mihi credita est. Sapienti igitur merces deferatur: sapiens autem ex uoluntate facit. Liber itaque secundum apostolum sapiens. Unde & ipse clamat: Vos enim in libertatem uocati estis: tamen ne libertatem in occasionem carnis detis. Sequestrata lege: christianum ne inuitus uideatur legi succubere: uocat in euangelium: quod uoluntas & praedicat & operatur. Iudaeus sub lege: christianus per euangelium. In lege seruitus: in euangelio libertas: ubi cognitio sapientiae. Omnis ergo qui christum recipit sapiens: qui autem sapiens liber: omnis igitur christianus & liber & sapiens. Docuit me tamen apostolus quod ultra ipsam libertatem sit: ut & seruire libertas sit. Cum liber inquit essem omnino me seruum feci: ut plures lucrifacerem. Quid est ultra libertatem nisi habere spiritum gratiae: caritatem habere: Libertas enim liberum facit omnibus: caritas amicum deo. Unde ait christus: Vos autem dixi amicos. Bona caritas: de qua dicit: Per caritatem spiritus seruite inuicem. Seruiuit & christus: ut omnes liberos faceret. Manus eius in cophino seruiuerunt: qui non rapinam arbitratus esse se aequali deo formam serui accipit: & omnia omnibus factus est: ut omnibus salutem afferret. Cuius imitator Paulus: & quasi sub lege erat: & quasi sine lege uiuebat pro eorum utilitate quos cupiebat lucrari: & infirmis uolens fiebat infirmus: ut eos confirmaret: & curabat ut comprehenderet: & corpus suum castigabat: ut potestates aereas in christo triumpharet. Est ergo sapienti & seruire libertas. Unde colligitur: quia stulto & imperare seruitus est: & quod per se est: cum paucioribus praesit: pluribus dominus & grauioribus seruit. Seruit enim propriis passionibus: seruit cupiditatibus suis: quarum dominatum nec nocte potest fugere nec die: quia intra se dominos habet: intra se seruitum patitur intolerabile. Gemina enim seruitus est: altera corporis: animarum: altera. Domini autem corporis quidem homines: animarum autem maliciae & passionibus: a quibus sola animi libertas sapientem uendicat: ut seruitio ei liceat exire. Quaramus igitur illum uere sapientem: uere liberum: qui quis sub plurimum hominum dominatu degat: libere dicit: Quis est qui mecum iudicio coterdat? Tu solus

manum tuā a me abſtine: a cuius cōſpectu nō potero me abſcōdere: & timor tu⁹ nō
 ps. 50. me pcellat. Quem ſecutus David rex ait: Tibi ſoli peccaui. Regali em̄ ſubnix⁹ faſti-
 gō quaſi legū domin⁹ legibus reus nō erat: ſoli deo obnoxius tenebat: qui domin⁹
 2. Cor. 4. eſt poteſtatū. Aliū audi liberū: Mibi autē p minimo eſt ut a uobis dijudicer: aut ab
 humano die: ſed neq; meipſum dijudico. Nihil em̄ mibi ſum cōſcius: qui autē dijudi-
 cat me: dñs eſt. Vera libertas ſpiritualis hominis: quia dijudicat oīa: ipſe autē a nemi-
 ne dijudicatur: nec a quacūq; creatura particeps: ſed ſoli deo ſe ſubditū nouit: qui
 ſolus ſine peccato eſt. De quō dicit Iob: Viuit domin⁹: qui ſic me iudicat. Solus em̄ il-
 le pōt iudicare iuſtū: cuius in cōſpectu cælū nō eſt mundū: nec ſtellarū pura & cla-
 ra lumina. Quis eſt qui ſophoclea in mediū ferat carmina dicentia: Iuppiter mibi
 præeſt: nullus autē hominū: Quāto antiquior Iob: quāto uetustior David: Agnoſcāt
 ergo de noſtris ſe habere quæcūq; præſtantiora locuti ſunt. Quis igitē ſapiens niſi
 qui ad ipſa puenit diuinitatis ſecreta: & manifeſtata ſibi cognouit occulta ſapiētiae?
 Solus igitē ſapiens qui duce deo uſus eſt ad cognoscēda ueritatis cubilia: & mortalis
 homo immortalis dei hæres & ſucceſſor eſt factus p gratiā & quidā iocūditatis parti-
 ceps: ſicut ſcriptū eſt: Propterea unxit te deus de⁹ tuus oleo læticiæ: præ cōſortibus
 tuis. Si quis igitē pprius ipſa introſpiciat rerū negocia: cognoscet quāta ſapiēti adiu-
 menta: & quāta in ipſis inſipiēti refragia ſint: quid huic adiuuēto libertas: illi impedi-
 mento ſeruit⁹ ſit. Inſurgit em̄ ſapiēs quaſi uictor debellatis a ſe ac triūphatis libidinis:
 timori: ignauiæ: mœſtitudini: cæteriſq; uitijſ: donec ea de poſſeſſiōe ſuæ mētis elimi-
 net: & oībus terminis finibuſq; ſuis ppulſet atq; arceat. Qm̄ dux cauti⁹ nouit excu-
 ſus cauere latrocinantū & quædā furta belli: quæ iniquiſſimī animæ noſtræ aduer-
 ſarij ignitis ſæpe ptentāt ſpiculis. Sunt em̄ nobis quædā & in pace prælia: & in bello
 2. Cor. 7. pax. Vñ & ait ille: Foris pugna: int⁹ timores. Sed in his omnib⁹ ſupamus ppter eū q
 dilexit nos. Dicit qd neq; anguſtijs neq; pſecutiōib⁹: neq; fame: neq; periculo mortis
 terreſ. Qui uerō hæc timet: qui mortē reformidat: quomō nō ſeru⁹? Seruit pfecto
 & miſeram quidē ſeruitutē. Nihil em̄ ſic animam ad omnem ſeruitutem deiicit: quō
 formido mortis. Quomō em̄ ſe erigat abiect⁹ & uilis ſenſus atq; ignobilis demerſus
 in omnē infirmitatis uoraginē uitæ huius cupiditate? Vide q̄ ſeru⁹? Abſcōdā me in-
 quit & ero gemens & tremēs ſup terrā: & erit: omnis qui inuenerit me: occidet me.
 Itaq; quaſi ſeruus ſignū accepit: nec ſic tñ necem potuit euadere. Seruit igitē pecca-
 tor formidini: ſeruit etiā cupiditati: ſeruit auariciæ: ſeruit libidini: ſeruit maliciæ: ſer-
 uit iracūdiæ: & uidet huiuſmodi ſibi liber⁹? Sed magis ſeruit q̄ ſi ſub tyrāniſ poſit⁹. Illi
 autē liberi ſunt: qui legibus uiuūt. Lex autē uera ſermo rectus: lex uera nō inſculpta
 tabulis nec ære incifa: ſed impſſa mentibus atq; inſixa ſenſib⁹: qñ ſapiens nō ſub lege
 ſed ipſe ſibi lex eſt: opus legis in corde ſuo cōtinēs: naturali ſibi ſtilo & quādā inſcri-
 ptione formatū. Tm̄ ne igitur cæcitatē eſt: ut nō uideam⁹ manifeſtas rerū expſſio-
 nes: & uirtutū imagines. Et q̄ indignum: ut populi integri obediāt humanis legibus:
 quo ſint libertatis particeps: Sapientes autē uerā legē naturæ expſſā ad imaginē dei
 uerāq; rationē ſigniferā libertatis negligāt & derelinquāt: cū in ea tāta libertas ſit: ut
 paruuli ſeruire uitijſ nēſciamus: alieni ab ira: exortes auariciæ: ignari libidinis. Qm̄
 ſerum igitur ut qui naſcitur in libertate: moriamur in ſeruitute. Sed hoc fit leuitate
 animi atq; infirmitate morū: quia curas inanes uoluimus: & operamur ſupuacua. Sa-
 pientis autē cor actūq; & op⁹ radicātū eſſe decet atq; immobile. Hoc docuit Moyses:
 Exo. 17. quādo manus ei graui⁹ ſiebat: ita ut uix ſuſtineret eas Ieſus naue: Ideoq; uince-
 bat populus: qñ nō pfunctoria gerebant opera ſed plena ponderis atq; uirtutis: nō
 nutātis animi nec titubātis affectu: ſed fundatæ mentis ſtabilitate. Ergo ſapiens extē-
 dit manus ſuas: ſtultus autē cōtrahit: ſicut ſcriptū eſt: Quia ſtultus cōplexus eſt ma-
 nus ſuas: & uorauit uiscera ſua: carnalia magis cogitās q̄ ſpiritualia: At nō filia iudæ:
 Eccl. 4. quæ expādēs manum clamauit ad dominū: Tu ſcis quia falſum teſtimoniū aduerſū
 Daniel. 13. me dicunt. Melius eſt arbitrata nō peccare & incidere in calūnias accuſantiū: q̄ pec-
 catū ſubire ſub impunitatis uelamine. Ea ergo cōtemptu mortis ſeruauit innocentia.

Sed nec filia lepte quæ uotum patris de immolatione sua pprio atq; hortatorio fir
mauit assensu. Non em̄ ego de cōtemptu mortis libros philosophorū depromo: *Judic. 11.*
aut gymnosophistas indog; quorum præ cæteris Calani laudat̄ resp̄sum Alexan-
dro: cum eum iuberet sequi. Qua me inquit laude dignum græciā petere poscis: si
possum cogi facere qd̄ nolo: Et uere plenus auctoritatis sermo: sed magis mēs liber-
tatis. Denique & epistolam scripsit Calanus Alexandro. Amici psuadent tibi: ma-
nus & necessitatem inferre indorū pbilosopho: nec in somnijs uidentes nostra ope-
ra. Corpora enim transferes de loco ad locum: animas non coges facere qd̄ nolunt:
nō magis q̄ saxa & ligna uocem emittere. Maximus ignis uiuentibus corporib⁹ do-
lorem inurit & gignit corruptionē: super hunc nos sumus: uiuētes enim exurimur.
Non est rex neq; princeps qui extorqueat nobis facere qd̄ non pposuimus. Nec si-
miles sumus græciæ philosophorum: qui uerba p rebus meditati sunt ad opinionis
celebritatem: Nobis res sociæ uerbis: & uerba reb⁹: res celeres & sermones breues
in uirtute nobis libertas beata est. Præclara uerba: sed uerba: præclara constantia
sed uiri: præclara epistola sed philosophi. Apud nos autem & puellæ: de mortis
appetentia sublimes usq; ad cælum erexere uirtutum gradus. Quid Theclam: quid
Agnen: quid Pelagiam loquor: quæ tanq̄ nobilia uitulamīna pullulantes: ad mortē
quasi ad immortalitatem festinauerunt: Inter leones uirgo exultauit: & rudētes be-
stias spectauit intrepida. Et ut nostra cum indog; gymnosophistis cōferamus: qd̄
ille uerbis gloriatus est: sanctus Laurētius factis pbauit: ut uiuus exureret: & flāmis
supstes diceret: Verfa māduca. Haud degener abramidarū & machabæorū cōcer-
tat⁹ puerorū: quorū alij super flammās canebant: alij cum exurerent non rogabant
ut parceretur: sed inuehebantur ut amplius persecutor inflāmaretur. Liber igitur
sapiens. Quid autem sublimius sancta Pelagia: quæ uallata a persecutoribus pri⁹
q̄ tamen in eorum cōspectum ueniret aiebat: Volens morior: nemo me continget
manu: nemo oculo proteruo uiolabit uirginē. Mecum feram pudorem: mecū inco-
lumem uerecūdiām. Nullum prædones lucrum suæ capient insolētia. Pelagia chri-
stum sequetur: libertatem nemo auferet: nemo captiuā uidebit liberam fidem: insi-
gnemq; pudicitiam & psapiam prudentia. Quod seruum est: hic manebit nullos in
usus debitum. Magna igitur piæ uirginitatis libertas quæ septa agminibus psecu-
torum: inter maxima pericula integritatis & uitæ nequaquā inclinata est. At non
ille cui dominatur ira: subijcit em̄ iugo peccati. Non em̄ iracundus peccatū effodit.
Qui autem peccatū facit: seruus est peccati. At nō ille liber qui seruit auariciæ. Nō *Job. 8.*
potest em̄ possidere uas suum. Nō ille liber qui seruiens desiderijs & uoluptatib⁹
uago fluitat errore. Non ille liber qui curuatur ambitu: seruit em̄ alieno imperio:
Sed ille liber qui potest dicere: Omnia mihi licent: sed ego sub nullius redigar pote-
state. Esca uentri: & uenter escis. Ille liber qui ait: Quid enim libertas nostra iudica-
tur ab infideli cōscientia? Libertas igitur sapienti non insipienti cōuenit. Quoniā *1. Cor. 6.*
qui deligat lapidem in fundibulo: similis est ei qui dat imprudenti claritatē: seipsum
uulnerat: atque sibi potius dū intorquet iaculum: affert periculum. Certe sicut tor-
mento acerbatur & geminatur malū saxi ruina: sic insipientis in libertate ruina uehe-
mentior est. Recidenda igit̄ insipienti potestas: nō adijcienda libertas est. Serui-
tus em̄ ei cōuenit. Ideoq; addidit: Spinæ nascuntur in manu ebriosi: seruitus autē in *Ibidem.*
manu imprudētis. Quia sicut ille suis uulneratur poculis: ita insipiens suis factis. Ille
bibendo se peccato inserit: iste operando se culpæ adiudicat: & factis suis trahit in
seruitatem. Videbat se Paulus in captiuitatē trahi a lege peccati: & ideo ut liberare *Roma. 7.*
tur: confugit ad libertatis gratiā. Non sunt igitur liberi insipientes quibus dicitur:
Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus nō est intellectus. In freno & chamo maxil-
las eorum cōstringe qui non appropinquant tibi. Multa flagella peccatorum: Quia *Ps. 31.*
multis flagellis opus est ut eorū imprudentia coerceatur. Disciplina hoc exigat: non
inclemētia. Deniq; qui parcit baculo suo: odit filiū suum: simul quia unusquisq; graui *Prouer. 13.*

as suis peccatis flagellat. Grauiā em̄ delictorum pōdera: grauiā criminū uerba: sic
 cut onus grauantur graue: & infligunt animæ cicatrices: & putrescere faciunt men-
 tis ulcera. Deponamus igitur tam graue seruitutis sarcinā: renunciemus luxuriæ
 ac delicijs: quæ nos quibusdam astringunt nexibus cupiditatū: & uinculis ligant. Ni-
 hil enim p̄sunt deliciae stulto. Et quicūque a pueritia dederit se delicijs: manebit in
 seruitute: ut uiuens mortuus sit. Recidatur ergo luxurijs: deliciae refecentur. Et
 si quis fuit luxuriosus: ualedicat superioribus. Recisa enim uinea fructū affert: semi-
 putata frōdescit: neglecta luxuriat. Ideoque scriptū est: Tanq̄ agricultura homo im-
 prudens: & tanq̄ uinea homo egens sensu: si reliqueris eum desertus erit. Colam⁹
 ergo corpus hoc nostrū: castigemus illud: redigamus ad seruitutem non illud despi-
 ciamus. Sunt enim membra nostra arma iusticiæ: sunt & arma peccati. Si eleuentur
 arma iusticiæ sunt: ut peccatum in ijs nō dominetur: si mortuum fuerit peccato: nō
 regnabit in eo culpa: & erunt membra nostra a peccato libera. Non obediamus
 30.6. igitur cupiditatibus eius: neque exhibeamus mēbra nostra arma iniquitatis pecca-
 to. Si uideris mulierem ad cōcupiscendum eam: mēbra tua arma peccati sunt. Si lo-
 cutus es ad sollicitandā eam: lingua tua & os tuum membra peccati sunt. Si abstuli-
 sti terminos a patribus positos: membra tua arma peccati sunt. Si festinasti uelocio-
 ribus pedibus ad effundendum innocētium sanguinem: membra tua arma iniquita-
 tis sunt. Contra: si uidisti egenum: & induxisti in domū tuam: membra tua arma
 iusticiæ sunt. Si eripuisti iniuriā accipiētem: uel eum qui ducebatur ad mortem: si
 scidisti chirographū debitoris: mēbra tua arma iusticiæ sunt. Si cōfessus es christū
 (Arma enim intellectus labia sapientiæ) labia tua membra iusticiæ sunt. Qui potest
 Job. 29. dicere: Oculus eram cæcorum: pes claudorū: pater infirmorum: membra eius mē-
 bra iusticiæ sunt. Ergo liberati a peccato quasi precio empti sanguinis christi non
 subiiciamur seruituti hominum uel passionum. Non erubescam⁹ peccatū nostrum
 fateri. Vide q̄ liber qui poterat dicere: Non reueritus sum multitudinem populi:
 ut non annūciarem in conspectu omniū peccatum meum. Qui enim confitetur
 18. domino exiit a seruitute. Iustus enim accusator est sui in principio sermonis. Nō
 solum liber: sed etiam iustus: sed iusticia in libertate est: & libertas in cōfessione. Si-
 mul enim confessus quis fuerit absoluit. Deniq; Dixi pronuntiabo aduersum me in
 31. iusticiam meam domino: & tu remisisti impietatem cordis mei. Mora ergo absolu-
 tionis in confitendo est: confessionē sequitur peccatorū remissio. Sapiens est igitur
 qui confitetur: Liber cui peccatū dimissum est: nulla iam trabens æra peccati. Va-
 le & nos dilige ut facis: quia & ego te diligo.

Sancti Ambrosij ad Faustinum: eundē propter obitum germanæ acerbo dolore
 mœrentem: consolantis: Epistola. VIII.

Ambrosius Faustino. Acerbo te doliturum dolore obitū germanæ tuæ
 non ignorabam. Non tamen ut a nobis te ablegares: sed ut nobis redde-
 res. Nam & si minus iocunda solatia mœrentibus: tamē nōnunq̄ neces-
 saria sunt. Tu autem abisti in secreta montium: & qd̄ grauius est: iudicio tuo.
 Tantūne de te cōmeruit germana tua: ut propter quam excellere apud te debuit
 cōditio humana: quæ tam egregiā foeminā tulit: propter eam apud te minoris præ-
 rogatiuæ sit: Illa certe uita excedens hoc se mulcebat solatio: q̄ te sibi superstitem
 dereliqueret: parentem nepotibus: præsulem paruulis: auxiliatorem destitutis. Tu
 ita te & nepotibus & nobis abnegans: ut consolationis illius fructum non sentiam⁹.
 Illa te cara pignora uocant non ad dolendum sed ad consolandū: ut cum te uident:
 matrem sibi non credant obisse: In te eam recognoscant: in te eius præsentiam tene

ant: in te uitam ei⁹ sibi manere arbitrentur. Sed doles q̄ dudum florētissima repēte occiderit. Verum hoc nobis cōmune: non solum cū hominibus: sed etiā cum ciuitatibus terrisque ipsis est. Nempe de bononiēsi ueniens urbe a tergo claternam ipsam bononiam: mutinā: regium derelinquebas: in dextera erat brixillum: a fronte occurrebat placētia: ueterem nobilitatem ipso adhuc nomine sonans: ad leuam apœnini inculta miseratus & florentissimorū quondam populorum castella conderabas: atque affectu relegebas dolenti. Tot igitur semirutarum urbium cadauera terrarūque sub eodem conspectū exposita funera non te admonent unius sanctæ licet & admirabilis fœminæ decessionem consolabiliorem habendam: præsertim cum illa in perpetuū prostrata ac diruta sint: Hæc autem ad tempus quidē erepta nobis meliorem illic uitam exigat: Itaq; non tam deplorandam q̄ prosequendā orationibus reor. Nec mœstificandam lachrymis tuis: sed magis oblationibus animam eius domino cōmendandam arbitror. Verum forte asseras securum te de meritis eius ac fide: nequire tamen ferre desiderium q̄ eam iam nō uideas s̄m carnem: idque tibi summo dolori sit. Nec illud te mouet apostolicum qd̄ ait: Quia ne

minem nouimus ex hoc s̄m carnem: & si cognouimus s̄m carnem christū: sed nūc iam non nouimus. Caro enim nostra perpetua esse ac diuturna non potest: necesse est occidat ut resurgat: necesse est resoluatur ut requiescat: ut fiat quidam finis peccati. Et ideo multos cognouimus s̄m carnem: sed nunc iam non nouimus. Ipsū dominum Iesum cognouimus (inquit Apostolus) secundū carnem: sed nunc iam non nouimus. Iam enim carnis deposuerat exuias: iam specie hominis non uidebatur: iam pro omnibus mortuus erat: & omnes in illo mortui: sed ut per ipsum renouati & uiuificati spiritu iam non sibi sed christo uiuerent. Vnde & alibi ait idem apostolus: Viuo autem iam non ego: uiuit autē in me christus. Meritoque qui ante cognouerat secundū carnem christum: iam operationes eius inuisibiliter agnos

scens: iam non carnem eius sed potentiam scrutans: qui ante persecutor discipulos hominis & pedisequos carnis infestis odijs urgebat: postea doctor gentium factus ueneratores maiestatis eius ad prædicationem euangelij instruere atque informare cœperat. Et ideo addidit: Si quis in christo noua creatura: id est: qui perfectus in christo noua creatura est: quoniam qui caro est: imperfectus est. Denique ipse dominus ait: Non permanebit spiritus meus in istis hominibus: quoniam carnes sunt. Carnalis itaque non est in christo: sed si quis in christo est: noua creatura est: non naturæ nouitate formatus sed gratiæ. Vetera itaque quæ secundum carnem erant: transierunt: facta sunt noua omnia. Quæ illa? nisi quæ scriba doctus in regno cœlorum nouit: similis illius patris familias qui profert de thesauro suo noua & uetera: neque uetera sine nouis: neque noua sine ueteribus. Ideo & ecclesia dicit: Quia noua & uetera seruaui tibi. Sed transierunt uetera: id est: legis mysteria abscondita in christo: facta sunt omnia noua. Hæc est noua creatura: de qua Apostolus ad Galatas ait. In christo enim Iesu neque circumcisio aliquid ualet neque præputium sed noua creatura. Per quam iam renouata caro floret: & fructum inuenit gratiæ: quæ ante inueterati flagicij spinas habebat. Quid ergo est q̄ mœreamus: si iam ad animam dicitur: Renouabit sicut aquilæ iuuentus tua? Quid est q̄ ingemiscamus pro mortuis: cum iam reconciliatio mundi apud deum patrem facta sit per dominum Iesum? Quoniam ergo christi beneficia tenemus: cū apud omnes: tū apud te p̄ christo legatione fungimur: ut noueris irreuocabilia eius esse dona: ut credas qd̄ semper credidisti: nec nimio mœrore tuam in dubium adducas sententiā: quia ideo peccatum factus est dominus Iesus: ut tolleret peccatū mundi: & essemus in illo omnes iusticia dei: iam non culpæ obnoxij: sed iusticiæ remuneratione securi. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

2. Cor. 5.

Gal. 2.

2. Cor. 5.

Heb. 7.

Matth. 13.

1. Cor. 7.

Gal. 5.

Ps. 102.

Sancti Ambrosij ad Bellicium: graui ægritudine priusq̄ i dominū Iesum crederet

iactatum: postea autē reualescere incipientē: illum ex diuinæ uisitationis pietate in fide christi confortantis: & ad aliorum sacramentorum perceptionem exhortantis: Epistola. IX.

- Mbrosius Bellicio. Iactatū te graui ægritudine significasti mihi credidisse
 a in dominū Iesum: etiā cœpisse reualescere. Ad salutē igitur ea infirmitas fu-
 it: plus aculei q̄ periculi ferens: quia diu pmissum remordebas. Hoc ē quod
 Deut. 32. ait: Percutiā & sanabo. Percussit infirmitate: sanauit fide. Vidit em̄ interiorē affectū
 tuum nō uacuum piæ cupiditatis sed executi dilationibus. Et ideo admonere malu-
 it: ita ut salutē non læderet: deuotionē excitaret. Quomō em̄ saluti noceret qui so-
 Matt. 8. let dicere: ut legimus in euangelio: Ego ueniā & curabo eum: Ergo & cū a tuis inui-
 taretur: ut inuiseret domū tuam: sine dubio dixit: Ego ueniā & curabo eum. Et si nō
 audisti eum: ille tñ quasi deus insensibiliter locut⁹ est. Et si nō uidisti eum: ille tñ q̄ te
 incorporaliter inuiserit dubitari nō potest. Sed uidisti eū qui credidisti ei: uidisti eū
 qui recepisti eū hospitiū tuæ mentis: uidisti eum spiritu: uidisti eū oculis interiorib⁹.
 Act. 17. Tene ergo hospitiū nouum diu expectatū sed sero susceptū: in quo & uiuimus &
 sum⁹ & mouemur. Gustasti igitur fidei prima exordia: nō fiat uerbū occultū in cor-
 de tuo. Hæc omnis gratia est: hoc omne mun⁹. Nemo em̄ penetralia dom⁹ de in-
 gressu æstimat. Si quidē omnis fructus in interiorib⁹ est. Neq̄ em̄ sapiētis est a fene-
 stra respicere in domū: & stulticia hominis audire p ostium. Alia sunt sacramēto-
 rum pfectoꝝ & mysteria: quæ oculus nō uidit nec auris audiuit quæ præparauit deus
 Esā. 64. diligētibus eum: ut dixit scriptura. Alia sunt illa quæ de gloria futura annūciarūt
 1. Cor. 2. pphetæ: quib⁹ reuelatū est: & euangelicarūt sancti: spiritu dei misso de cælo in quæ
 1. Petri. 1. cōcupiscunt & angeli uidere: ut ait apostolus Petrus. Alia sunt illa: in quib⁹ est mū-
 di redemptio: peccatorū remissio: gratiarū diuisio: sacramentorū participatio: quæ
 cū acceperis: tunc mirabere tantū donatū esse homini: ut illud manna qd̄ miramur
 fluxisse de cælo iudæis: nec tantæ operationis iudices ad salutē fuisse. Illud em̄ qui-
 cūq; acceperūt: in deserto mortui sunt præter Iesum naue & Caleph. Hoc sacramē-
 tum quicunq; gustauerit: nō morietur in æternū: Sanet te dñs Iesus. Vale.

Liber Tertius.

Sancti Ambrosij ad Simplicianū: pulchre de ueris diuitijs ac cōtraria paupertate
 differentis: & q̄ omnis solusq; sapiens uere diues: atque insipiens pauper sit demon-
 strantis. Epistola. X.

- Mbrosius Simpliciano. Videbatur p̄xime in disceptationes incidis-
 se philosophiæ: cum de apostoli Pauli epistola sumētes exordium: tra-
 ctarem: q̄ omnis sapiens liber. Verū postea cū Petri apostoli episto-
 lam legerem aduertit: q̄ omnis sapiens etiā diues. Nec sexum excepe-
 rit: qui foeminas ornatum omnē nō in preciosis monilibus sed in bonis
 1. Petri. 3. moribus habere scripserit. Non enim inquit sit extrinsecus capillorū implicatio: aut
 auri circūpositio: aut habitus uestimentorum ornamentū: sed ille absconditus cor-
 dis homo. Duo sunt igitur & esse hominē in homine: & illum esse diuitem: qui sibi
 nullarum diuitiarū usum requirat. Pulchre autē cordis hominem dixit: eo q̄ totus
 sapientiæ sit absconditus sicut ipsa sapientiā quæ nō uidetur sed intelligitur. Ne-
 mo ante Petrum tali expressione usus est: ut diceret cordis hominem. Exterior em̄
 homo plurima in se membra habet. Interior autem cordis homo totus sapientiæ
 Ibidem. est: plenus gratiæ: plenus decoris. In incorruptione inquit quieti & modesti spiritus
 qui est ante deum diues. Et uere diues qui in conspectu dei potest diues uideri: in
 cuius conspectu terra exigua: mundus ipse angustus est. Sed solum illum deus di-
 uitem nouit qui sit diues æternitati: qui non opum sed uirtutum fructus recondat.

Quis autem ante deū diues nisi quietus & modestus spiritus qui nunq̄ corrupitur? Nōne tibi uidetur diues qui habet pacē animi: tranquillitatē quietis: ut nihil cōcupiscat: nullis exagitetur cupiditatū procellis: nec uetera fastidiat: & noua quærat: & semp̄ desiderando fiat in summis diuitijs inops? Ea est pax uere diues quæ superat omnē mentē. Diues pax: diues modestia: diues fides. Fidei em̄ totus mūdus possessio est. Diues simplicitas. Sunt em̄ & diuitiæ simplicitatis quæ nihil discutit: nihil contractū: nihil suspectum: aut fraudulētum putat: sed puro se fundit affectu. Diues bonitas: quam si quis seruauerit: pascitur in diuitijs cælestis hæreditatis: & ut antiquioribus exemplis scripturæ utamur: beatus inquit uir quē arguit dominus. Ad monitionē autē dei ne recusaueris. In fame liberabit te a morte: in prælio de manu ferri liberabit te: & a flagello linguæ te abscondet. Feræ bestię pacificæ erūt tibi: & scies q̄ in pace erit domus tua. Mitigatis em̄ carnis huius passionibus: quæ militare aduersum animā solent: tabernacula tua sine perturbatione erunt: domus sine offensione: semen sine defectu: posteritas sicut odor agri pleni: sepultura sicut messis. Si quidem quādo alij suum defectū arbitrantur: tunc æceruus tritici sui supernis maturus infertur apothecis. Merito iustus semp̄ foenerat: iniquus indiget. Ille iusticias foenerat mandatū dei pauperibus & egenis: At uero insipiens & qd̄ putat se habere: nequaquā possidet. An putas illū possidere qui thesauro suo die ac nocte incūbans auara & misera torquet sollicitudine? Ille uero eget: & si alij diues uidet: sibi pauper est: qui nō utitur eo qd̄ habet: qui adhuc alia rapit: alia desiderat. Vbi em̄ nullus cupiditati modus: qui fructus diuitiarū? Nemo est diues: qui qd̄ habet secū hinc auferre nō potest. Quod em̄ hic relinquitur: non nostrū sed alienum est. Diues Enoch qui qd̄ habuit secū transtulit: & omnē illum bonitatis suæ censum cælestibus intulit receptaculis: qui ideo raptus est: ne cor ei malicia mutaret. Diues Helias qui uirtutū suarum thesauros curru igneo sublimis sedibus æthereis inuexit. Et tamē iste nō mediocres diuitias hæredi reliquit quas ipse nō amitteret. Quis hunc pauperē uel tunc dixerit: cū uictus quotidiani indigens alimonia: mitteret ad uiduā: ut pasceretur ab ea: quādo ad eius uocē cælum claudebat & aperiebat: quādo ad eius uerbum hydria farinæ & uas olei nō deficiebat per trienniū sed abūdabat: nec minuebatur usū sed replebat? Quis illum pauperē dixerit: ad cuius uoluntatē descendebat ignis: quē in uia flumina nō concludebāt: sed in suū fontem recurrebāt: ut sicco propheta transiret pedes? Duos finitimos uetus historia describit: regē Achab & pauperem Nabutham: quē horum pauperiorem: quē ditiozem credimus? Alter regali fulcro diuitiarū præditus inexplibilis insatiabilisq; opibus suis: exiguā pauperis uineam desiderauit. Alter aspiciens animo βέσι' λειουμ' ἰσ' πολυχρυσούσ' τυχασ' imperialesq; gaças: suo erat cōtentus palmitē. Nōne uidetur hic magis diues: hic magis rex: qui sibi abundabat: suas regebat cupiditates: ut nihil alienū concupisceret: ille autē egētissimus: cui aurū suum uile: alienus palmes preciosissimus existimabatur? Sed qua ratione egentissimus cognosce. Quia diuitiæ iniuste congregatæ euomuntur: radix autem iustorum manet: & palma floret. An nō egentior paupere is qui tanq̄ umbra præterit? Hodie impius exaltatur: cras nō erit: nec inuenietur aliquis locus eius. Quid est itaque diuitem esse nisi abundare? Quis autem abundat qui sit animo contractior? Qui autē animo contractior utiq; angustior. Quæ igitur in angustijs abundantia? Non ergo diues qui nō abūdāt. Vnde pulchre David: Diuites inquit eguerunt & esurierunt. Quoniam cum haberent scripturarū thesauros cælestium eguerunt qui nō intellexerunt: & esurierunt qui nullum spiritualis gratiæ gustarunt cibum. Nihil igitur affectu sapientis ditius: nihil insipientis egentius. Nam cum regnū dei pauperū sit: quid esse locupletius potest? Et ideo præclare apostolus: O altitudo inquit diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei. Præclare etiā David: qui in uia testimoniorū cælestium quasi in omnib; diuitijs delectabatur. Expresse Moyses qui ait: Neptalin fatietas accipientiū. Neptalin: abūdantia significatur latina interpretatione uel dilatatio. Ibi ergo abūdantia ubi fatietas. Vbi autē fames cupiditatū: ubi in-

Gen. 5.

4. Reg. 2.

3. Reg. 17.

3. Reg. 21.

Ps. 33.

Ro. 11.
Ps. 118.

Deut. 33.

explebilis appetētia: ibi utiq; paupertas. Sed q̄a uix ulla rei pecūniariæ uel mūdi hui⁹ cupiditas fatietatē habet: ideo addidit: Et replebit̄ benedictione. Secūdū hęc Petrus apostolus definiuit nō in auro & argento & indumētis fœminarū esse ornāmētū: sed in occulto cordis hoie atq; abscondito: unde nulla se exuat cultū pietatis: ornatum gratiæ: uitæ æternæ hæreditatē. Vale & nos dilige q̄a nos te diligimus.

1. Petri. 3.

Sancti Ambrosij ad Irenæū: uersiculū illū: Speciosus forma. & cætera. græco sermone annotatū uoluētis: pluribusq; rationib⁹ & exemplis nos puocātis: ut illi summo bono qd̄ est dominus Iesus: quo nihil est speciosius: animo intēdamus: illud quæramus: illud intueamur: illud teneam⁹: in illo uersemur: illi adhæreamus: & in eo pascamur: Epistola. XI.

Mbrosius Irenæo. Inter legendū cū paululū requieuissem aio: q̄a lucubratione destiterā: uersiculū illū mecū cœpi uoluere: quo uesperī in uigilijs usi fueramus. *ῥωαιος καλλος παρὰ τοῦ σὺν ὁὐστῶν ἀμθρωπῶν ὡς ὠραιοι κοδεσ ευαγγελιζαμ τῶν αὐτομ.* Et uere nihil speciosius illo summo bono: cuius etiā prædicatio speciosa est nimis: & maxime pseuerantis sermonis p̄cessus: & quædam apostolicæ prædicatiouis uestigia. Sed illa qui possunt: Quib⁹ donauit de⁹: nō solum ut christū annunciarēt sed etiā p̄ illo paterent. Nos quātū possumus intēdamus illo animū: & in illo simus: illud animo teneam⁹ qd̄ est pulchre: decor: bonum: ut fiat illuminatione & fulgore eius speciosa aia nostra: & mēs dilucida. Nā si oculi nostri cū aliqua obducūtur caligine: pascunt agroz uiriditate & specie nemonis uel collis herborum: omnē inæqualitatē ægrecētis obtut⁹ repellunt: & quadā salubri specie pupillæ ipsæ atq; orbis colorari uident: quātō magis hic mētis oculus: cū illud summū intuet̄ bonum: & in eo uersat̄ atq; eo pascitur: splēdescit atq; enitet: ut fiat illud qd̄ scriptū est: Tanq̄ adipe & pinguedine repleat̄ aia mea. Deniq; qui sciēter agnoscit aias gregis sui: curā adhibet herbis campestrib⁹: ut sint ei pasua plurima. Herbis em̄ suauiorib⁹ & agni pinguiorez fiunt: & succus lactis salubrior: quibus pascuis usi sunt diuites illi qui māducauerunt & adorauerūt. Sunt em̄ bona fidei pasua: in quib⁹ collocat̄ sanctus dei. Est ergo & fœnū quo alunt̄ greges ouium: qui emittunt uellera sapientiæ & dant amictum prudētia. Et fortasse hoc est fœnū motanum in qd̄ uerba descēdunt p̄phetæ sicut nix sup fœnū. Et qd̄ diligenter colligit sapiens: ut sint ei oues ad uestitū spiritualis utiq; uelaminis. Habet ergo cibū suum & amictum anima quæ illi summo bono adhæret: qd̄ est diuinū: qd̄ apostol⁹ Petrus suadet quærendū: ut p̄ eius cognitionis acquisitionē diuinæ simus cōsortes naturæ.

Huius cognitionē aperit sanctis suis de⁹ bonus: & donat hoc de thesauro suo bono: sicut testificat̄ lex sacra dicens: Quia iurauit dñs patribus tuis dare tibi & aperire thesaur⁹ suū bonū: de quo thesauro cælesti dat pluuiā terræ suæ benedicere omnia opera manuum tuarū. Hęc est pluuiā eloquiū legis qd̄ irrorat aiam illam facundam & fertilē bonoz operum: ut habeat humorē gratiæ. Huius boni cognitionē quærebat Dauid sicut ipse significat dicens: Vnam petij a domino: hanc requirā ut inhabitem in domo domini omnes dies uitæ meæ: & uideam delectationes domini: & considerem templū eius. Denique hoc esse summū bonum: subtexuit statim in eodem psalmo: Credo uidere bona domini in terra uiuētium. Hic em̄ quæritur: illic facie ad faciem plene uidetur. Hoc bonū in domo dei est: in illo secreto eius ac recessu. Vnde iterū ait: Replebimur in bonis domus tuæ. Alibi quoq; hanc summā esse benedictionis expressit dicens: Benedicat te dñs ex syon: & uideas quæ bona sunt hierusalē. Ideo beatus qui illic habitat in ingressu fidei hospitioq; mētis: deuotionis habitaculo: cōuersatione uirtutis. In illo igit̄ sim⁹: atq; in eo maneam⁹: de quo & Esaias dicit: Quæ speciosi pedes euāgelicantiū pacē: euāgelicantium bona. Qui sunt qui euāgelicāt nisi Petrus: nisi Paulus: nisi oēs apostoli? Quid euāgelicāt nobis nisi dñm Iesum: Hic ē pax nr̄a: hic est bonū illud summū: q̄a ipse bon⁹ ex bono. Ex arbore em̄ bona bon⁹ fruct⁹ legit̄. Deniq; & spūs ei⁹ bon⁹ q̄ ex ipso accipit & deducit dei seruos in uia rectā. Quis aut̄ habes spm̄ dei in se: neget bonū: cū ipse dicat: An ocul⁹ tu⁹

Ps. 62.

2. Petri. 1.

Deut. 28.

Ps. 26.

Ibidem.

Ps. 64.

Ps. 127.

Esa. 52.

Matth. 20.

nequā est q̄a ego bon⁹ sum? Hoc bonū ueniat in aiam nostrā: in nr̄æ mētis uiscera qđ p̄pitius deus dat petētibus se. Hic est thesaurus noster: hic est uita nostra: hic est sapiētia nostra: iusticia nostra: pastor noster & pastor bon⁹: hic est uia nostra. Vidēs quāta bona: in uno bono. Hęc bona nobis prędicāt euangelistę. Hęc bona regres Dauid ait: Quis ondit nobis bona? Et ostēdit ipsū esse bona: subijciēs: Signatū est in nobis lumen uultus tui. Quis autē lumē uultus patris nisi splēdor glorię & imago inuisibilis dei: in quo & uidet & clarificat pater: sicut ipse clarificat filiū suū?

Ipse est ergo dñs Iesus bonum summū qđ nobis annūciatū a p̄phetis: prędicatū ab angelis: p̄missum a patre: euāgelizatū est ab aplis. Qui nobis tanq̄ maturitas aduenit: Nec solū tanq̄ maturitas sed tanq̄ maturitas in mōtibus adest: ut nihil acerbū: nihil imaturū in nostris cōsilijs sit: nihil imite: nihil asperum in operib⁹ ac morib⁹: qui primus euāgelizās bona affuit. Vnde ait ipse: Qui loquebar adsum: id est: q loquebar in p̄phetis: adsum in corpore qđ suscepi ex uirgine: adsum interior imago dei: character substātię. & adsum ut homo: sed q̄s cognoscit me? Homine em̄ uiderūt: sed operib⁹ supra hominē crediderūt. An nō ut homo: cū lazarum fletet: & rursus supra hominē cū eum resuscitaret? An nō ut homo: cū uapularet: rursus supra hominē: cū tot⁹ mundi p̄ctm̄ tolleret? Ad illū igitur p̄peremus: in quo summū est bonum: qm̄ ipse est bonitas: ipse patiētia israel: qui ad p̄nitentiā te uocat: ne uenias in iudiciū: sed accipias peccatorū remissionē. Agite inquit p̄nitentiā. Ipse est de quo

P̄s. 4.

Esa. 52.

Matth. 5.

Amos. 5.

Col. 2.

Job. I.

clamat Amos p̄pheta: Exquirite bonū. Ipse est summū bonū: qui nullius indiget: & abundat oibus. Facile abundat: in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Facile abundat: de cuius plenitudine oēs accepimus: & in illo repleti sumus: ut dicit euāgelista. Hoc igitur uerum & summū bonū si illo cōcupiscibili suo & delectabili anima gustauerit: & duab⁹ his hauserit affectionib⁹ excludens dolorē & formidinē: incredibiliter exæstuat. Osculata em̄ uerbū dei modū nō capit nec explet dicens:

P̄s. 118.

Suauis es dñe: & in iocūditate tua doce me iustificationes tuas. Osculata dei uerbum: cōcupiscit sup oēm decorē: diligit sup oēm læticiā: delectat sup omnia aromata: cupit frequēter uidere: sępe intēdere: cupit attrahi: ut sequi possit. Vnguentū inquit examinatū est nomē tuū: p̄pterea te diligim⁹ adolescētulę: p̄pterea certam⁹: sed cōprehendere te nō possumus. Atti abe nos: ut possimus currere: ut unguetorū tuorū odore accipiamus uirtutē sequēdi. Festinat etiā interna mysteria uidere: ipsam requiē uerbi: ipsam boni illi⁹ summi habitationē: & lucē eius & claritatē: In illo si nū ac recessu primo festinat audire sermones eius: & cū audierit: sup omnē suauitatē accipit. Doceat te p̄pheta qui gustauit & ait: Q̄ dulcia faucibus meis uerba tua: sup mel & fauū ori meo. Quid em̄ aliud desideret anima quę semel suauitatē uerbi gustauerit: quę semel claritatē eius uiderit? Moyses in monte positus: quadraginta diebus legē accipiēns: cibū corporis nō requirebat. Helias ad illā festinās requiem rogabat ut acciperet a se anima sua. Petrus aspiciens & ipse in monte dominicę resurrectionis gloriā: nolebat descendere dicens: Dñe bonū est nos hic esse.

Cant. 1.

P̄s. 118.

Exo. 34.

3. Reg. 19.

Matth. 17.

Quāta igitur illa diuinę substantię gloria: quāta uerbi bona: in quę cōcupiscūt & angeli p̄picere? Aia igit quę illud uidet: corpus hoc nō requirit: minimāq; sibi familiaritatē cū eo debere esse intelligit: renūciat sæculo: abducit se a uinculis carnis: exiit oibus uoluptatū istarū nexib⁹. Deniq; Stephanus Iesum uidebat: & lapidari nō formidabat: imo cū lapidaret: nō p̄ se sed p̄ illis a quibus perimebat rogabat.

Act. 7.

Paulus quoq; rapt⁹ usq; ad tertiū coelū: cū corpore esset an sine corpore nesciebat. Raptus inq; in paradysum: usum p̄prii iā non sentiebat corporis: & audies uerba dei quomodo ad corporis infirmitates descēderet erubescerebat. Itaq; sciēs quid uidisset in paradiso uel qđ audisset clamabat dicens: Quid adhuc uelut uiuētēs de hoc mūdo decernitis? Ne tetigeritis: ne attaminaueritis: ne gustaueritis quę sūt oia ad corruptelā ipso usu. Volebat em̄ nos in figura esse isti mūdi nō in possessiōe atq; usu: ut ita utamur hoc mundo tanq̄ non utamur: tanq̄ prętereuntes nō tanq̄ residentes: ambulantes tanq̄ in imagine sæculi nō in cupiditate: ut uelocissima disputatiōe ipsā

2. Cor. 12.

imaginē huius mundi transeamus. Deniq; ipse fide ambulās nō specie pegrinaba-
 tur a corpore aderat dño: & cū esset in terris: nō in terrenis sed in cælestibus cōuer-
 sabatur. Ergo anima nostra quæ deo uult appropinquare: eleuet se a corpore: sem-
 per illi summo adhæreat: illi bono qđ est diuinū: qđ est semp: & qđ erat ab initio: &
 qđ erat apud deū: hoc est dei uerbum. Ipsum est illud diuinū: in quo uiuimus & su-
 mus & mouemur: ipsum est qđ erat in principio: ipsum est qđ est. Dei em̄ filius
 Iesus christus in nobis inquit est: in quo nō fuit est & nō: sed est in illo: fuit. Ipse dixit
Act. 17. qđ erat apud deū: hoc est dei uerbum. Ipsum est illud diuinū: in quo uiuimus & su-
 mus & mouemur: ipsum est qđ erat in principio: ipsum est qđ est. Dei em̄ filius
 Iesus christus in nobis inquit est: in quo nō fuit est & nō: sed est in illo: fuit. Ipse dixit
Exo. 3. Moysi: ut diceret: Qui est misit me. Cū hoc igitur anima nostra sit: & sit (si fieri pōt)
Ps. 118. semp: ut & nostrū possit qđ dicere: Anima mea in manibus tuis semp. Erit aut: si non
 in carne sit sed in spiritu. Erit: si se terrenis nō misceat. Cum em̄ ad carnalia reflectit:
 tunc ei illecebra obrepit corporis: tunc ira & indignatione exæstuat: tunc mœsticia
 afficitur: tunc supinatur p̄ arrogantiam: tunc dolore affligit. Hæ sunt ægrotudines
 animæ graues: quibus plærūq; ad mortē cogitur: dū oculi eius cæcant: ut nō uideāt
 ueræ lumen gloriæ & diuitias æternæ hæreditatis. Qđ si eos ad deū semp intēdat:
 accipiet a christo fulgorē sapientiæ: ut illuminatū in agnitione dei habeat obtutum:
 ut uideat illā spem nostræ uocationis: aspiciat illud qđ est bonū & placitū & pfectū.
 Qđ em̄ bonum cōplacitū patri: qđ complacitū: pfectum: sicut habes in euāgelio: ubi
Luc. 6. dicit dñs: Diligite inimicos uestros: ut imitemini patrem qui pluit sup iustos & iniu-
Ibidem. stos: qđ est utiq; bonitatis. Et postea cōcludit dicens: Estote pfecti sicut pater uester
 qui in cælis est: pfectus est. Caritas em̄ pfecta est: deniq; plenitudo legis est. Quid
 autē tā bonū q̄ caritas quæ malū nō cogitat: Et iō terras fugito: in qbus inuidia est:
 ubi ambitio: ubi cōtentio. Boni ergo illius capacē se anima tua præbeat: ut supra
 nubes uolet: sicut aquila renouetur: sicut aquila pēnas emittat: ut renouatis alarum
 remigijs alta petere nō reformidet: hanc habitationē relinquat. Terrenū em̄ habi-
 taculum grauat animā: exuat uetera: abijciat erroris desideria: abluat oculos suos ut
 uideat illū fontem ueræ sapientiæ: illū fontem uitæ æternæ: qui affluit atq; exundat
Ro. 11. omnibus: nullius indigēs. Quis em̄ dedit illi: cū ex ipso & p ipsum & in ipso oīa sint?
 Vitæ igitur fons est summū illud bonū: & quo uiuēdi substantia ministrat omnib.
 Ipsum aut in se habet uitā manentē: a nullo quasi inops accipit. Largit bona alijs: nō
Ps. 115 aliunde assumit sibi. Neq; em̄ nostri indiget. Vnde & ait ex psona hois: Qm̄ bonos
 meos nō indiges. Quid ergo pulchrius q̄ ei appropinquare: ei adhærerere: Quæ
 maior uoluptas est: q̄ q̄ is qui uiderit & de fote aquæ uiuæ gratis gustauerit: Quid
 pōt aliud desiderare: quæ regna: quas potestates: quā pecuniā: cū aduertat q̄ mise-
 ræ etiā hic regū cōditiones sint: q̄ mutabiles imperij status: q̄ exigua uitæ huius spa-
 cia: quāta in ipso imperio seruitia: cū ad aliorum nō ad suū uiuant arbitriū. Quis
 autē peculiatus ad uitā æternā transit: nisi uirtutū fultus peculio: qđ receptū omni-
 bus: solis diuitibus impossibile p̄nunciat. Nō ergo bis uti beatū est: sed illud uide-
 re quo ista despicias: & uana ueri refellas: atq; inania & cassa iudices: illā nudæ ueri-
 tatis pulchritudinē diligas: quæ has sæculi fucocissimas uanitates redarguat. Eri-
Cant. 4. ge igitur oculos anima tuos: illos de quib; tibi uerbum dei dicit: Corde nos cepisti
 soror mea sponsa: corde nos cepisti uno ab oculis tuis. Ascende in palmā: uince sæ-
 culū: ut teneas uerbi altitudinē. Imaginē istam mūdi foris relinque: foris maliciam:
 introduc autē mentis bonitatē: quæ habet gratiā in ligno uitæ: si lauerit stolam suā:
 & ingrediat in ciuitatē: quæ uera ē patria sanctorū: in qua est dei tabernaculū: circa
 qđ scribā dñi prætedūt: ubi nō dies aut sol aut luna lumē ministrant: sed ipse dñs lu-
Job. 8. men est totā illam ciuitatē illuminans. Est em̄ lux mundi. Nō utiq; lux uisibilis: sed
 animarū quæ in hoc mundo sunt: intelligibilis claritudo: quib; se splendētī lumine
 rationabilis infundit prudentiæ: & ut prædicat in euāgelio: incorporeæ uirtutis in-
 flāmans uapore secreta mentiū animorūq; penetralia. Si quis igitur incola esse cœ-
 perit illius ciuitatis supnæ: incola uidelicet cōuersatione ac moribus: nō discedat ab
 ea: nō exeat: nō reflectat uestigiū: nō corporis dico sed mentis uestigiū. Nō reuertat
 tur retro. Retro luxuria: retro impuritas est. Deniq; ascendēs ad motē Loth: retro

reliquit sodomitana flagicia. Quæ aut respexit retro: non potuit ad superiora euadere. Non ergo pedes tui retro sed mores reuertantur. Non fiant manus tuæ remissæ: & deuotionis tuæ ac fidei genua dissoluta. Non fiat uoluntatis tuæ recidua infirmitas: non ullus intercurfus criminum. Si ingressus es: mane: puenisti: consiste: saluans salua animam tuam. Ascendens directum attolle gradum: nullus inde tuto redit. Hinc uia: inde ruina est. Hinc ascensus: inde precipitium. Ascendendi quidem labor: sed descendendi periculum.

Sed potes est dominus: qui te fundatum illic custodiat: septem prophetis muris & apostolicis turribus. Ideo tibi dicit dominus: Intrate: calcate: quia assistit uindemia. Intus non foris sumus.

Et in euangelio dei filius dicit: Qui est in tecto: non descendat uasa sua tollere. Non utique de hoc tecto dicit: sed dicit de illo: Extendit celum sicut cameram. Intus ergo esto intra hierusalem: intra aiam tuam pacificam: mitem atque tranquillam. Non exeat de ea: neque descendas uas tuum istud aut honoribus aut diuitiis aut arrogantia attollere. Intus esto: ut per te alienigenæ non transierint. Peccata aiam tuam non transierint: uanæ operationes & cogitationes inanes non transierint: si suscitaueris bellum per deuotionis & fidei cartamine: per ueritatis studio aduersus passionem illecebras: & supereris arma dei aduersum spirituales nequicias & astutiam diaboli: qui pertinet sensus nostros fraude ac dolo: quem mansuetus bellator facile perierit: qui non serat iurgia: sed sicut decet seruum domini: cum modestia fidem doceat: & eos qui aduersant redarguat. De hoc dicit scriptura: Qui mansuetus est: bellator exurgat: & infirmus dicat: Oia possum in eo qui me confortat. Hac fide fretus etiam qui infirmus est preualebit: & erit sancta anima eius: & stillabunt ei montes prophetici uel apostolici dulcedinem: & colles fluent lac: quoniam ille collis qui lactis potum Corinthiis dabat: & fluent ei aquæ de suis uasis: & puteorum suorum fontibus: uel de uentre eius aquæ uiuæ: spirituales uidelicet quas fidelibus suis spiritus sanctus ministrat: qui etiam aiam tuam dignetur rigare: ut abundet in te fons aquæ salientis in uitam æternam. Vale & nos ut filius dilige: quia nos te ut parentes diligimus.

Sancti Ambrosii ad Irenæum: persequens illud uerbum Aggei prophetæ: Si tempus uobis est ut habitetis in domibus cælestibus: multo ex hoc nos sermone comonetur: ut in superioribus domibus & non in uallestribus & subterraneis habitemus: talesque domos nosmetipsos domino ædificemus: Epistola. XII.

Mbrosius Irenæo. Vbi superiore absolui epistolam: & perferendam tibi tradidi: a uenit in mentem illud quod dominus in manu Aggei prophetæ locutus est dicens: Si tempus uobis est: ut habitetis in domibus cælestibus: Quid ergo istud est: nisi in superioribus habitandum non in uallestribus & subterraneis habitaculis? Qui enim infra terram habitant: non possunt ædificare templum dei & dicunt: Non uenit tempus ut ædificetur domus domini: simul quia luxuriosorum est hypogea querere captantium frigus æstiuum: eo quod resoluti deliciis æstus aliter ferre ac tolerare nequeant. Et ideo requirant umbrosa penetralia: uel quod desidiosi ignaua sub terris agant oia: deinde quod tenebrosa illos & operata delectent magis: quibus operiri flagicia sua credant: secundum illud: Tenebræ circumdant me & parietes: que uereor: Sed frustra hoc sperant: cum profunda abyssi & abscondita depernari: & oia depernari antequam fiant. At non Helias in hypogeis: non Helisæus habitabant. Denique alter mortuum uiduæ filium tulit ad superiora: in quibus consueuerat sedere: & ibi eum resuscitauit: Alteri quoque sunamitis illa magna mulier (ut scriptura testificatur) in superioribus hospitium parauit: & ibi concipiendæ sobolis: quia non habebat: meruit prerogatiua: eiusdemque resuscitati pignoris uidit miracula. Quid de Petro dicam qui ad horam sextam ascendens in superiora baptisadarum gentium cognouit mysteria: At uero paricida Absalon in ualle sibi regis titulum statuit: & in fossam proiectus est: cum esset pemptus. Ergo sancti ascendunt ad dominum: flagitiosi ad uitia descendunt: Sancti in motibus: criminoli in uallibus. Deus enim montium est: & non deus uallium. Qui ergo illic id est: in domibus habitabant uallestribus: in quibus non habitat deus: domum dei in se habere non poterant. Hac enim dominus quærebat ab illis domum: ut semetipsos ædificarent: atque intra se dei templum uiuis fidei lapidibus attollerent. Neque enim terrenorum parietum constructiones: & siluestrium ligna culminum desiderabat: quæ cum fuissent: manus dirue-

Matt. 24.

Ipsil. 4.

Aggei. 1.
Translatio hie
ronymi habet
Laqueatis

Eccl. 25.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

Act. 10.

2. Reg. 18.

3. Reg. 20.

c

- rat hostilis: sed illud templū quærebat quod in hoim conderet mētibus: quib⁹ dicēdū foret: Vos estis templū dei: in quo habitaret dñs Iesus: & unde ad redēptionē uniuersorū pcederet: ut in utero uirginis sacra reperiret aula: in qua rex habitaret cælestiū: & corpus humanū fieret dei templū: quod etnā cū solutū esset: in triduo resuscitaret. Sed hanc domū luxuriosi nō ædificāt: qui cælatas inhabitāt domos: & cælatō argēto delectant. Sordet em̄ illis purū argentū: ita & istis sordet simplicis habitationis loc⁹. Sin autē spacia domorū: & adiciēdo adiciunt: cōiungentes domū ad domū & uillā ad uillā: effodiunt terrā: ut elementū quoq; eorū cedat habitaculis: & quasi terræ filij intra eius recōdantur uterū: & abscondant aluo. Isti plane sunt de quib⁹ dicit Hieremias: Væ qui ædificāt domū suā nō cū iusticia. Qui em̄ cū iusticia ædificat: nō in terrenis ædificat sed in cælestibus. Aedificasti inquit domū: metire superiora eius: pflatilia distincta fenestris: & cōtignata cedro & illita minio. Metit autē superiora: qui cōtemplatus iudiciū dei: iudicat iudiciū hūilis & iudiciū pauperis. Qui autē in auariciā intendit & in sanguinē innocentis: ædificat supiora cum iudicio: nec mēsurā tenet: quia nō habet christū: nec aspirare sibi diuinæ flatus explorat gratiæ: nec pleni luminis splēdorē requirit: nec illita minio habet cœnacula: Cui nō pōt dici: Sicut resticula coccinea labia tua. Nō sepeliet inquit hmoi. Qui em̄ uiuum se sub terrā infodit: & tāq; in sepulchro sepeliuit: eripuit sibi mortuo requiē sepulturæ. Depositus itaq; in ualle corporalium delectationū: nō inuenit sepulchrū de quo possit resurgere. Huiusmodi ergo uir nec templū deo ædificat: quia nō nouit tēpus correctionis suæ. Quō em̄ possunt tales hoies templū ædificare: qui quasi feræ ac bestię in spelæa ferarū & bestiarum latibula sese receptant: atq; in foueas se serpentiū more demergūt: & cōsuetudine fraudulentæ uulpis infodit. Sed nec sepulchrū sibi condit qui ante tēpus morit. Viuens em̄ mortuus est: nec audit uocē Aggæ: id est: epulātis: ut iuterptatio declarat. Quō nō ingreditur tabernaculū dei in uoce exultationis & cōfessionis sonus epulātis. Quō em̄ uocē ei⁹ audit qui opera eius nō uidet: Nā si uideret audiret uerbū quod in eius manu factū est: delectatus ei⁹ actibus quibus pulsauit & apertū est ei: & descendit in ei⁹ animā: ut epulet in eo sinceritatis & ueritatis cibis. Ergo quia nō audiuit: fit iterū in manu Aggæ uerbū & dicit: Surgite de cælatas & depressis malicia domib⁹: & ascendite in montē scripturarū cælestium: & cædite lignū sapientiæ: lignū uitæ: lignū conditionis: & dirigite uias uestras: ordinate actus uestros ut habeant ordinē suū debitū: qui necessarius & utilis est ad ædificandam dñi domū. Nam si nō feceritis: nec cælū dabit rorem suū: id est: sermo cælestis qui sicut ros descendit sup scœnū: nō tēperabit feruidos corporalium motus passionum: nec ignita restinguet diuersarū spicula cupiditatū: nec terra eius: id est: aia fructus dabit: eo quod arescat: nisi repleatur irriguo uerbi dei: & pfundatur a rore cælesti spiritalis ubertate gratiæ. Et quia sciebat desides esse habitates in hypogeis & uoluptatū gurgustijs: Excitabo inquit illis spiritū Zorobabel de tribu iudæ & Iosedech sacerdotē magnum: ut incitētur ad ædificationē diuinæ domus: Nisi em̄ dñs ædificauerit sibi domū in uanū laborauerūt qui ædificant eā. Ipse ē Zorobabel iugis redundantia: utpote fons uitæ & uerbū dei: p quod omnia & ex quo omnia & oia in ipso. Hæc dicit redūdantia: Si quis sitit ueniat ad me & bibat. Hoc est pfluuiū indeficientis meatus. Profluuiū quoq; nocturnū legimus quod est Sabulon: id est: ppheticū: sed etiā & ipsum hui⁹ fluenti infusione respleduit: p quod euauit illud pfluuium uanitatē in Iegabel: quæ inimica ueritati & aduersaria pphetarum eloquijs: ita dilacerata est canū morsibus: ut nullū eius supesset uestigiū: sed toto corpore suo: cū oibus posteritatis suæ insignib⁹ extingueret. Ipse igitur Zorobabel ex tribu iudæ: ipse Iesus magnus sacerdos & tribu designatus & nomine: duo significari uidētur: & unus exprimitur. Quia idē quasi potens natus ex potente: quasi redēptor ortus ex uirgine: in utriusq; idem naturæ diuersitate diuiduæ: unū filij dei ueritatē gigas salutaris impleuit. Excitaturus itaq; a mortuis Zorobabel sanctū ait: Adhuc ego semel mouebo cælū & terram. Et maria & desertū mouerat ante hæc: cum de ægypto liberaret

LIBER III EPISTOLA XIII

populū suū: qñ in cælo colūna erat ignis: terra inter fluctus: mur⁹ in mari: uia in aqua: in deserto messis quotidiana frugū cælestiū multiplicabatur: petra soluebat in fontibus aquarū. Sed mouit & postea in passione dñi Iesu: qñ cælū tenebris obductum: sol refugit. petra scissæ: tumuli aperti: mortui resuscitati: draco uictus in fluctibus suis uidit piscatores hominū: nō solū nauigantes in mari: sed etiā ambulantes in periculo. Desertū quoq; motū: qñ infructuosus nationū populus in messem cœpit deuotionis & fidei flauescere. & eousq; deserti & gentiū cōmotio facta est: ut apostolorū quos direxit ad gentes uocādas: tanta esset & tā uehemēs prædicatio: ut: In oēm terrā exiret sonus eorū: & in fines orbis terræ uerba eorū. Tanta in quā cōmotio deserti: ut plures filij fierent desertæ q̄ eius quæ habebat uirū. Et floreret desertū ut liolum: introirent electa gentiū ad residuos populi: quo reliquæ saluæ fierēt p electionem gratiæ. Et replebo inquit domū hanc argento meo & auro eloquijs cælestib⁹ quæ sunt sicut argentū igne examinatū: & ueri claritate luminis: sicut auro spirituali in sanctorū occultis mentib⁹ resurgente. Has diuitias cōfert ecclesiæ suæ quibus intelligibiles thesauri replent. Et gloria auget domus sup priorē gloriam: quā popul⁹ habuit electus. Pax em̄ & tranquillitas animæ sup omnē domus gloriā est: quia pax superat omnē sensum. Hæc est pax sup pacem: quæ dabit post tertiā cōmotionē cæli: maris: terræ: deserti: qñ destruet oēs potestates & principatus. Cælū em̄ & terra transibūt & ois istius mūdi figura: & unusquisq; in romphæa insurget ad fratrem suum: id est: uerbo penetrāte medullas animæ: ut destruat quicq; est contrariū: currus ex ephren & equus ex hierusalē: ut zacharias dixit. Et sic erit pax p oia: ut nullis obsistētibus corporis passionib⁹ aut incredulæ mētis impedimentis: fiat in oibus christus: subdita patri exhibens corda uniuersorū. Vñ & ad ipsum solū mystice dicitur: Sumā te Zorobabel: & ponā te sicut signaculū q̄a te elegi. Etem̄ cū fuerit anima nostra pacifica: ut dicat ei: Cōuertere cōuertere sunamitis: qđ pacifica significat: & ut tuo nomine utar: Irenicen: tūc accipiet in se sicut signaculū christū: id est: imaginē dei: ut sit ad imaginē. Qm̄ qualis cælestis: tales & cælestes. Et oportet nos portare imaginē cælestis: id est: pacē. Atq; ut sciamus uerū esse: habes in Canticis: in ultimo: iā pfectæ animæ dicit: qđ & tibi dicat dñs Iesus: Pone me ut signaculū in brachium tuū: ut luceat pax in corde tuo: & in operibus tuis christ⁹: & forme in te sapientia & iusticia & redemptio. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Ibidē. 16 & 17
Matth. 27.
Ips. 18.
Esa. 54.
Aggei. 2.
Phil. 4.
Matth. 24.
Zacharie. 9.
Aggei. 2.
Cant. 6.
I. Cor. 15.
Cant. 8.

Liber Quartus.

Sancti Ambrosij ad Irenæū: hanc quæstionē Vtrū sit aliqua apud deū differentia caritatis eorū qui a pueritia: & eorum qui iuuetutis aut posterioris ætatis pcessu crediderint: dissoluentis: Epistola. XIII.

Mbrosius Irenæo. Differentia caritatis utrū sit aliqua apud deū: eorū qui a pueritia crediderint: & eorum qui iuuetutis aut posterioris ætatis pcessu: prudēter requirendū putasti. Nā hoc quoq; scriptura diuina nō prætermisit: neq; intactū reliquit. Siquidē dñs de⁹ noster ad Iobel pphetā nō ociose ait: Lamētare ad me sup sponsam præcinctā sacco in uirginis eius uirginale: dolens synagogā quæ antea uirginitate sua desponsata dei uerbo foret: uel animā certe quæ de bonis meritis decidisset: ita offendiculū incidisse peccatorū flagicijs: ut odia contraheret: & inquinamēto impietatis ac pfidiæ obsoleta foribus miserabili esset despectui: longe mutata ab illius sponsæ gratia: quæ ante meruerat audire: Sponsabo te mihi in fide & iusticia & misericordia. Nec imerito lamētabilis p nunciatur: quæ tantorū munerū amiserat preciū: & uirtutū dotalium tā graue subierat dispendiū: ut ei uirginalis sponsus eripere. Nostris em̄ meritis uerbū dei nobis aut uiuit aut moritur. Nā si bona studia atq; opera nostra sint: uiuit atq; operat in nobis dei uerbū: si tenebræ cogitationes operatiōesq; nostræ sint: occidit nobis sol iusticiæ. Et ideo lamentādum præcipit p ea animæ. Nā sicut illis gratulandū & epulandū est: cū quibus sponsus est: ita illi animæ lugendū cui spōsus

Iob. 1.
Isec. 2.

- Matth. 9 fuerit ereptus: Sicut de aplis scriptū est in euāgelio: Qm̄ cū auferet̄ ab eis sponsus: tūc ieiunabūt in illis dieb⁹. Ergo & hęc aia habebat añ læticiã & exultationē: cum haberet παρθένου λόγου. Et iō nō ieiunabat: q̄a dies erāt epulaz & refectiōis: cū adesset sponsus inuehēs: q̄bus aderat: ubertatis affluentia: cælestis alimēti copia uini rigat⁹: quo corda hoim lætificabant: sed posteaq̄ sponsū factis amisit suis: iubet̄ in cilicio agere pœnitentiã p̄tōz suor̄: & deflere semetipsã: q̄a mortu⁹ est ei crucifixus p̄ ea christ⁹: qui est παρθένου λόγου. Si a prima ætate cōuenit: nec alteri⁹ aia hęc uidet̄ expta copulã: sed a principio uirginalē fidei suã florē christo dicauit: atq; ipsi primis foederata pietatis mysterijs sacros iuuenula cultus recepit: Ipsa est israelitica aia ueteris p̄lapix ex genere patriarchaz: quã si inoffensū fidei seruasset curriculum: magni meriti foret spōsa uerbi uirginalis: tanq̄ illa quã apprehēdit iusticiã & obuiauit illi q̄si mater & q̄si mulier a uirginitate: suscipiet illã. Altera quoq; ē acquisita ex gētibus: & utraq; spōsa uni⁹ uerbi: qđ est magnū mysterium. Idq; tibi demon-
1. Reg. 25. stræt̄ i libro regnoz. Sigdē Dauid duas uxores habuit: Achinaam ierælitē & abigeã acquisitã sibi postea. Illã rigidiorē: istã misericordiã plenã & gr̄æ: hospitalē ac liberalē aiam: quã reuelata facie patrē uidit speculata ei⁹ gloriã: quã suscepit diuinū illū rorē paternæ gr̄æ: ut habet nois itēptatio. Quid aut̄ ros pris: nisi dei uerbū qđ humore fidei atq; iusticiã infudit corda uniuersoz: Pulchre igit̄ huic aia uer⁹ dicit
- Ibidem. Dauid: qđ illi abigeã dictū est: Bñdictus dñs de⁹ israel: q̄ misit te hodie huc obuia mihi: & bñdicti mores tui. Et itēz dicit ei: Ascēde in pace domū tuã: uide audiui uocē tuã: & reueritus sū facie tuã. Deniq; etiã in Cāticis hęc uerba sūt sponsi ad sponsã:
- Cant. 2. Ostēde mihi faciē tuã: & insinua mihi uocē tuã. Et tunc qđ dimissa est: qm̄ alterz habebat uirū q̄ dicebat̄ bebraice Nabal: latine insipiētia: dur⁹: inhospitalis: inhūanus: ingratus: q̄ officia nesciret referre: sed posteaq̄ defunct⁹ est uir eius: solutã a lege uiri accepit eã sibi in uxore p̄pheta Dauid. Per cui⁹ copulã ecclīe crediturã ex gētibus significãe mysteria: quã amisso uiro cui añ iūcta fuerat: transiuit ad christū: cēsu pio diues hūilitatis & fidei: misericordiã quoq; dotata p̄rimonio. Sed hoc loco nō ista deplorat̄: sed illa Achinaam quã fuit maleformis in fratē. Et ideo ille frater fact⁹ est in cōmotionē. Vñ ex p̄sona eoz dictū est: Posuisti nos in parabolã in gētibus: cōmotionē capitis pplis. Quã nutantē inueniēs diabolus: sicut leo diruit: & iocūditatem ei⁹ abstulit. Vineã ei⁹ & ficū euertit: sub quib⁹ solebat añ requiescere: & arescere fecit fructus ei⁹. Quos aridos miserat⁹ atq; albētes siccitate nimia dicit ad p̄phetã deus: Lamētare ad me sup spōsam præcinctã cilicio & sup uirū eius uirginalē: id est: sup aia h̄mōi: uel synagogæ uirum mortuū. Cui loco alio expostulans dicit: Eo q̄ oblita præpositi sui: oblita caritatis: imemor gratiã: de uia disciplinæ: superiorē uxoris affectū amiserit. Meritoq; suis eã sermonib⁹ redarguit: memorãs & retexēs eiusdē blandicias & pietatis uocabula. Nō sicut domesticū me uocabas: & patrē & initiatorē uirginitatis tuæ. Ergo huic aia cui p̄ intēperantiã ei⁹ mortuū dei uerbū est: & ille παρθένου λόγου occidit: lucū idic̄it: intercessorē adhibet: ut uocē ad pœnitentiã: quo possit mereri misericordiã. Illa aut̄ (quã bona intellectu & decora in aspectu ualde) sicut abigeã acquisita sibi erat in prælio: de uictis aduersarijs & mortuo uiro q̄ uallatus neq̄cijs spūalibus repugnabat ac resistebat: ne sibi speciosa uxor adimeret: q̄si uictor & diligēs spōsus iocunditatē cōfert & gratiã: emūdans eã ab oib⁹ pulchritudinis eius impedimētis: & exuens uestimētis captiuitatis: ut depositis oibus capitis sui capillis: id est: p̄tōz crinibus: qui q̄si supflui n̄o in corpe uident̄: qm̄ si uir comā nutriat: ignominia est illi: in unitate fidei: in uirḡ p̄fectū: in mēsurã ætatis plenitudinis christi studeat occurrere: ut oēm deponat animi pturbationē: & caritate sūdata au-
- Deut. 21. geat̄ in dño Iesu: & uniuersa acqrat incrementa corpori. Hęc est aia illa quã lex demonstrat tibi in specie mulieris bonæ: quã uideris in prædã & cōcupieris accipere in uxore tibi: induces inq; eã in domū tuã: ut tota ei cōmittas interiora dom⁹ tuæ: oim tuoz uiscer̄ possessionē: auferas ei⁹ supflua: tōdeas lapsus & nouacula nō satis acuta: ne faciat dolū tuarū exuuias passionū: atq; inanes sensus recidas. Ideo ait: Rades

LIBER III EPISTOLA XIII

eius caput: quo nulla obstacula patiantur oculi sapientis q sunt in capite ei. Et sedebit inquit triginta diebus in domo tua: pcta pprae deplorans natiuitatis: & cometa neqsimi patris diaboli: qui uult congregare quae non generauit: ut huius mystici numeri purificatione mundata: coniugij clauis adipiscatur. Et pulchre ait: Postea intrabis ad eam: ut totus ingrediaris in aiam tuam: atq; intra ipsam te colligas: & in ea habites: apud eam commorare: in ipsa tibi sit ois conuersatio ut sis non in carne sed in spiritu: & pponas adiungere eam tibi ad consortium uitae: sciens quoniam communicabit tecum de bonis: & pfectus eius gratia dicas: Puer autem erit ingeniosus: & sortitus sum aiam bonam. Et illa tibi respondeat: Assumam te & inducam te in domum matris meae: & in secretum eius quae concepit me. Bonam mater aiam hierusalem illa quae in caelo est. Erit ergo uxor tua: & inuenies te osculabit te. Et si postea displicuerit tibi q castiget corpus suum & seruituti redigat: non patieris eam seruire: id est: uoluptibus corporis: nec subijcies eam carni: sed liberam permanere patieris: nec alienabis eam: hoc est: non uideres: nec contenes eam: sed permittes seruire eam deo suo in castitate fidei & bonorum operum sobrietate. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sap. 8.
Cant. 8.

Sancti Ambrosij ad Irenaeum: error remouetis: ne quis eum de quo in superiori epistola dictum est q duas habebat uxores: duas ascuisse sibi aias intelligat: Epistola XIII.

Mbrosius Irenaeo. Superiore epistola scripsimus liberanda ab aduersariis aiam nostram: & cum ea idissociabilis uitae subeundum consortium. Et quia sermo iste nobis de Deuteronomio exemplum assumpsit assertionis suae: quo loci subiectum est de

Deut. 21.

uiro qui duas uxores habebat: unam odibilem alteram amabilem: non pfunctione motus uideris: ne forte duas aias istum sibi ascuisse aliquis intelligat: quod fieri nequaquam potest. Verum ipse non ignoras q interdum scriptura cum allegoriam dicit: aliam ad speciem synagogae: aliam ad ecclesiam refert: aliam ad aiam: aliam ad uerbi mysterium: aliam ad diuersas species & qualitates aiarum: quae discernit qui diiudicat spiritum. Vnde sequenti capitulo legis non duas aias sed diuersas qualitates unius aiae comprehensas arbitror. Est enim amabilis aiae species: quae concupiscit uoluptaria: quae laborem fugit: concupitiones declinat: iudicium dei negligit. Ideo amabilis quia dulcis & suauis ad tempus uidetur quae mentem non afficiat sed oblectet. At illa altera tristior quae zelo dei conficiatur: sicut uxor seuera scortari concupiscit suum non patitur: non sinat: nihil indulgeat corpori: nihil uoluptati & delectationi relaxet: abdicet occulta dedecoris: dura laborum sequatur: grauium periculorum. Si igitur peperint ei ambae: non poterit inquit primitiuum filium amabilis in hereditatis institutione praepone re primitiuo filio odibilis: cum sciat odibilis filium primitiuum esse: in quo non tam praelatione simpliciter significari puto quasi inter primitiuos duos: quae expressio nem solum odibilis filium primitiuum habere praerogatiua. Primitiuus enim primogenitus est: sancti autem primogeniti sunt: quia ois masculus adaperiens uulua sanctus domino uocabitur. Non tamen ois primogenitus sanctus. Non enim sanctus Esau: qui utique primogenitus: sancti autem primogeniti sunt. Denique habes in numeris: Ecce tuli leuitas de medio filiorum israel pro ois primogenito qui aperit uulua: a filiis israel. Mibi enim in quo die percussit oem primitiuum aegypti: sanctificauit oem primogenitum israel. Ergo leuitas pro primogenitis accipit quasi sanctos. Sanctos enim primogenitos esse cognoscimus ex epistola ad Hebraeos scripta: in qua habemus: Sed appropinquasti syon monti & ciuitati hierusalem: & decem milibus angelorum & ecclesiae primitiuorum. Ergo sicut primogeniti ecclesiae sancti: sic & leuitas: quoniam ipsi quoque primogeniti. Non enim nascendi ordine sancti sed sanctificationis munere. Leui enim tertius filius fuit Liae: non primus utique. Qui autem sanctificatur: ipse aperit uulua. Quam uulua: Audi dicentem: Errauerunt peccatores ab utero. Quia intellexisti primitiuum qui aperit uulua: intellige uterque bonae matris a quo non errant sancti sed peccatores. Leuitas autem auferunt de medio israel: quia nihil habent commune cum populo: cuius primogenita saecularia destruunt. Primogenita enim saeculi alterius matris sunt: a cuius utero segregatus Paulus est: cum ad gratiam uocaretur dei. Et ideo de medio populi segregatur: uerbum recepit quod est medium in corde nostro. Vnde & illud dictum est: Medium autem uestrum stat quem uos non uidetis. Non ociosus itaque nobis a lege in legem excursus fuit: ut primitiuum non esse amabilis illius: id est: remissioris & uoluptariae filium diceret.

Ibidem.

Exo. 13. et 34.
Luc. 2.

Numeri. 3.

Deb. 12.

Ps. 57.

Gal. 1.

Job. 1.

LIBER III EPISTOLA XV XVI

Deus. 21. remus: quis præpositi capituli uerba hoc exprimant dicente scriptura: Nō poterit filius amabilis primitiuū præponere: cū sciat filiū odibilis primitiuū esse. Ille est uere primitiuus q̄ sanctæ matris sc̄tus est partus: sicut illa uera mater: a cui⁹ utero nō errāt ueri filij sed p̄ctōres. Ergo ille nō uere matris fili⁹: nō primitiuus uer⁹: sed quasi primitiu⁹ iuuat̄ sūptu ne egeat: nō ut diues sit honorat̄. Hic aut̄ dupla ex oibus accipit
Gen. 45. ut abūdet. Sicut etiā in Genesi habes patriarchas a fratre suo Ioseph geminæ singulos stolæ donatos munere: cū remitterent̄ ad p̄rem: ut significaret̄ fratrem̄ repertū Ioseph quē defūctū esse crediderat pater. Primogenit⁹ itaq; hæreditatis accepit prærogatiuā dicente scriptura: Hic est initiū filioꝝ eius: & huic debent̄ primogenitalia.
Deus. 21. A primogenito igit̄ dei filio primogeniti sancti: & ab illo initio (q̄a ipse est initiū & finis) initiū sanct⁹ nūcupat̄: initiū fili⁹ cui debet̄ primitiaꝝ prærogatiua: s̄m illud ad
Apo. 1. Abraam dictū: Ecce ancillā & filiū eius: Nō em̄ hæres erit filius ancillæ cū filio meo Isaac. Qd̄ magis ad hæreditatē uirtutū q̄ pecuniæ spectare diuino oraculo docet̄: dicente deo: Oia quæcūq; dixit tibi Sara: audi uocē eius: qm̄ in Isaac uocabit̄ tibi semē.
Gen. 21. Quæ erat alia i Isaac: nisi sc̄tatis hæreditas quæ nobilitaret p̄rem: Et filiū qd̄ ancillæ sup̄ natiōes præfecit q̄si simpla cōferēs p̄monij: filio aut̄ Saræ duplā dedit: cui nō solū tp̄alia sed etiā sup̄na & p̄petua collata sūt. Vale & nos dilige: q̄a nos te diligim⁹.

Sancti Ambrosij ad Irenæum: causam reddētis: Cur lex p̄bibuerit mulieres uti uel te uirili: atq; uiros indui stola muliebri: Ep̄la. XV.

Deus. 22. Ambrosij ad Irenæum. Pertulisti ad me q̄si fili⁹ quæsiuisse aliquos de te: qd̄ sibi uelut q̄ tā seuerē lex imundos eos dixerit q̄ alieni sex⁹ uerent̄ uestib⁹ uel uiros scilicet uel mulieres. Sic em̄ scriptū est: Nō erit res uiri sup̄ mulierē: neq; induet̄ uir stolā muliebri: quia imundus ē dño ois q̄ fecerit hoc. Et si uere discutias: incōgruū est qd̄ ip̄a abhorret natura. Cur em̄ hō nō uis uideri esse qd̄ natus es? Cur alienā tibi assumis sp̄m? Cur mētiris foeminā: uel tu foemina uir⁹? Suis unūquēq; sexū induit natura idumētis. Deniq; diuersus usus: diuersus color: mot⁹: icessus: diuersæ uires. Ap̄ls inq̄t: Mulier in silētio discat cū oī subiectiōe. Docere aut̄ mulieri nō p̄mitto: neq; dñari in uirū. Qd̄ deforme aut̄ uirū facere opa muliebria. Ergo & pariant: ergo parturiant qui crispant comā sicut foemina. Et tñ illæ uelant̄: isti belligerantur. Verū habeāt excusationē qui patrios usus sequunt̄ sed tñ barbaros: ut persæ: ut gotthi: ut armenij. Maior quidē est natura q̄ patria. Quid de alijs dicimus: q̄ hoc ad luxuriā deriuādū putāt: ut calamistratos & torquatos habeāt in ministerio: ip̄i p̄missa barba: illos remissa coma: Merito illic nō seruat̄ castimonia: ubi nō tenet̄ sex⁹ distinctio. In quo euidētia naturæ magisteria sūt dicente Ap̄lo: Decet mulierē nō uelata orare deū: Nec ip̄a natura docet uos. Q̄ uir qd̄ si comā habeat: ignominia ē illi: mulier uero si capillos habeat gl̄ia est illi: qm̄ qd̄ capilli p̄ uelamine ei sūt. Hæc sunt quæ referas regrētib⁹. Vale & nos ut fili⁹ dilige: q̄a nos te ut parētes diligimus.

Sancti Ambrosij ad Irenæum: epistolā ad Ephesios sūmaria ac breui explanatio ne p̄stringentis: Ep̄la. XVI.

Deus. 22. Ambrosius Irenæo. Poposcisti ut sūmā ep̄læ quæ ad Ephesios scripta ē: icularem⁹ tibi: quæ obscurior uideret̄: nisi ei⁹ distinctiōes colligas: q̄bus psuadēdū putauit ap̄ls de dei regno nobis nō desperādū. Propoluit itaq; primū q̄ bonis maximū solet esse ad studia uirtutis incitamentū: præmiorū sp̄m: & p̄missorū cælestiū hæreditatē: quæ i possessiōe xp̄i & resurrectiōe appropinquerint. Deinde subiecit nō solū in paradisu reditū nobis reformatū esse p̄ christū: sed etiā cælestis solij honorē p̄ cōfortiū christi corpis carni huic esse ipartitū: ut de ascēdēdi possibilitate iā nō dubites: q̄ cōfortia tua in carne christi regno cælesti adhærere recognoscas: p̄ sanguinē eius recōciliationē factā oim quæ uel in terra uel i cælo sūt. Qui iō descendit ut ipleret oia p̄ ap̄los: p̄phas: sacerdotes cōfirmationē uniuersorū: & cōgregatiōnē gentiū. Finē aut̄ esse sp̄i nr̄æ caritatē ipsi⁹: ut augeamur in ipso p̄ oia: q̄a ipse est caput uniuersorū: ad quē oēs s̄m mēsurā opationis in unū corp⁹ ædificatione caritatis assurgimus. Nō ergo desperādū q̄ capiti suo mēbra adhærēt: præsertim cū in

adoptionē filioꝝ dei ab initio sim⁹ prædestinati p̄ Iesū xp̄m i ip̄so: quā prædestinatio
 nē pbauit asserēs illud qđ ab initio prænūciatū est: Quia reliq̄t hō patrē & matrē: &
 adhærebit uxori suæ: Et erūt ambo in carne una: sacramētū christi & eccl̄iæ. Si ergo
 Adæ & Euæ copula sacramētū magnū ē in christo & in eccl̄iā: certū est qđ sicut Eua
 os de ossib⁹ uiri fuit & caro de carne ei⁹: & nos mēbra simus corpis christi: os de ossi
 bus christi & caro de carne ei⁹. Nulla autē epl̄a tm̄ bñdictiōis increpuit in plebē dei
 quātū ista: in qua nō solū bñdictos nos a deo: sed in oi bñdictiōe bñdictos & spūali
 & in cælestib⁹ significauit diuinæ locuples gr̄a testis: & prædestinatos nos in adop
 tionē filioꝝ: In filio quoq; dei nos cumulos gratia: abūdasse ea ad cognoscēdū my
 steriū æternæ uolūtatis. Tū præterea in plenitudine tēporū: cū pacificarent oīa in
 christo: & quæ in terra sūt & quæ i cælo: sorte nos in ip̄so cōstitutos: ut quæ legis sūt
 iplerent in nobis: & quæ gr̄a. Cū etiā fm̄ legē electi uideremur in iuuetutis ætate:
 quæ est uita immaculata: nihil habentes lasciuæ puerilis & senilis infirmitatis. Docti
 quoq; prælium nō solū aduersus carnē & sanguinē: sed etiam aduersus oēm militiā
 spūalis neq̄cie: quæ ē in cælestib⁹: uiuidis gerere uirtutib⁹. Itaq; sicut illis sortito obti
 git capta ex hoste terrarū possessio: ita nobis cecidit fors gr̄a: ut simus possessio dei
 qui renes possidet n̄ros: id est: seminariū castitatis & tēperatiæ. Quæris hanc sortē
 agnoscere: recordare illā quæ cecidit sup̄ Matthiā: ut in duodecimū ap̄lorū numerū
 subrogaret. Sed etiā p̄pheta Dauid ait: Si dormiatis iter medias sortes: Eo qđ is qui
 medi⁹ inter ueteris sortē & noui testamēti est recubēs i utroq; ad regni cælestis trā
 quillitatē asciscit. Hāc sortē filiæ Salp̄e petebant hæreditatis paternæ: & earū pe
 titio diuino iudicio pbata ē. Sed illæ petebāt i umbra. Salp̄e em̄ umbra oris signifi
 cat. In umbra ergo sermonis petebāt: loq̄bant qđ nō reuelabat. Paternæ itaq; hære
 ditatis petitio Salp̄e filiā⁹ in umbra sermonis erat: nobis autē ē in euāgelij splēdo
 re & reuelatione gr̄a. Sim⁹ itaq; nos possessio dei & ille nobis portio: in quo sūt di
 uitæ gloriæ & hæreditatis ei⁹. Quis em̄ diues nisi sol⁹ deus qđ oīa creauit? Sed mul
 tomagis diues misericordia qđ oēs redemit. Et nos fm̄ carnis naturā iræ filios & com
 motiōi obnoxios mutauit q̄si auctor naturæ: ut sim⁹ filij pacis & caritatis. Quis em̄
 mutare naturā pōt nisi qđ creauit naturā: Itaq; suscitauit mortuos: & uiuificatos i chri
 sto sedere fecit in cælestib⁹ in ip̄so dño Iesu: Nō quo qđq; hoīm prærogatiuā sedendi
 meruerit in illa sede dei: de q̄ pater soli filio dixit: Sede a dextris meis: sed qđ in illa
 carne christi p̄ cōfortiū eiusdē naturæ caro ois hūani generis honorata ē. Nā sicut
 ille in n̄ra carne subdit⁹ legē p̄ unitatē carnis & obedientiā corpis: in quo fuit obedi
 ens usq; ad mortē: sic & nos in illi⁹ carne cōsidemus in cælestib⁹. Nō ergo sedemus
 sed i christo sedem⁹: Qui solus sedet ad dexterā dei filij hoīs: sicut ip̄e dixit: A modo
 te mihi interdictum aduertit. Cū em̄ essem sollicitus: ipsa nocte qua pficisci parabā:
 uenisse quidem uisus es ad ecclesiā: sed mihi sacrificiū offerre nō licuit. Alia præte-
 reo: ut potui cauere. Sed ptuli amore tuo ut arbitror. Domin⁹ faciat ut omnia cū trā-
 quillitate cedant. Multifarie deus noster admonet: signis caelestibus: pphetarum
 præceptis: uisionib⁹ etiā peccatorē uult nos intelligere: quo rogemus eū: ut pturba-
 tiones auferat: pacem uobis imperātibus seruet: fides ecclesiæ & trāquillitas pseue-
 ret: cui pdest christianos & pios esse imperatores. Certe uis pbari deo omnis rei
 tempus: ut scriptū est: Tempus inquit faciendi domine. Et tēpus beneplaciti deus.
Ps. 118. Tunc offeres: cū sacrificandi acceperis facultatē: quādo hostia tua accepta sit deo.
Ps. 68. Nōne me delectaret habere gratiā imperatoris: ut fm̄ uoluntatē tuam agerē: si cau-
 sa pateretur? Et simplex oratio sacrificiū est: hæc ueniam refert: illa offensionē: quia
 hæc habet humilitatē: illa contemptū. Dei em̄ uox est: qđ malit ut fiat mandatū ei⁹
 qđ deferatur sacrificium. Clamat istud deus: ad populū Moyses annūciat: ad popu-
1. Cor. 6. los Paulus prædicat. Id facito qđ intelligis in tēpore plus placere. Misericordiā in-
Matth. 9 et 12 quit malo qđ sacrificium. Quare nō illi magis sint christiani qui peccatū condēnant
Prover. 18. suum: qđ qui defendere putant: iustus em̄ in exordio sermonis accusator est sui. Qui
 se accusat cū peccauerit: iustus est: nō ille qui se laudauerit. Vtinā imperator etiam
 ante mihi potius credidissem qđ consuetudini tuæ: dum puto qđ cito ignoscis: cito re-
 uocas: ut sæpe fecisti: & tu præuentus es: & ego nō declinaui qđ cauere nō debue-
 ram. Sed gratias domino qui uult seruos suos castigare ne perdat. Istud mihi
 cōmune est cum prophetis: & tibi erit cōmune cum sanctis. An ego gratiani patrē
 nō oculis meis præferam? Debēt ueniā sancta alia pignora tua. Dulce mihi nomen
 antetuli: quibus amorē cōmuniter detuli. Amo: diligo: orationib⁹ psequor. Si cre-
 dis sequere. Si inquā credis agnosce: qđ dico. Si nō credis ignosce quod facio in quo
 deum præfero. Beatissimus & florētissimus cū sanctis pignoribus fruaris tranquil-
 litate ppetua imperator auguste.

Sancti Ambrosij ad Theodosiū imperatorē uindicari iubentē in ep̄m & christia-
 nos qui synagogā incēderūt: uehemēter eū ob hoc arguētis: atq; ut aliā epl̄am dicta-
 ri iubeat: & qđ prius iussum fuerat emēdet: exhortantis: Ep̄la. XXIX.

LIBER V EPISTOLA XXIX

Lementissimo principi ac beatissimo impatori Theodosio augusto: Ambrosius episcopus. Exercitus semp iugib⁹ fere curis sū imperator beatissime: sed nūq̄ tanto in æstu fui quāto nūc. Cū uideo cauendū ne qd sit qd̄ ascribat̄ mihi etiā de sacrilegij periculo. Itaq̄ peto ut patiēter sermonē meū audias. Nā si indignus sum quia te audiar: indignus sum qui p te offerā: cui tua uota: cui tuas cōmitas preces. Ipse ergo nō audies eū quē p te audiri uelis: Nō audies p se agentē: quē p alijs audisti: Nec uereri iudiciū tuū: ne cū indignū putaris quē audias: indignū feceris qui p te audiat. Sed neq̄ imperiale est libertatē dicēdi negare: neq̄ sacerdotale qd̄ sentiat nō dicere. Nihil em̄ in uobis imperatorib⁹ tā populare & tā amabile est: q̄ libertatē etiā in ijs diligere q̄ obsequio militiæ uobis subditi sunt. Siquidē hoc iter est inter bonos & malos principes: q̄ boni libertatē amāt: seruitutē improbi. Nihil etiā in sacerdote tā periculū apud deū: tā turpe apud hoies: q̄ q̄ sentiat nō libere de nunciare. Siquidē scriptū est: Et loquebar de testimonijs tuis in cōspectu regū: & nō cōfunderar. Et alibi: Fili hois speculatorē te posui domui israel: in eo inquit ut si auertat̄ iustus a iusticijs suis & fecerit delictū qa nō distinxisti ei: hoc est: non dixisti quid sit cauendū: nō retinebit̄ memoria iusticiæ ei⁹: & sanguinē ei⁹ de manu tua exquirā. Tu aut̄ si distinxeris iusto ut nō peccet: & ipse nō peccauerit: iust⁹ uita uiuet: qa dixisti ei: & tu aiā tuā liberabis. Malo igit̄ imperator bonorū mihi esse tecū q̄ malorū cōsortiū: & ideo clementiæ tuæ displicere debet sacerdotis silentiū: libertas placere. Nā silētij mei piculo inuolueris: libertatis bono iuuaris. Nō ergo iportun⁹ indebitis me interfero: alienis ingero: sed debitis obtēpero: mādati dei nr̄i obedio. Qd̄ facio primū tui amore: tui grā: tuæ studio cōseruādæ salutis. Si id mihi uel non credit̄ uel interdicit̄: dico sane diuinæ offensæ metu. Nā si meū periculū te exueret: patiēter me p te offerrē: sed nō libēter. Malo em̄ te sine meo acceptū deo eē & gloriosum piculo. Sin autē silentij mei dissimulationisq̄ culpa & me i grauāt: nec te liberat: malo importuniorē me q̄ in utiliorē aut turpiorē iudices. Siquidē scriptū est dicente sancto Ap̄lo Paulo: cui⁹ nō potes doctrinā refellere: Insta oportune iportune: argue: obsecra: increpa in omni patiētia & doctrina. Habemus ergo & nos cui displicere plus piculi sit: præsertim cū etiā imperatorib⁹ nō displiceat suo quēq̄ fungimunere: & patienter audiatis unūquēq̄ p suo suggerentē officio: imo corripiat̄ si nō utat̄ militiæ suæ ordine. Qd̄ ergo in ijs libēter accipitis qui uobis militāt: nū hoc in sacerdotibus pōt molestū uideri: cū id loquamur nō qd̄ uolum⁹ sed qd̄ iubemur. Scis em̄ lectum: Cū stabitis añ reges & præsidēs: nolite cogitare quid loquamini: dabitur em̄ uobis in illa hora quid loquamini. Nō em̄ uos estis q̄ loquimini sed spūs patris uestri qui loquit̄ in uobis. Et tñ si in causis reipublicæ loquar: quis etiam illic iusticia seruanda sit: nō tanto astringar metu: si nō audiar. In causa uero dei quē audies: si sacerdotē nō audies: cuius maiore peccat̄ periculo. Quis tibi uerū audebit dicere si sacerdos nō audeat. Noui te pium: clementē: mitē atq̄ tranquillū: fidē ac timorem dñi cordi habentē: sed plærūq̄ aliqua nos fallunt. Habent aliqui celum dei sed non fm̄ scientiam. Ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat: cauendū arbitror. Noui pietatē tuam erga deū: lenitatem in homines: obligatus sum beneficijs tuarum indulgentiarū. Et ideo plus metuo: amplius sollicitor: ne etiam ipse tuo me postea iudicio cōdemnes: q̄ mea aut dissimulatione aut adulatione plapsionē non euitaueris. Si in me peccari uiderē: nō deberē tacere. Scriptū est em̄: Si frater tu⁹ in te peccauerit: corripe illū primo: deinde increpa duobus & trib⁹ testibus: si te nō audierit: dic ecclesiæ. Causam ergo dei tacebo. Quid igit̄ sit qd̄ metuā cōsiderem⁹. Relatum est a comite orientis militariū partium: incensam esse synagogā: idque auctore factum episcopo. Iussisti uindicari in cæteros: synagogā ab ipso ædificari episcopo. Non astruo expectandam fuisse assertionem episcopi. Sacerdotes em̄ turbarum moderatores sunt: studiosi pacis: nisi cum & ipsi mouentur iniuria dei aut ecclesiæ contumelia. Sit aliquis iste episcopus feruentior in exustione synagogæ: timidior in iudicio. Nō uereri imperator: ne acq̄escat sentētiæ tuæ: ne præuaricet

Ps. 118.

Ezech. 5

2. Timoth. 4

Matt. 10.

Ro. 10.

Matt. 18.

nō times? Nō etiā uereris qđ futurū est: ne uerbis resistat comiti tuo? Necessē erit
 igit̃ ut aut pr̃uaricatorē aut martyre faciat. Vtrūq; alienū tēporibus tuis: utrūq; p-
 secutionis instar: si aut pr̃uaricari cogat: aut subire martyriū. Vides quo inclinēt
 causā exitus: si fortē episcopū putas: caueto martyriū fortioris: si inconstantē: decli-
 na lapsum fragilioris. Plus em̃ astringitur qui labi infirmū coegerit. Hac pposita cō-
 ditione puto dicturū episcopū: qđ ipse ignes sparserit: turbas cōpulerit: populos con-
 cluserit: ne amittat occasionē martyrii: & p̃ inualidis subijciat ualidiore. O beatum
 mendaciū quo acquir̃t sibi alioꝝ absolutio sui gratia. Hoc est imperator qđ popo-
 sci & ego: ut in me magis uindicares: & hoc si crimen putares: mihi ascriberes. Quid
 mandas in absentes iudiciū: Habes pr̃sentē: babes confitentē reū. Proclamo qđ
 ego synagogā incenderim: certe qđ ego illis mandauerim: ne esset locus in quo chri-
 stus negaretur. Si obijciatur mihi: cur hic nō incēderim? Diuino iā cremari cōepit
 iudicio: meū cessauit opus. Et si uerū quær̃t: ideo segnior fui: qđ non putabam hoc
 uindicandū. Quid facerem qđ nullo ultore sine pr̃mio foret. Tangūt hęc uerecū-
 diam: sed reuocāt gratiā: ne fiat opus quo dei sūmi cōtrahatur offensio. Esto tñ: ne-
 mo episcopoz; ad hoc munus cōueniat. Rogauī em̃ clementiā tuā: & licet ipse hoc
 reuocatū adhuc nō legerim: reuocatū tñ constituamus. Quid si alij timidiore dum
 mortē reformidant: offerāt ut de suis facultatibus repareēt synagoga: aut comes ubi
 hoc cōpērerit primo constitutū: ipse de christianoz; censu exaedificari iubeat? Ha-
 bebis imperator comitē pr̃uaricatorē: & huic uexilla cōmittes uictoria: huic labar-
 um? Hoc est christi sacratū nomine qui synagogā instaret: quæ christū nesciat. Lu-
 be labarum synagogæ inferr̃: uideamus si nō resistūt. Erit igitur locus iudæoz; pfi-
 diæ: factus de exuuijs ecclesiæ: & patrimoniū qđ fauore christi acquisitū est christia-
 nis: hoc transferet ad donaria pfidoroz; Legimus tēpla idolis antiquit̃ cōdita de ma-
 nubijs cimbroꝝ: de spolijs reliquoz; hostium. Hunc titulū iudæi in fronte synago-
 gæ suæ scribebant. Templū impietatis factū de manubijs christianoz;. Sed disciplinæ
 te ratio imperator mouet. Quid igit̃ est ampliꝝ disciplinæ spēs: an causa religiōis?
 Cedat: oportet cēsura deuotioni. Nō audisti imperator qđ cū iussisset Iulianus repa-
 rari tēplū hierosolymis: qđ diuino qui faciebāt repagulū: igne flagrarūt? Nō caues
 ne etiā nunc faciat? A deo a te nō fuit iubendū: ut Iulianus hoc iusserit. Quid tamē
 mouet? Vtrū quia quodcūq; ædificiū publicum exustū est: an quia synagogæ locꝝ?
 Si ædificio incenso moueris uilissimo: quid em̃ in tā ignobili castro esse potuit: nō re-
 cordaris imperator quantorū romæ domus præfectoz; incensæ sūt: & nemo uindi-
 cauit? Immo si quis imperatoꝝ uoluit factū seueriꝝ reprehendere: eius magis qui tāto
 est pculsus dispendio: causam grauet. Quid igit̃ dignius ut calinici castri in parte
 aliqua ædificiorū incendiū: an urbis romæ uindicandū existimaret si oporteret? Ta-
 men cōstantinopoli dudū domus episcopi incēsa est: & filiꝝ clemētiæ tuæ intercessit
 apud patrē: ut & suam: hoc est: filiꝝ imperatoris iniuriā: & domus sacerdotalis incen-
 diū nō uindicares. Nō cōsideras imperator ne & hoc cū uindicari iusseris: ipse ite-
 rū interueniat ne uindiceat? Sed bene illud acquisitū est a patre filio. Dignum erat
 em̃ ut suā iniuriā prius ipse donaret. Bene illud cū gratiæ distinctione diuulsum est: ut
 & filius p̃ sua: & pater p̃ filiꝝ iniuria rogaret. Hic nihil est qđ filio reserues: & uide ne
 quid deo deroges. Nō est ergo causa tātæ cōmotioni idonea: ut propter ædificij
 exustionē in populū tam seuerē uindiceat. Multo autē minus quia synagoga incēsa
 est: p̃fidie locus: impietatis domus: amentie receptaculū: qđ deus dānauit ipse. Sic
 em̃ legimus p̃ os Hieremiæ: dicente dño deo nostro: Et faciā domui ubi iuocatū est
 nomen meū sup̃ ipsam: in qua cōfiditis uos: & loco quē dedi uobis & patribꝝ uestris:
 sicut feci Sylo: Et p̃ijciā uos a facie mea: sicut p̃ieci fratres uestros oē semē ephren.
 Et tu noli orare p̃ populo isto: & noli postulare illis misericordiā: & neq; accesseris
 ad me p̃ illis: qđ nō exaudiam te. Aut nō uides quid isti faciunt in ciuitatibus iudæ?
 Deus se p̃ illis p̃hibet rogari quos tu uindicandos putas. At certe si iure gentiū
 agerē: dicerē quātas ecclesiæ basilicas iudæi tēpore imperij Iuliani incēderunt: duas

damasci: quarū una uix reparata est: sed ecclesiæ nō synagogæ impēdijs. Altera basilica informib⁹ horret ruinis. Incensæ sunt basilicæ gæcis: ascalone: berito: & illis fere locis omnib⁹: & uindictā nemo quæsiuit. Incensæ est basilica & alexandriæ a gētib⁹ & iudæis: quæ sola præstabat cæteris. Ecclesia nō uindicta est: uindicta est synagoga:

Vindicta est etiā ualētinianorū phanū incensum: Quid est em̄ nisi phanū: in quo est cōuentus gētiliū: Licet gētiles duodecim deos appellēt: isti triginta & duos æonas colant: quos appellant deos. Nā & de ipsis cōperi relatum & præceptū ut in monachos uindicare: qui phibentib⁹ iter ualētinianis quo psalmos canētes ex cōsuetudine usq; ueteri pgebant ad celebritatē machabæorū martyriū: moti insolentia incenderūt phanū eorū in quodam rurali uico tumultuarie conditū. Quot se offerre habent tali optioni: cū meminerint tēpore Iuliani illū q̄ arā deiecit: & turbauit sacrificiū: damnatū a iudice fecisse martyriū: Ita q; nunq̄ alia ille iudex qui audiuit eū: nisi psecutor habitus est: nemo illū congressu: nemo illū unq̄ osculo dignū putauit. Qui nisi iam esset defunctus: timerē imperator ne in eū tu uindicare: q̄q̄ uindictam cælestem nō euaserit suo supstes hæredi. Sed refertur cognitionē mandatam iudici: scriptūq; eo q̄ nō referre debuerit sed uendicare. Requirenda quoq; sublata donaria: ut omittā alia. Incensæ sunt a iudæis ecclesiarū basilicæ: & nihil redditū est: nihil repetitū: nihil quæsitū. Quid autē habere potuit synagoga in castro ultimo: cū totū quicquid illic est: non multū sit: nihil p̄ciosum: nihil copiosum? Quid deinde de incendio potuit rapi iudæis insidiantib⁹? Artes istæ sunt iudæorū uolentiū calūniari: ut dum ista querunt: mandet extra ordinē militaris censura iudicij: mittat miles fortasse dicitur qd̄ hic aliquādo ante tuū imperator dixit aduentū. Quomō poterit nos christus iuuare qui p iudæis aduersus christū militamus? Qui mittūtur ad uindictā iudæorū: suos pdiderunt exercitus: nostros uolunt pdere. In quas præterea nō p̄siliant calūnias: qui etiā christo falsis testimonijs calūniati sunt: In quas nō p̄siliant calūnias homines & circa diuina mēdaces? Quos nō auctores seditionis fuisse dicant?

Quos nō appetant: etiā quos nō recognoscant: ut catenatorū ordines innumeros spectent de christiano populo: ut captiua uideāt colla plebis fidelis: ut cōdant in tenebras dei seruulū: ut feriant securibus: dent ignibus: tradant metallis: ne poena cito traufeat? Hunc dabis triumphū iudæis de ecclesia dei: Hoc trophæū de christi populo: Hæc gaudia imperator pfidis: Hæc celebritatē synagogæ: Hos lucet ecclesiæ? Referet iudæorū populus banc solēnitatē in dies festos suos: & inter illos p̄fecto numerabit: quib⁹ aut de amorrhæis: aut de chanaanæis triūphauit: aut de Pharaone rege ægypti: aut de Nabuchodonosor rege babiloniæ manu liberari potuit.

Addet banc celebritatē significās se de christi populo triumphū egisse. Et cum ipsi romanis legib⁹ teneri se negent: ita ut crimina leges putēt: nunc uelut romanis legibus se uindictados putent? Vbi erāt istæ leges: cū incenderēt ipsi sacratarū basilicarum culmina? Si Iulianus nō est ultus ecclesiā: q̄ præuaricator erat: tu imperator ulcisceris synagogæ iniuriā quia christianus es? Et quid tecū posthac christo loquet?

Nō recordaris quid Dauid sancto p Nathan p̄phetā mandauerit? Ego te de fratribus tuis minorē elegi: & de priuato imperatorē feci: ego de fructu seminis tui in sede imperiali locaui. Ego tibi subieci nationes barbaras: ego tibi pacem dedi: ego tibi inimicū tuum in potestātē tuā captiuum deduxi. Frumentū nō habebas ad exercitus alimoniā: ipsorum hostiū manu patefeci tibi portas: aperui horrea: dederūt tibi hostes tui cōmeatus suos quos sibi parauerāt. Ego pturbauit hostis tui cōsilia ut seipse nudaret: ego ipsum usurpatorē imperij ita uinxi ac mentē eius ligauit: ut cū haberet adhuc fugiendi copiā: tamē cum omnib⁹ suis tanq̄ metuens ne quis tibi periret: ipse se clauderet: ego comitem eius atq; exercitū ex altera parte naturæ: quos ante dispererā: ne ad belli societātē coirent: ad supplementū tibi uictoriæ cōgregaui. Ego exercitū tuum ex multis indomitis conuenā nationib⁹ quasi unius gētis fidem & trāquillitatē & concordia seruare præcepi. Ego cū periculū summū esset: ne alpes infida barbarorū penerent cōsilia: intra ipsum alpium uallū uictoriā tibi cōtuli: ut sine

2. Regi. 7.

damno uinceres. Ego te triumphare feci de inimico tuo; & tu de plebe mea das meis inimicis triumphum. Nonne propterea maximus destitutus est: quia ante ipsos expediti-
onis dies cum audisset romae synagogam incensam: edictum romam miserat: quasi uindex
disciplinae publicae. Unde populus christianus ait: Nihil boni huic imineret. Rex iste
iudaeus factus est: defensor est istum disciplinae audiuimus. Quae mox christus probauit
qui pro peccatoribus mortuus est. Si de sermone hoc dictum est: quid de ultione dicitur?
Ille igitur statim a francis & a saxonum gente in sicilia: sicilia: petauione: ubique denique
terrarum uictus est. Quid pro commune cum perfido? Abolenda cum impio sunt etiam
impietatis exempla. Quae illi nocuit: & quo uictus offendit: hoc non sequi debet sed
dare qui uicit. Itaque illa tibi non quasi ingrato recensui: sed quasi iure collata enume-
raui: ut his admonitus cui plus collatum est: plus diligas. Denique hoc respondenti Si-
luc. 7. moni: dixit dominus Iesus: Recte iudicasti: statimque conuersus ad mulierem quae pedes
eius unguento unxit: typum ecclesiae gerens: ait Simoni: Propter quod dico tibi: Remis-
sa sunt peccata eius multa: quonia dilexit multum: cui autem minus dimittitur: minus dili-
git. Haec est mulier quae in domum pharisaei intrauit: & eiecit iudaeum: christum autem
acquisiuit. Ecclesia enim synagogam exclusit: cur iterum tentat ut apud christi famulum:
hoc est de pectore fidei: de domo christi synagoga excludat ecclesiam? Haec ego
imperator amore & studio tui in hunc sermonem contuli. Debeo enim beneficiis tuis
quibus me petente liberauisti plurimos de exiliis: de carceribus: de ultimae necis poenis:
ut malle debeam pro salute tua etiam offensionem tui animi non timere (Nemo maiore fidu-
cia utitur quam qui ex affectu diligit. Nemo certe debet laedere qui sibi consulit) ne tot an-
norum conceptam cuiuscumque sacerdotij gratiam uno momento amittam: Et tamen non damnum
gratiae deprecor sed salutis periculum. Quae quantum est imperator: ut quaerendum aut
uindicandum non putes quod in hunc diem nemo quaesiuit: nemo unquam uindicauit? Graue est
Iudic. 6. fidem tuam pro iudaeis periclitari. Gedeon cum occidisset sacratum uictulum: dixerunt gentiles:
dij ipsi iniuriam suam uindicent. Quis habet synagogam uindicare? Christus quem occide-
runt: quem negauerunt: An deus pater uindicabit eos qui nec patre recipiunt qui filium non
repperunt? Quis habet ualentinianorum haeresim uindicare: quam pietas tua? Quomodo
uindicat: cum eos excludi iusserit: nec conuenienti usurpare copiam? Si Iosiam tibi obijciam
regem deo probatum: hoc in istis dānabis quod in illo probatum est. Certe si mihi parum fidei
defertur: iube adesse quos putaueris episcopos: tractet imperator quod salua fide agi
debeat. Si de causis pecuniariis comites tuos consulis: quātomagis in causa religio-
nis sacerdotes domini aequum est consulas? Consideret clementia tua quātos insidiato-
res habeat ecclesia: quātos exploratores: leuem rimam si offenderint: figent aculeum. Se-
cundum homines loquor. Caeterum plus hominibus deus timetur: qui etiam imperatoribus
iure praefertur. Si amico suo aliquis: si parenti aut propinquo deferendum existimat: recte
ego & deferendum deo & eum praeferendum omnibus iudicauim. Consule tibi imperator:
aut patere me consulere mihi. Quid respondebo postea si conuictum fuerit data hinc au-
toritate aliquos christianorum: aut gladio aut fustibus aut plumbis necatos? Quomodo hoc
purgabo factum? Quomodo excusabo apud episcopos? Qui nunc quia pro triginta & innume-
ros annos praesbyteri quidam gradu functi: uel ministri ecclesiae retrahuntur a munere
sacro & curiae deputantur: grauiter gement. Nam cum isti qui uobis militat: certo militiae
tempore seruetur: quātomagis etiam eos considerare debetis qui deo militant? Quomodo
inquam hoc excusabo apud episcopos qui querunt de clericis: & impressione graui
uastari scribunt ecclesias? Hoc tamen in noticiam clementiae tuae peruenire uolui: de hoc
ut placet: arbitrio tuo consulere & temperare dignaberis. Illud autem quod me angit &
iure angit: exclude atque eijce. Ipse facis quicquid fieri iussisti. Aut si ille facturus non est:
malo te magis esse clementem quam illum non fecisse quod iussus est. Habes in quibus domi-
ni adhuc debes circa imperium romanum inuitare clementiam. Habes quibus amplius quam tibi
speres. Illorum gratia: illorum salus te in hoc sermone conueniat meo: ne causam tuam
alieno committas iudicio. Integra adhuc tibi sunt omnia. In hoc me ego deo nostro pro
te obligo: nec uerearis sacramentum. Numquid deo displicere poterit: quod pro eius

emēdatur honorificentia? Nihil mutaueris certe in illa epistola: siue missa: siue no- dum missa est: dictari iube aliā quæ plena fidei: plena pietatis sit. Tibi integrum sit emēdare: mihi nō est integrū dissimulare. Antiochenis tuā donasti iniuriā: inimici tui filias reuocasti: nutrendas apud affinē dedisti matri hostis tui: misisti de ærario tuo sumptus. Hæc tanta pietas: tanta erga deum fides hoc factō offuscabitur? Tu igitur qui armatis pepcisti hostibus: & seruasti inimicos tuos: ne quæso tãto studio pu- tes uindicandū in christianos. Nunc imperator rogo: ut nō aspernāter acceperis me & p te & p me timentē. Sancti em̄ uox est. Ut quid factus sum uidere cōtritiō- nē populī mei: ut offensam incurrā dei? Ego certe qđ honorificētī⁹ fieri potuit feci: ut me magis audires in regia: ne si necesse esset audires in ecclesia.

Sancti Ambrosij ad Valentinianū: eundē rogantis atq; cōuenientis ne ad petitiō- nem gentiliū aras eoꝝ imperatorio decreto instaurari iubeat: ostēdētisq; ex tali de- creto: primū deo: deinde patri & fratri iniurias irrogari: Ep̄la. XXX.

Mbrosius episcopus: Beatissimo principi & christianissimo imperatori Vale-
 a tiniano. Cum omnes homines qui sub dictione romana sunt: uobis militēt
 imperatoribus terrarū atq; principibus: tum ipsi uos omnipotenti deo & sa-
 cræ fidei militatis. Aliter em̄ salus tuta esse nō poterit: nisi unusquisq; deum uerum:
 hoc est deū christianorū a quo cuncta regūtur: ueraciter colat. Ipse em̄ solus uerus
 est deus: qui intima mente ueneretur. Dij em̄ gentiū dæmonia: sicut scriptura dicit. Ps. 95.
 Huic igitur deo uero quisquis militat: & qui intimo colendū recipit affectu: nō dissi-
 mulationē: nō coniuentiā: sed fidei studiū & deuotionis impendit. Postremo si non
 ista cōsensum saltē aliquē nō debet colendis idolis & pphanis cærimoniarū cultib⁹
 exhibere. Nemo em̄ deum fallit: cui omnia etiā cordis occulta manifesta sunt. Er-
 go cū a te imperator christianissime fides deo uero sit exhibenda: cū ipsius fidei stu-
 diū cautio atq; deuotio: miror quomō aliquibus in spem uenerit qđ debeas aras dijs
 gentiū tuo instaurare præcepto: ad usus quoq; sacrificiorū prophanorū præbere sū-
 ptum. Quæ em̄ iam dudū uel fisco uel arcæ est uendicatū: de tuo magis cōferre uide-
 bere qđ de suo reddere. Et de dispendijs querunt qui nūq; nostro sanguini peper-
 cerūt: qui ipsa ecclesiarū ædificia subruerūt: Petunt etiā ut illis priuilegia deferas qui
 loquēdi & docendi nostris cōmunē usum: luliani lege pxima denegarunt: & priui-
 legia illa quib⁹ sæpe decepti sunt etiā christiani. Nōnullos em̄ illis priuilegijs partim
 p imprudētiam: partim ppter publicarū necessitatum molestias declinādas: irreti-
 re uoluerunt: & quia nō omnes fortes inueniūtur: etiam sub principibus christianis
 pleriq; sunt lapsi. Sed hæc si iam sublata nō essent: auferēda tuo imperio cōproba-
 rem. At cū per totū fere orbē a plurib⁹ retro principibus inhibita interdīctaq; sint:
 Romæ autē a fratre clementiæ tuæ augustæ memoriæ Gratiano fidei ueræ ratione
 sublata sint: & datis antiquata rescriptis: ne quæso uel fideliter statuta conuellas uel
 fraterna præcepta rescindas. De negocijs ciuilibus si quid statuit: nemo putat esse
 temerandū: & præceptū de religione calcatur. Nullus obrepat iuniori ætati tuæ:
 siue ille gentilis est qui ista deposcit: nō debet mentē tuam uinculis suæ supstitionis
 innectere: sed pprio studio docere & admonere te debet quēadmodū ueræ fidei
 studere debeas: quādo ille tanto motu ueri uana defendit. Deferēdū meritis cla-
 rorum uirorū & ego suadeo: sed deū certū est omnib⁹ præferēdum. Si de re mili-
 tari est consulēdum: debet exercitati in prælijs uiri expectari sentētia: cōsiliū cōpro-
 bari. Quādo de religione tractatus est: deū cogita. Nullius iniuria est: cui deus om-
 nipotēs antefertur. Habet ille sentētiā suam. Inuitū non cogitis colere qđ nolit:
 hoc idē uobis liceat imperator: & unusquisq; patiēter ferat: si non extorqueatur im-
 peratori qđ moleste ferret: si ei extorquere cuperet imperator. Ipsi gentilibus dis-
 plicere consueuit præuaricātis affectus. Libere em̄ debet defendere unusquisque
 fidele mētis suæ & seruare propositū. Quod si aliqui nomine christiani tale aliquid de-
 cernēdum putāt: mentē tuam uocabula nuda nō capiant: nomina casta non fallant.
 Quisquis hoc suadet: sacrificat: & quisquis hoc statuit. Tolerabilius tamē est unius

sacrificium quod lapsus omnium. Totus hic christianorum periclitatur senatus. Si hodie gentilis aliquis imperator: quod absit: aram statueret simulacris: & eo convenire cogeret christianos: ut sacrificiis interessent: ut oppleret anhelitus & ora fidelium cinis ex ara: favilla de sacrilegio: fumus ex busto: & in ea curia sententiam diceret: ubi iurati ad aram simulacri in sententiam cogerentur. Propterea enim interpretatur aram locatam: ut eius sacramento: ut ipsi putant: unusquisque conveniret in medium: cum curia maiore iam christianorum numero sit referta: persecutionem esse crederet christianus qui cogeretur tali optione ad senatum venire: quod fit plerumque: nam etiam iniuriis convenire coguntur. Te ergo imperatore christiani in aram iurare cogentur. Quid est iurare nisi eius quem testare fidei tuae praesule: divinam potentiam confiteri. Te imperatore hoc petitur & postulatur: ut aram iubeas elevari: sumptum sacrificiis prophanis dari. Sed hoc non potest sine sacrilegio decerni. Unde rogo te: ne id decernas: statuas: vel in eiusmodi decreta subscribas. Convenio fidem tuam christi sacerdos. Omnes conveniremus episcopi nisi incredibile hoc & repentinum ad aures pervenisset hominum: quod tale aliquid esset vel in consistorio suggestum tuo: vel a senatu petitum: sed absit ut hoc senatus petisse dicatur. Pauci gentiles communi utuntur nomine. Nam & ante biennium ferme cum hoc petere tentaret: misit ad me sanctus Damasus romanae ecclesiae sacerdos: iudicio dei electus: libellum quem christiani senatores dederunt: & quidem innumeri postulantes nihil se tale mandasse: non congruere gentilibus istiusmodi petitionibus: non praebere consensum. Quae etiam publice privatimque se non convenire ad curiam: si tale aliquid decerneretur. Dignum est temporibus vestris: hoc est christianis temporibus ut dignitas christianis senatoribus abrogetur: quo gentilibus senatoribus prophanam deferatur voluntatis effectus. Hunc libellum ego fratri clementiae vestrae direxi. Unde constitit non senatum aliquid de substitutionis impensis mandasse legatis. Sed fortasse dicatur: Cur dudum non interfuerint senatus: cum ista peterentur?

Satis loquuntur quid velint qui non interfuerunt: satis locuti sunt qui apud imperatorem locuti sunt. Et miramur tamen si privatis resistendi romae eripiunt libertatem qui nolunt esse liberum tibi non iubere quod non probas: non servare quod non sentis. Et ideo memor legationis proximae mandatae mihi convenio iterum fidem tuam: convenio mentem tuam: ne vel respondendum secundum huiusmodi petitionem gentilibus censeas: vel in eiusmodi responsa sacrilegium subscriptionis adiungas. Certe refer ad parentem pietatis tuae principem Theodosium: quem super omnibus fere maioribus causis consulere consuevit. Nihil maius est religione: nihil sublimius fide. Si civilis causa esset diversae parti responsio servaretur: causa religionis est: episcopus convenio. Detur mihi exemplum missae relationis: ut & ego plenius respondeam: & sic de omnibus consultus clementiae tuae parens respondere dignetur. Certe si aliud statuit: episcopi hoc aequo animo pati & dissimulare non possumus: licebit tibi ad ecclesiam convenire: sed illic non inuenies sacerdotem aut inuenies resistentem. Quid respondebis sacerdoti dicenti tibi: Munera tua non quaerit ecclesia: quia templa gentilibus muneribus adornasti.

Ara christi dona tua respuit: quoniam aram simulacris fecisti. Vox enim tua: manum tua: & subscriptio tua opus est tuum: obsequium tuum dominus Iesus recusat & respuit: quoniam idolis obsecutus es. Dixit enim tibi: Non potestis duobus dominis servire. Privilegia tua sacrae deo uirgines non habent: & uendicant uirgines vestrae. Cur sacerdotes dei requiris quibus petitiones prophanas gentilibus praetulisti. Alieni erroris societatem suscipere non possumus. Quid respondebis his uerbis: puerum esse te lapsum. Omnis aetas perfecta christo est. Omnis deo plena puericia fidei comprobatur. Parvuli etiam christum intrepido aduersus persecutores ore confessi sunt. Quid respondebis germano tuo. Nonne tibi dicit uictum me esse non credidi: quia te imperatorem reliqui: mori non dolui quia te haeredem habebam. Imperio me decedere non ingemui: quia imperia mea praesertim de religione diuina: omnibus saeculis mansura credebam. Hos ego titulos pie uirtutis erexeram: has de saeculo manubias: haec spolia de diabolo: has ego de aduersario omnium exuias offerebam in quibus aeterna uictoria est.

Quid mihi plus potuit meus hostis auferre? Abrogasti decreta mea: quod adhuc ille qui contra me leuauit arma: non fecit. Nunc grauius telum corpore recipio: quod a fratre mea statuta dānant. Meliore parte mei apud te picitor. Illa enim mors corporis: ista uirtutis est. Nunc mihi abrogat imperium: & quod est grauius abrogat a tuis: abrogat a meis: & id abrogat quod in me etiam mei aduersarij prædicarunt. Si uoles acceperis: dānasti fidem meam: si inuitus cessisti: perdidisti tuam. Ergo quod grauius est: & in te pericitor.

Quid respondebis etiam patri: qui te maiore dolore conueniet dicens: De me filii pessime iudicasti qui putasti quod ego gentilibus conuenientiam præstitissem. Nemo ad me detulit: aram esse in illa romana curia: nunquam tantum nefas credidi: quod in communi illo christianorum gentiliūque concilio sacrificaret gentiles: hoc est insultaret gentiles presentibus christianis: & inuiti christiani interesse sacrificijs cogentur. Multa & diuersa crimina me imperante commissa sunt: ultus sum quaecumque sunt deprehensa: si quis tunc latuit: debet ergo dicere me perbasse quod ad me nemo detulerat. De me pessime iudicasti: si mihi supstitutio aliena: non fides mea seruauit imperium. Unde cum aduertas imperator: deo primum: deinde patri & fratri iniurias irrogari si quod tale decernas: peccato ut id facias quod salutem tuam apud deum intelligis profuturum.

Symachi urbis præfecti persuadētis ritus ueteres circa cultum deorum esse seruandos: ad imperatores Relatio.

Bi primum senatus amplissimus semperque uester subiecta legibus uitia cognouit: & a principibus pijs uidit purgari famam temporum proximorum: boni sacculi auctoritatem secutus: euomuit diu pressum dolorem: atque iterum me querelarum suarum iussit esse legatum. Cui ideo diu principis denegata est ab improbis audientia: quia non erat iusticia defutura: domini imperatores Valentiniane Theodosi & Arcadii incliti uictores ac triumphatores semper augusti. Gemino igitur functus officio: & ut præfectus uester gesta publica persequor: & ut legatus ciuium mandata commendo.

Nulla est hic dissensio uoluntatum: quia iam credere homines desierunt: aliquorum ministri regum coguntur se studio præstare si discrepant: amari: coli: diligere: manus imperio est. Quis ferat obfuisse reipublice priuata certamina? Merito illos senatus insequitur: qui potentiam suam famam principis prætulerunt. Noster autem labor pro clementia uestra ducit excubias. Cui enim magis commodat: quod instituta maiorum: quod patrie iura & fata defendimus: quam temporum glorie? Quæ tum maior est: cum uobis contra morem parentum intelligitis nil licere. Repetimus igitur religionum statum qui reipublice diu profuit. Certe numerentur principes utriusque secte: utriusque sententiae: proximus eorum carimonias patrum coluit: recetior non remouit. Si exemplum non facit religio ueterum: faciat dissimulatio proximorum. Quis ita familiaris est barbaris: ut aram uictoriae non requirat? Cauti in posterum sumus: & talium rerum ostenta uitamus. Reddatur tamen saltem nomini honor qui numini denegatus est. Multa uictoriae debet æternitas uestra & adhuc plura debet. Aduersent hanc potestatem quibus nihil profuit: uos amicis triumphis patrociniis nolite deserere. Cunctis potentia ista uotiuua est: nemo colendam neget quam profitetur optandam. Quod si huius ominis non est etiam ista uitatio: ornamentis saltem curiae decuit abstineri. Præstate oro uos ut ea quæ pueri suscepimus: senes posteris reliquamus. Consuetudinis amor magnus est. Merito diu Constantij factum diu non stetit. Omnia uobis exempla uitanda sunt: quæ mox remota didicistis. Aeternitatem curamus famæ & nominis uestri: ne quid futura ætas inueniat corrigendum. Vbi in leges uestras & uerba iurabimus: qua religioe mens falsa terrebitur: ne in testimonijs mentiat. Omnia quidem deo plena sunt: nec ullus perfidis tutus est locus: sed plurimum ualet ad metum delinquendi etiam presentia religionis urgeri. Illa ara concordiam tenet omnium: illa ara fidem conuenit singulorum: neque aliud magis auctoritatem facit sententijs nostris quam quod omnia quasi iuratum ordo decernit. Patebit ergo sedes prophana periurij: & hoc incliti principes mei perhabile iudicabunt: qui sacramento publico tuti sunt. Sed diutius Constantius idem fecisse dicit: cætera potius illi principis æmulemur qui nihil tale esset aggressus: si quis ante

se alio non deuiasset. Corrigit enim sequentem lapsus prioris: & de reprehensione antecedentis exempli nascitur emendatio. Fas fuit ut parens illae clementiae uestrae in re adhuc noua non caueret inuidiam. Num potest etiam nobis eadem defensio conuenire si imitemur quod meminimus improbatum: Accipiat aeternitas uestra alia eiusdem principis facta: quae in usum dignum trahat. Nil ille decerpit sacrarum uirginum priuilegijs: repleuit nobilibus sacerdotia: romanis caerimonijs non negauit impensas: & per omnes uias aeternae urbis laetum secutus senatum: uidit placido ore delubra: legit inscripta fastigijs deum nomina: percunctatus est templorum origines: miratus est conditores. Cumque alias religiones ipse sequeretur: has seruauit imperio: Super enim cuius mos: super cuius ritus est: Varios custodes urbibus & cultus mens diuina distribuit. Ut animae nascentibus: ita populis fatales generi diuiduntur. Accedit utilitas quae maxime homini deos asserit. Nam cura ratio omnis in operto sit: unde rectius quam de memoria atque documentis rerum secundarum cognitio uenit numinum: iam si longa aetas auctoritatem religionibus faciat: seruanda est tot saeculis fides: & sequendi sunt nobis patres: qui secuti sunt foeliciter suos. Romam nunc putemus assistere atque his uobiscum agere sermonibus. Optimi principes patres patriae reueremini annos meos: in quos me pius ritus adduxit: ut utar caerimonijs auitis. Neque enim me poenitet uiuere meo more quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit: haec sacra Hannibalem a moenibus: a capitolio senonas repulerunt. Ad hoc ergo seruata sum: ut longaeua reprehendam. Videam quod instituendum putatur: Sera tamen & contumeliosa est emendatio senectutis. Ergo dijs patrijs: dijs indigetibus pacem rogamus. Aequum est: quicquid omnes colunt: unum putari. Eadem spectamus astra: commune caelum est: idem nos mundus inuoluit. Quid interest quae quisque prudentia uerum requirat: Vno itinere non potest perueniri ad tam grande secretum: sed haec ociosorum disputatio est. Nunc praesces non certamina offerimus. Quanto comodo sacri aerarij uestri uestalium uirginum praerogatiua detracta est? Sublargissimis imperatoribus denegat quod parcissimi praestiterunt? Honor solus est in illo uelut stipendio castitatis. Ut uittae earum capiti decus faciunt: ita insigne ducit sacrificij: uacare muneribus. Nudum quodammodo nomen immunitatis requirunt: quoniam paupertate ac dispendio tutae sunt. Itaque amplius laudi earum tribuunt: qui aliquid rei detrahunt. Siquidem saluti publicae dicata uirginitas crescit merito: cum caret praemio. Absint ab aerarij uestri puritate ista compedia: fiscus honorum principum non sacerdotum damnis sed hostium spolijs augeatur. Vllumne lucrum compensat inuidiam? Et quia auaricia in mores uestros non cadit: hoc miseres sunt quibus subsidia uetera decerpita sunt. Etenim sub imperatoribus qui alieno abstinent: qui resistunt cupiditati: ad solam detrahatur amittentis iniuria: quod desiderium non mouet auferentis. Agros etiam uirginibus & ministris: deficientium uoluntate: legatos fiscus retentat. Oro uos iusticiae sacerdotes: ut urbis uestrae sacris reddatur priuata successio. Dicent testamenta securi: & sciant sub principibus non auaris stabile esse quod scripserint. Delectet uos ista foelicitas generis humani: coepit causae huius exemplum sollicitare morientes. Ergo romanae religiones sub romana iura non pertinet? Quod nomen accipiet ablatio facultatum quas nulla lex: nullus casus fecit caducas? Capiunt legata libertis: seruis testamentorum iusta comoda non negantur: tantum nobiles uirgines & fatalium sacrorum ministri excludunt praedictis hereditate quaesitis. Quid iuuat saluti publicae castum corpus dicere & imperij aeternitatem caelestibus fulcire praesidijs: armis uestris: agris uestris amicas applicare uirtutes: per omnibus efficacia uota suscipere & ius cum omnibus non habere? Itaque melior est seruitus quae hominibus impenditur. Rempublicam laedimus cui nunquam expedit ut ingrata sit. Nemo me putet solam causam religionum tueri: ex huiusmodi facinoribus orta sunt cuncta romani generis incommoda. Honorauerat lex parentum uestales uirgines ac ministros deorum: uictu modico iustisque priuilegijs. Stetit muneris huius integritas usque ad degeneres trapezitas qui ad mercedem uilium baiulorum sacrae castitatis alimenta trerunt. Secuta est hoc factum fames publica: & spem puinciarum omnium messis aegra decepit. Non sunt haec uitia terrarum: nihil imputamus astris. Nec rubigo sege

LIBER V EPISTOLA XXXI

tibus offuit: nec auena fruges necauit: sacrilegio annus exaruit. Necesse em̄ fuit perire omnib⁹ qđ religionib⁹ negabat. Certe si est huius mali aliqđ exemplū: impute mus tantā famem uicibus annorū. Grauis hanc sterilitatē aura cōstrinxit: siluestrib⁹ arbustis uita pducit: & rursus ad dodonæas arbores plæbis rusticæ inopia cōuolauit. Quid tale puincia ptulerunt: cū religionū ministros honor public⁹ palceret? Quādo in usum hominū cōcussa quercus: qñ uullæ sunt herbarū radices: quādo alternos regionū defectus deseruit sæcūditas mutua: cū populo & uirginib⁹ sacris cōmunis esset annona: Cōmendabat em̄ terrarū puentus uictus antistitū: & remediū magis q̄ largitas erat. An dubiū est semp p copia omniū datū qđ nunc inopia omnium uendicauit? Dicit aliquis sumptū publicū denegatum alienæ religionis impendijs. Absit a bonis principib⁹ ista sententia: ut qđ olim de cōmuni quibusdā tributum est: in iure fisci esse uideat. Nam cū res publica de singulis constet: qđ ab ea pificiscitur: sit rursus propriū singulorū. Omnia regitis: sed suum cuiq; seruat: plusque apud uos iusticia q̄ licentia ualet. Consulite certe munificentia uestra: an hæc publica uelit existimari quæ in alios trāstulistis? Semel honori urbis delata cōpendia desinūt esse tribuentiū: & qđ a principio beneficiū fuit: usu atq; ætate fit debitū. Inanē igitur metū diuino animo uestro tentat incutere: si quis asserit cōscientiā uos habere præbentiū: nisi detrahentiū subieritis inuidiā. Faucant clemētia uestra sectarum omniū arcana præsidia: & hæc maxime quæ maiores uestros aliquādo iuuerūt: uos defendant: a nobis colant. Eum religionū statum petimus: qui diuo parenti culminis uestri seruauit imperiū: qui fortunato principi legitimos suffecit hæredes. Spectat senior ille diuus ex arcæ siderea lachrymas sacerdotū: & se culpatū putat more uiolato: quē libēter ipse seruabat. Præstate etiā diuo fratri uestro alieni cōsiliij correctionē: tegite factū qđ senatui displicuisse nesciuit. Siquidē cōstat ideo exclusam legationē: ne ad eū iudiciū publicū pueniret. Pro estimatione est tēporū superiorū: ut nō dubitetis abolere qđ pbandū est principis nō fuisse.

Sancti Ambrosij ad Valentinianū imperatorē: Relationi Symachi respondētis: aptissimisq; cōfutationibus eam refellētis: Eplā. XXXI.

Mbrosius episcopus: Beatissimo principi & clemētissimo imperatori Valentiniano augusto. Cum uir clarissimus præfectus urbis Symach⁹ ad clemētiam tuam retulisset: ut ara quæ de urbis romæ curia sublata fuerat: redderet loco: & tu imperator licet adhuc in minoris æui tyrocinio florentibus nouus annis: fidei tamē uirtute ueteranus obsecrata gentiliū nō pbares: eodem quo comperri: puncto libellum obtulit: quo licet cōprehenderim quæ suggestiōi necessaria uidentur: poposci tamen exemplū mihi relationis dari. Itaq; nō fidei tuæ ambiguus sed puidus cautionis & pij certus examinis hoc sermone relatiōis assertioni respōdeo: hoc unum petens: ut nō uerborū elegantia sed uim rerum expectandā putes. Aurea em̄ (sicut scriptura diuina docet) est lingua sapientiū litteratorū: quæ phalaratis dotata sermonibus: & quodā splendētis eloqui: uelut coloris preciosi corusco resultans: capit animorū oculos specie formosi: uisusq; perstringit. Sed aurum si diligentiū manu tractes: foris precium: intus metallū est. Volue quæso atq; excute lectam gentiliū: preciosa & grandia sonant: ueri effœta defendunt. Deū loquūtur: simulacrum adorant. Tria igitur in relatione sua uir clarissimus præfectus urbis pposuit quæ ualida putauit: Quæ roma ueteres: ut ait: suos cult⁹ requirat: Et q̄ sacerdotib⁹ suis uirginibusq; uestalibus emolumēta tribuēda sint: Et q̄ emolumentis sacerdotū negatis fames secuta publica sit. In prima ppositione: flebili roma questu sermonis illachrymat: ueteres ut ait cult⁹ cærimoniaꝝ requirens. Hæc sacra inquit Hannibalem a mœnibus: a capitolio senonas reppulerunt. Itaq; dum sacrorū potentia prædicatur: infirmitas proditur. Ergo Hannibal diu sacris insultauit romanis: & dijs cōtra se dimicantibus usq; ad muros urbis uincendo puenit. Cur se obsideri passi sunt: pro quibus deorum suorū arma pugnabant? Nam de senonibus quid loquar: quos capitolij secreta penetrantes romanæ reliquiæ nō tulissent: nisi eos pauido anser stre

pitū pdidisset: En quales templa romana præfules habent. Vbi tunc erat Iuppiter? An in anse loquebat? Verum quid negē sacrorum ritus militasse romanis? Sed etiam Hannibal eosdem deos colebat. Vtrum uolunt igit eligant. Si in romanis uicerunt sacra: In carthaginensibus ergo superata sunt: si in carthaginensibus triumphata: nec romanis utiq; p̄fuerunt. Faceſſat igitur inuidioſa illa populi romani querela. Non hæc roma mandauit. Alijs illa eos interpellat uocibus. Quid me caſſo quoti die gregis innoxij ſanguine cruētatis? Non in fibris pecudū: ſed in uiribus bellatorū trophæa uictoriæ ſunt. Alijs ego diſciplinis orbem ſubegi. Militabat Camillus q̄ ſublata capitolio ſigna: cæſis tarpeia rupis triumphatorib; reportauit: ſtrauit uirtus quos religio nō remouit. Quid de Attilio loquar: qui militiā etiam mortis impendit: Africanus non iuter capitolij aras: ſed inter Hannibalifacies triumphū inuenit.

Quid mihi uetere exempla p̄fertis? Odi ritus neronum. Quid dicā bimenſtres imperatores & terminos regū cum exordijs copulatos? Aut forte illud eſt nouum: barbaros ſuis exceſſiſſe finibus? Nūquid etiā illic chriſtiani fuerunt: quorū miſerabili nouoq; exemplo alter captiu; imperator: ſub altero captiu; orbis ſefelliſſe quæ uictoriā p̄mittebant: ſuas cærimonias pdiderunt? Nūquid & tunc nō erat ara uictoriæ: Pœnitet lapſus: & uetuſta canicies pudendi ſanguinis traxit ruborē. Non erubeſco cū toto orbe longæua cōuertit: ueſ; certe eſt: quia nulla ætas ad pdiſcendū ſera eſt. Erubeſcat ſeneſtus quæ emēdare ſe nō poteſt. Nō annoꝝ canicies eſt laudanda: ſed morū: nullus pudor eſt ad meliora trāſire. Hoc ſolum habebā cōmune cū barbaris: quia deum antea neſciebā. Sacrificiū ueſtrum ritus eſt beſtiarū cruore reſpergi. Quid in mortuis pecudibus quæritis dei uoces? Venite & diſcite in terris cæleſte militiā. Hic uiuimus: & illic militamus. Cæli myſterium doceat me de; ipſe qui condidit: non homo qui ſeiſum ignorauit. Cui magis de deo q̄ deo credam?

Quō poſſum uobis credere qui ſatemi uos ignorare qd̄ colitis? Vno inquit itinere nō poteſt pueniri ad tam grande ſecretum. Qd̄ uos ignoratis: id nos dei uoce cognouimus. Et qd̄ uos ſuſpitionibus quæritis: nos ex ipſa ſapiētia dei & ueritate cōpertum habemus. Non congruunt igitur ueſtra nobiſcū. Vos pacem dijs ueſtris ab imperatoribus obſecratis: nos ipſis imperatoribus a chriſto pacē rogamus. Vos manuum ueſtrarū adoratis opera: nos iniuriā ducimus omne qd̄ fieri poteſt deum putari. Non uult ſe deus in lapidibus coli. Deniq; etiam ipſi philoſophi ueſtri iſta riſerunt. Q̄ ſi uos ideo chriſtum deum negatis quia illum mortuum eſſe non creditis: Neſcitis em̄ q̄ mors illa carnis fuerit non diuinitatis: quæ fecit ut credentiū iam nemo moriatur: quid uobis imprudentius qui cōtumelioſe colitis & honorifice derogatis? Veſtrū enim deum lignum putatis: O cōtumelioſa reuerētia: Chriſtum mori potuiſſe nō creditis: O honorifica peruicacia. Sed uetera inquit reddenda ſunt altaria ſimulacris: ornamenta delubris. Repoſcātur hæc a cōſorte ſuſtitionis: chriſtianus imperator aram ſolius chriſti didicit honorare. Quid manus piæ & ora fidelia miniſteriū ſuis cogunt ſacrilegijs exhibere? Vox imperatoris noſtri chriſtū reſultet: & illum ſolum quē ſentit loquatur: quia cor regis in manu dei. Nūquid imperator gentilis arā chriſto leuauit? Dū ea quæ fuerunt repoſcūt: exemplo ſui admonēt quantū chriſtiani imperatores religioni quā ſequūtur debeant deferre reuerentiæ: quādo gentiles ſuſtitionibus ſuis omnia detulerunt. Dum cœpimus: etiam ſequamur. Nos ſanguine gloriamur: illos diſpēdiū mouet. Nos hæc uictoriæ loco ducimus: illi iniuriā putāt. Nunq̄ nobis ampli; cōtulerūt q̄ cū uerberari chriſtianos atq; p̄ſcribi ac necari iuberent. Præmiū fecit religio qd̄ perfidia putabat eſſe ſupplicium. Videte magnanimos: p̄ iniurias: per inopiam: p̄ ſupplicium. Nos credimus: illi cærimonias ſuas ſine quæſtu manere poſſe non credunt. Habeant inquit ueſtales uirgines immunitatē ſuam. Dicant hoc qui neſciunt credere q̄ poſſet eſſe gratuita uirginitas: puocent lucris qui diſſidūt uirtutib;. Quot tamē illis uirgines præmia p̄miſſa fecerūt? Vix ſeptem ueſtales capiūtur puellæ: En totus numerus quem inſulæ uittati capitis: purpuratæ ueſtiū murices: pompa lecticæ miniſtroꝝ circūſu-

sa comitatu: priuilegia maxima: lucraigentia: praescripta denique pudicitiae tempora coegerunt. Attollant metis & corporis oculos: uideant plebem pudoris: populum integritatis: conciliu uirginitatis. Non uitae capiti decus: sed ignobile uelamē: usui nobile castitatis: non exquisita sed abdicata lenocinia pulchritudinis: non illa purpurarum insignia: non luxus deliciarum sed usus ieiuniorum: non priuilegia: non lucra: omnia postremo talia ut reuocari studia putes: dum exercent officia. Sed dum exercetur officium: studium puocat: suis castitas cumulatur dispendijs. Non est uirginitas quae precio emitur: non uirtutis studio possidet. Non est integritas quaecumque tanquam in auctione nummario ad tempus sollicitatur compendio. Prima castitatis uictoria est facultatum cupiditates uincere: quia lucrum studium tentamentum pudoris est. Ponamus tamen subsidia largitatum conferenda uirginibus: quae christianis munera redderunt: quod tantas opes sufficere avarium. Aut si arbitrantur solis uestalibus conferendum: non pudet ut qui totum sibi sub imperatoribus gentilibus uendicarunt: idem sub principibus christianis non putent nobis sortem debere esse commune. Sacerdotibus quoque suis & ministris quaerunt alimentum publica non praebere. Quamuis hinc uerborum tumultus increpuit. At contra nobis etiam priuatae successione emolumenta recitibus legibus denegant: & nemo conquerit. Non enim putamus iniuriam: quia dispendium non dolemus. Si priuilegium quaerat sacerdos: ut onus curiale declinet: patria atque auita & omnium facultatum possessione cedere est. Quomodo hanc gentiles: si haberent ingrauent querelam: quod sacerdos ferias ministerij sui emat totius patrimonij sui damno: & priuatum uniuersae comoditatis dispendio usum publici mercede obsequij: praetendens communis salutis excubias: domesticae inopiae se mercede solat: quia ministerium non uendit sed gratiam comparauit. Conferre causas. Vos excusare uultis decurionem: cum ecclesiae excusare non liceat sacerdotem. Scribunt testamenta templorum ministris: nullus excipit prophanus: nullus ultimae conditionis: nullus prodigum uerecundiae: soli ex omnibus clerico commune ius claudit: a quo solo pro omnibus uotum commune suscipit: officium commune deferre: nulla legata uel grauium uiduorum: nulla donatio. Et ubi in moribus culpa non deprehendit: tamen officio multa praescribit. Quod sacerdotibus phani legauerit christiana uidua: ualet: quod ministris dei: non ualet. Quod ego non querar: sed ut sciant quid non querar: comprehendi. Malo enim uos pecunia minores esse quam gratia: sed referunt ea quae uel donata uel relicta sunt ecclesiae: non esse temerata. Dicant & ipsi quis templis dona detraxerit quod factum est christianis. Quae si facta essent gentilibus: redderet potius quam inferret iniuriam. Nunc demum iusticia praetendit: aequitas postulat. Vbi tunc erat ista sententia: cum direptis christianorum omnium facultatibus: ipsos uitales anhelitus spiritus inuideret: & nullis usque negata defunctis inhiberet supremam commercia sepulturae. Quos gentiles praecipitarunt: maria redderunt. Fidei ista uictoria est: quod & ipsi iam facta maiorum carpunt suorum: sed quae melioratio ut eorum munera petant quorum gesta condonant. Nemo tamen donaria delubris & legata aruspiciibus denegauit: sola sublata sunt praedia: quia non religiose utebantur iis quae religionis iure defenderet. Qui nostro utuntur exemplo: cur non utebantur officio. Nihil ecclesia sibi nisi fidem possidet. Hos redditus praebet: hos fructus. Possessio ecclesiae sumptus est aegenorum. Numerent quos redemerint templa captiuos: quae contulerint alimentum pauperibus: quibus exulibus uiuendi subsidia ministrauerint. Praedia igitur intercepta non iura sunt. En quod factum quod triste piare nefas: fames: ut aiunt: publica uindicauit: quia usui omnium proficere coepit quod proficiebat commodis sacerdotum. Propterea ergo detractis: ut aiunt: arbuta exuta corticibus succo miserabili deficientium ora lambent. Propterea chaoniam frugem glande mutantes: rursus in pecudum pastus: & ad infelicis uictus alimenta reuocati concussa quercu fame in siluis miseram solabant. Noua uidelicet prodigia terrarum quae nunquam ante acciderant: cum supstitio gentilis toto orbe ferueret. Reuera quam ante uacuis auenis seges: fallas auari uota lusit agricolae: & spem rusticam plerisque quaesita sulcis frugis herba destituit. Et unquam graecis oracula habitae suae quere: nisi qua remedium siluestris alimoniae caelestis religionis donum putarunt. Talia enim suorum munera credunt

deorū. Quis dodonæas arbores nisi gentiū populus adorauit: cū pabulū triste sacri nemoris honore donaret: Nō est uerisimile q̄ indignātes eorū dū id p̄ pœna intulerint qd̄ solebant placati cōferre p̄ munere. Quæ autē æquitas: ut paucis sacerdotibus dolētes uictum negatū ipsi omnibus denegarent: cū inclemētiore esset uindicta q̄ culpa. Nō est igitur idonea quæ tantā ægritudinē mundi fallētis causa constrinxerit: ut uirētibus segetibus subita spes anni adulta moreret. Et certe añ plurimos annos templorū iura toto orbe sublata sunt. Modo ne demū dīs gentilium uenit in mentē suas iniurias ultū iri: Propterea nec assueto cursu nilus intumuit: ut urbicoꝝ sacerdotū dispendia uindicaret qui nō uindicauit suorū. Esto tamē si superiore anno deorū suoꝝ iniurias uindictas putant: cur præsentī anno cōtemptui fuere? lam em̄ nec herbarū uulsis radicibus rusticana plæbs pascit: nec baccæ siluestris explorat solatia: nec cibū de sentibus rapit: sed operū læta foeliciū dum messes suas & ipsa miratur: expleuit uoti satietate ieiunium: usurarios nobis reddidit terra puētus. Quis ergo tam nou⁹ humanis usibus: ut uices stupeat annorū: & tamē etiā superiore anno plærāsque nouimus puincias redūdasse frugibus? De gallijs quid loquar solito diuoribus? Frumentū p̄anoniæ qd̄ nō seuerāt uendiderunt: Et fæcūda rhetia fertilitatis suæ nouit inuidiā. Nā quæ solebat tutior esse ieiunio: fæcūditate hostē in se excitaui. Liguriā uenetiāque autumnī frumēta pauerūt. Ergo nec ille sacrilegiū ann⁹ exaruit: & iste fidei fructib⁹ annus effloruit. Negent etiā q̄ largo foetu uinæ redundauerint. Itaque & messem fœneratā recepimus: & liberatioris uindemiæ beneficia possidemus. Postrem⁹ sup̄est & maximus loc⁹: utrū ea quæ uobis pfuerint imperatores restituere subsidia debeatis. Ait em̄: Vos defendant: a nobis colant. Hoc est fidelissimi principes qd̄ ferre nō possum⁹: q̄a exprobrāt nobis uestro se nomine dīs suis supplicare: & uobis nō mandatib⁹ sacrilegiū imane cōmittunt: dissimulationē p̄ cōsensu interpretantes: Sibi habeāt præsidia sua: suos si possunt: illa defendāt. Nā si ijs a quibus colunt: auxilio esse nō possunt: quō possunt uos defendere: a quib⁹ nō colunt? Sed maiorū inquit seruādus est ritus. Quid q̄ oia postea i melius pfecerūt? Mundus ipse qui uel primū coactis elementorū p̄ inane seminibus tenero orbe creuerat: uel cōfuso adhuc idigesti operis caligabat horrore: nōne postea distincto cæli: maris: terrarūque discrimine rez formas quibus speciosus uidet: accepit? Exutæ humētib⁹ tenebris nouū terræ stupere solē: dies in exordio nō refulget: sed i p̄cessu tēporis icremēto luminis micat & calor exæstuat. Luna ipsa quæ p̄pheticis oraculis speciei ecclesiæ figuratur: cum primū resurgens in menstruas reparatur ætates: tenebris noctis abscondit: paulatimque cornua sua cōplens uel e regione solis absoluens clari splendore fulgoris irrutilat. Exerceri in fructus terræ añ nesciebant: postubi imperare aruis sollicitus cœpit agricola: & informe solū uestire uinetis: siluestres animos domesticis mollitæ cultibus exuerūt. Anni ipsi⁹ ætas prima quæ nos usu parili colorauit: nutu gignentū sed in p̄cessu lapsuris floribus uernat: postremis adolescit fructibus. Nos quoque æui rudes sensus habemus infantie: sed mutati in annos ingenij rudimenta deponim⁹. Dicant igit̄ in suis omnia manere debuisse principijs: mundū tenebris obductū quia splendore solis illuxerit: displicere. Et quāto gratius est animi tenebras depulisse q̄ corporis: fideique iubare micuisse q̄ solis? Ergo & mūdi sicut oim rez: primæua uia mutarūt: ut uenerabilis canæ fidei seq̄ret senect⁹. Quos hoc mouet: reprehēdant messem: q̄a sera fæcūditas est: reprehēdant uindemiā: q̄a in occasu anni est: reprehēdant oliuā: q̄a postremus est fructus. Ergo & messis nostra fides animarū est: ecclesiæ gratia meritoꝝ: uindemia est: quæ ab ortu mundi uirebat in sanctis: sed postrema ætate se diffudit in p̄p̄os: ut aduerterēt oēs nō rudib⁹ animis irrep̄sisse fidē christi. Nulla em̄ sine aduersario corona uictoriæ: sed explosa ea opiniōe quæ añ cōualuit id qd̄ erat uerū iure prælatū: Si rit⁹ ueteres delectabāt: cur in alienos rit⁹ eadē roma successit? Omitto absconditā p̄cio humū: & pastores casas auro degeneri renitētes. Quid (ut de ipso respōdeā q̄ querūt) captarū simulacra urbiū uictosque deos: & pegrinos rit⁹ sacroꝝ: alienæ sup̄stitiōis æmuli recepūt.

Vnde igitur exemplū q̄ currus suos simulato almonis in flumine lauat cybele? Vnde phrygiū uates & semp̄ inuisa romanis non æquæ carthaginis numina? Quā cælestem aphri mitrā: persæ plæriq̄ uenerem colunt: p̄ diuersitate nominis nō pro numinis uarietate: Sic deam esse & uictoriā crediderunt: quæ utiq̄ munus est nō potestas: donatur nō dominat̄: legionū gratia non religionū potentia. Magna igit̄ dea quā militū multitudo sibi uendicat: uel præliorū donat euentus. Huius aram strui in urbis romæ curia petūt. hoc est quo plures conueniūt christiani. Omnib⁹ in templis aræ: ara etiā in templo uictoriarū: quādo numero delectantur: sacrificia sua ubiq̄ cōcelebrant. Quid est nisi insultare fidei: unius aræ sacrificiū uendicare? Ferendū ne istud ut gentilis sacrificet: & christian⁹ intersit? Hauriāt omnes inquit hauriant uel inuiti fumū oculis: symphonīā auribus: cinerē faucibus: thus narib⁹: & aduersantium licet ora excitata focus nostris fauilla respetgat. Nō illis satis sunt lauacra: non porticus: nō plateæ occupatæ simulacris. Etiā ne in cōmuni illo concilio nō erit cōmunis cōditio? Obstringet̄ pia senatus portio obtestantiū uocib⁹: adiurantiū sacramentis? Si refuter: uidebit̄ mendaciū p̄dere: si acquiescat: sacrilegiū cōfiteri. Vbi inquit in leges uestras & uerba iurabimus? Ergo mensurā quæ legibus tenet̄ inclusa: cærimonijs gentiū suffragiū colligit: fidē stringit: iam nō solū præsentīū sed absentīū etiā? Et qd̄ est amplius: imperatores fides uestra pulsat? Vos em̄ cogitis si iubeatis. Cōstantius augustæ memoriæ nondū sacris initiatus mysterijs contaminari se putauit si aram illam uideret. Iussit auferri: nō iussit reponi. Illud auctoritatē facti habet: hoc præcepti nō habet. Nemo sibi de absentia blandiat̄: præsentior est qui se animis inserit q̄ qui oculis p̄testatur. Plus em̄ est mēte cōnecti q̄ corpore copulari. Vos senatus cogendi cōsiliū præfules habet: uobis coit: uobis cōscientiā suā nō dīs gentiū præstat: uos liberis suis nō tñ fidei suæ præfert. Hæc est charitas expetēda: hæc est charitas maior imperio: si fides tuta sit quæ seruat imperiū. Sed fortasse aliquē moueat: ita fidelissimū principē destitutum: p̄inde quasi meritorū precium caducis æstimetur præsentīū. Quis em̄ sapiens nō in orbe quodā atq̄ circuitu locata humanarū regū nouit negocia: quia nō eosdē semp̄ successus habent: sed uariant status & mutant uices? Quē beatiorē Cnæo pompeio romana tēpla miserūt? At is cū tribus triumphis terrarū cinxisset orbē: pulsus acie: bello pfugus: & sui terminis exul imperij: canopei manu spadonis occubuit. Quē nobiliorē Cyro persarū totius orientis terræ regē dederūt: Is quoq̄ cū principes potentissimos aduersantes uicisset: uictos referuasset: muliebribus armis fusus interiit. Et ille rex qui supatos etiā confessus honore donauerat: exēdo capite & intra utrē plenū cruoris satiari iussus incluso: fœmineis imperijs ludibrio fuit. Adeo in isti⁹ uitæ curriculo nō paria parib⁹ sed longe diuersa referūtur. Quē etiā magis sacrificijs deditū q̄ carthaginensium ducē Hamilcharem repperim⁹? qui cū toto prælij tēpore inter acies posit⁹ dimicantes sacrificiū faceret: ubi partē suorum uictam esse cognouit: in ipsos quos adolebat se præcipitauit ignes: ut eos uel cruore suo restingueret: quos sibi nihil pfuisse cognouerat. Nā de Iuliano quid loquar? qui cū responsis aruspiciū male credulus esset: ademit sibi subsidia reuertendi. Ergo in cōmuni casu nō est cōmunis offensa. Neminē etem̄ p̄missa nostra luserūt. Respondi laceissentib⁹ tanq̄ nō laceffit⁹. Refellendæ etem̄ relationis: nō exponēdæ sup̄stitionis mibi studiū fuit. Te tñ imperator ipsa eorū relatio faciat cautiorē. Nā cū de superioribus principibus texuisset: q̄a prior eorū numerus cærimonias patrū coluit: recentior nō remouit: addidisset etiā si exemplum religio ueterū nō facit: faciat dissimulatio p̄ximorū. Euidēter docuit q̄ & fidei tuæ debeas: ut gentilitij rit⁹ nō sequaris exemplū: & pietati ut fratris statuta nō uioles. Si em̄ p̄ suis dūtaxat partibus eorū dissimulationē principū prædicarūt: qui cū essent christiani: decreta tamen gētilium minime remouerūt: quātomagis amorī debēt deferre fraterno: ut qui dissimulare deberes: etiam si quid forsitan nō probares: ne fraternis derogares statutis: & nunc teneas quod & fidei tuæ & germanitatis necessitudini iudicas cōuenire.

Sancti Ambrosij ad Valentinianū imperatorem: recusantis certare cum Auxen-
tio arriano in consistorio imperatore iudicaturō: ex eo q̄ in causa fidei episcopi de
laicis in ecclesia: & nō laici de episcopis in cōsistorio debeāt iudicare: Eplā. XXXII.

Lemētissimo imperatori & beatissimo augusto Valentiniano: Ambrosius
episcopus. Dalmatius me tribun⁹ & notarius mandato: ut allegauit: cle-
mentiaē cōuenit tuā: postulan⁹ ut & ipse iudices legerē sicut elegisset Au-
xenti⁹: Nec tñ expressit eorū noīa qui fuerant postulati: sed id addidit q̄
in cōsistorio esset futura certatio arbitro pietatis iudicio tuā. Cui rei respōdeo: ut
arbitror: cōpetenter. Nec quisq̄ cōtumacē iudicare me debet cū hoc asseram quod
augustā memoriaē pater tuus nō solum sermone respondit: sed etiā legibus suis san-
xit: in causa fidei uel ecclesiastici alicuius ordinis eū iudicare debere: qui nec mune-
re impar sit nec iure dissimilis. Hæc enim uerba rescripti sunt: hoc est sacerdotes de
sacerdotibus uoluit iudicare. Quinetiā si alias quoq̄ argueretur episcopus: & mo-
rum esset examinanda causa: etiam hanc uoluit ad episcopale iudicium pertinere.
Quis igitur cōtumaciter respondit clementiaē tuā: Ille qui te patri simile esse desi-
derat: an qui uult esse dissimilē? Nisi forte uilis quibusdam tanti imperatoris existi-
matur sententia: cuius & fides cōfessionis constantia cōprobata est: & sapiētia meli-
orata reipublicā profectib⁹ prædicatur. Quādo audisti clementissime imperator
in causa fidei laicos de episcopo iudicasse: Ita ergo quadā adulatione curuamur: ut
sacerdotalis iuris simus imemores: & q̄ deus donauit mihi: hoc ipse alijs putem es-
se credēdum? Si docendus est episcopus a laico: quid sequatur: laicus ergo dispu-
tet: & episcopus audiat: episcopus discat a laico? At certe si uel scripturāq̄ seriem
diuinarū uel uetera tēpora retractem⁹: quis est qui abnuat in causa fidei: in causa in-
quā fidei episcopos solere de imperatorib⁹ christianis: nō imperatores de episcopis
iudicare? Eris deo fauente etiā senectutis maturitate puectior: & tunc de hoc cō-
sebis qualis ille episcop⁹ sit qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus deo fa-
uente uir maturioris æui dicebat: Nō est meū iudicare inter episcopos: tua nunc di-
cit clemētia: Ego debeo iudicare? Et ille baptigatus in christo inuicibilē se ponderi tā-
ti putabat esse iudicij: clemētia tua cui adhuc emerenda baptismatis sacramenta ser-
uantur: arrogat de fide iudiciū: cum fidei ipsius sacramēta nō nouerit? Quales au-
tem elegerit iudices: possumus existimationi relinquere: quādo eorū nomina timet
p̄dere. Veniant plane si qui sunt ad ecclesiā: audiant cū populo: nō ut quisq̄ iudex
residat: sed unusquisq̄ de suo affectu habeat examē: eligat quē sequatur. Agit de
istius ecclesiæ sacerdote: si audierit illum populus: & putauerit melius disputare: se-
quatur fidem eius nō inuidebo. Omitto quia iam ipse populus iudicauit: taceo quia
eum quē habet de patre tuā clemētia: postulauit: taceo quia pater pietatis tuā qui-
eternam futuram spopōdit: si electus susciperet sacerdotium. Hanc fidem secutus sum
promissorum. Quasi de aliquorum peregrinorum assentatione se iactat: ibi sit episco-
pus: unde sunt ij qui eum episcopatus putant nomine esse donandū. Nam ego nec
episcopū noui nec unde sit scio. Vbi illud constituimus imperator q̄ iam ipse tu-
um iudicium declarasti. Immo etiā dedisti leges: ne cui esset liberum aliud iudicare.
Q̄ cū præscripsisti alijs: præscripsisti & tibi. Leges em̄ imperator fert quas primus
ipse custodiat. Visne igitur experiar: ut incipiant ij qui iudices eliguntur: aut ad-
uersus tuam uenire sententiā: aut certe excusare q̄ imperatoris tam se uero & tam
districto imperio nō potuerint obuiare? Sed hoc cōtumacis nō modesti est sacerdo-
tis. Ecce imperator legē tuam iam ex parte rescindis: sed utinam nō ex parte sed
in uniuersum. Legem em̄ tuam nollem esse supra dei legē. Dei lex nos docuit quid
sequamur: humanæ leges hoc docere non possunt. Extorquere solent timidis com-
mutationē: fidem inspirare nō possunt. Quis erit igitur ille qui cū legat per tot p̄uin-
cias uno momento esse mandatū: ut quicūq̄ obuiauerit imperatori: feriatur gladio:
quicūq̄ e dei templum nō tradiderit: p̄tinus occidatur? Quis in quā est qui possit
uel unus uel inter paucos dicere imperatori: lex tua mihi nō p̄bat? Nō p̄mittit hoc

dicere sacerdotibus: permittit laicis: Et iudicabit de fide qui aut gratiam sperat aut metuit offensam. Deinde ipse committam ut eligam iudices laicos: qui cum tenuerint fidei ueritatem: aut prescribant: aut necentur: quod lex de fide lata decernit. Ego igitur aut prauaricationi offeram homines: aut poenam. Non tanti est Ambrosius: ut propter se deiciat sacerdotium. Non tanti est unius uita: quam est dignitas omnium sacerdotum: quorum de consilio ista dictaui: intimantibus ne forte etiam gentilis esset aliquis aut iudaeus: qui ab Auxentio esset electus: quibus traderemus de christo triumphum: si de christo iudicium committeremus. Quid illos aliud nisi christi iniuriam audire delectat. Quid illis aliud potest placere: nisi quod absit: ut christi diuinitas denegetur. Cum is plane bene conuenit arriano qui creaturam christum dicit: quod etiam gentiles ac iudaei promptissime confitentur. Hoc scriptum est in ariminensi synodo: Meritoque concilium illud exhorreo: sequens tractatum concilium nicenum: a quo me nec mors nec gladius poterit separare. Quam fidem etiam parens clementiae tuae Theodosius beatissimus imperator & sequitur & probauit. Hanc fidem galliae tenent: hanc hispaniae: & cum pia diuini spiritus confessione custodiunt. Si tractandum est: tractare in ecclesia didici: quod maiores fecerunt mei: si conferendum de fide: sacerdotum debet esse ista collatio: sicut factum est sub Constantino augustae memoriae principe: qui nullas leges ante praemisit: sed liberum dedit iudicium sacerdotibus. Factum est etiam sub Constantio augustae memoriae imperatore paterna dignitatis haerede: sed quod bene coepit: aliter consummatum est. Nam episcopi sinceram primo scripserant fidem: sed dum uolunt quidam de fide intra palatium iudicare: id egerunt: ut circumscriptionibus illa episcoporum iudicia mutarentur. Qui tamen inflexam statim reuocare sententiam. Et certe maior numerus arimini niceni concilium fidem probauit: arriana decreta danauit. Si ad synodum puocat Auxentius: ut de fide disputet: licet non sit necesse propter unum tot episcopos fatigari: qui etiam si angelus de caelo esset: paci ecclesiarum non deberet praeferrere: cum audiero synodum congregari: & ipse non deero. Tolle igitur legem: si uis esse certamen. Venissem imperator ad consistorium clementiae tuae: ut haec coram suggererem: si me uel episcopi uel populus permisissent dicentes de fide in ecclesia coram populo debere tractari. Atque utinam imperator non denuncias: ut quo uelle pergerem. Quotidie precibus: nemo me asseruabat. Debuisse me quo uolueras destinare: quem ipse omnibus offerere. Nunc mihi a sacerdotibus dicitur: non multum interest utrum uolens relinquant an tradas altare christi. Cum enim reliqueris trades. Atque utinam liquido mihi pateret: quod arrianis ecclesia minime traderetur: sponte me offerre tuae pietatis arbitrio. Sed si ego solus interstrepo: cur etiam de alijs omnibus inuadendis ecclesijs est praecipuum. Utinam confirmetur: ut ecclesijs nullus molestus sit: opto ut de me: qualis uideatur: sententia proferatur. Dignanter igitur imperator accipe quod ad consistorium uenire non potui. Ego in consistorio nisi pro te stare non didici: & intra palatium certare non possum: qui palatii secreta nec quaero nec noui. Ego Ambrosius episcopus hunc libellum obtuli clementissimo imperatori & beatissimo augusto Valentiniano.

Sancti Ambrosij in Auxentium de basilicis tradendis: inuehens: suosque ad constantiam atque tolerantiam exhortans: Oratio.

u Ideo uos praeter solitum subito esse turbatos atque asseruantes mei. Miror quod hoc fit: nisi forte quia per tribunos me uidistis: aut audistis imperiali mandato esse conuentum: ut quo uellem abirem hinc: & si qui uellent: sequendi potestate haberent. Metuistis ergo ne ecclesiam desererem: & dum saluti meae timeo: uos relinquerem. Sed quid & ipse madauerim potuistis aduertere: deserendam ecclesiam mihi uoluntate subesse non posse: quia plus dominum mundi quam saeculi huius imperatorem timeo. Sane si me uis aliquis abduceret ab ecclesia carne mea exturbari posse non mentem. Paratum me esse ut si ille faceret quod solet esse regiae potestatis: ego subirem quod sacerdotis esse consuevit. Quid ergo turbamini. Volens nunquam ius deseram: coactus repugnare non noui. Dolere potero: potero flere: potero gemere: aduersus arma milites gotthos quoque lacrymae meae arma sunt. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec de-

beo nec possum resistere. Fugere autē & relinquere ecclesiā nō soleo: ne quis grauior
 ris pœnæ metu factum interpretet. Scitis & uos ipsi: q̄ imperatorib⁹ soleā deferre:
 nō cedere: supplicijs me libeter offerre: nec metuere quæ parant. Vtinā essem secu-
 rus q̄ ecclesia hæreticis minime traderet. Ad palatiū imperatoris irem libenter: si
 hoc cōgrueret sacerdotis officio: ut in palatio magis certare q̄ in ecclesia: Sed in cōsi-
 storio nō reus solet christus esse sed iudex. Causam fidei in ecclesia agendā quis ab-
 nuat? Si quis confidit: huc ueniat: inclinatū iam uel imperatoris iudiciū: qđ lata lege
 patefecit: quo impugnat fidē: uel sperata ambientū quorūdam studia nō requirat.
 Nō cōmitto ut quisq̄ uendat iniuriā christi. Circūfusi milites: armorū crepitus: qui-
 bus uallata ē ecclesia: fidē nō terrēt meā: sed mentē exagitāt. Nedū me tenetis: pni-
 ciosum aliquid uestræ oboriatur saluti. Ego em̄ iam didici nō timere: sed uobis time-
 re plus coepi. Sinite quæso uestrū sacerdotē cōgredi: habemus aduersariū qui laces-
 sit. Aduersarius em̄ noster diabolus sicut leo rugiens circuit quæres quē deuoret: ut
 1. Petri. 5. Apostolus dixit. Accepit sine dubio: accepit (nō fallimur sed admonemur) tētan-
 di huiusmodi potestātē: ne forte corporis mei uulnerib⁹ possim a fidei intētionē re-
 uocari. Legitis & uos q̄a multis alijs tētauit sanctū Iob diabolus: ad postremū pote-
 statē huiusmodi petijt & accepit: ut tētaret corpus eius qđ pfudit ulceribus. Cū es-
 set ppositū: ut ecclesiæ uasa iam traderem⁹: hoc respōsi reddidi: Me si de meis aliqd
 2. Job. 1. et. 2. posceretur: aut fundus aut domus aut aurū aut argentū: id qđ mei iuris esset: libeter
 offerre: templo dei nihil posse decerpere: nec tradere illud qđ custodiendū nō tra-
 dendū acceperim. Deinde cōsulere me etiā imperatoris saluti: q̄a nec mihi expedi-
 ret tradere: nec illi accipere. Accipiat em̄ uocē liberi sacerdotis si uult sibi esse cōsul-
 tum: recedat a christi iniuria. Hæc plena humilitatis sunt: & ut arbitror: plena affe-
 ctus eius: quē iperatori debet sacerdos. Sed q̄a lucta nobis est: nō solū aduersus car-
 nē & sanguinē: sed etiā (qđ graui⁹ est) aduersus spūalia nequiciæ quæ sūt i cælestib⁹:
 2. Ep̄. 6. tētator ille diabolus p ministros suos certamē auget: uulnerib⁹ corporis mei experi-
 endū arbitrat. Scio fratres uulnera hæc quæ p christo excipimus: nō eē uulnera q̄
 bus uita amittit sed propagatur. Sinite quæso esse certamen: spectatores uos esse
 decet. Cōsiderate q̄a si quem habet ciuitas uel athletā uel alteri⁹ nobilis artis peri-
 tum: optat offerre certamini: Cur in maiorib⁹ rebus repudiatis: quod uel in minori-
 bus uelle cōsuestitis: Nō metuit arma: nō barbaros: qui mortē nō timet: qui nulla car-
 nis uoluntate retinet. Certe si domin⁹ huic nos certamini deputauit: frustra puig-
 les tot noctibus & diebus custodias exhibetis. Implebit christi uolūtas. Omnipotes
 em̄ noster est domin⁹ Iesus: hæc est fides nostra: Et ideo qđ fieri mādat implebitur:
 2. Luc. 19. nec cōuenit uos diuinæ obuiare sententiæ. Audistis qđ hodie lectū sit: Pullū sibi asi-
 næ: saluator p apostolos iussit adduci: mādauitq̄ ut si quis resisteret: diceret: Domi-
 nus operā eius desiderat. Quid si & nunc pullū istū asinæ: hoc est animalis qđ gra-
 1. Matt. 11. uem sarcinā portare consueuit: sicut est hūana conditio cui dicit: Venite ad me oēs
 qui laboratis & onerati estis: & ego uos reficiā: tollite iugū meū q̄a leue est: Quid si
 inquā pullū istum ad se modo iussit adduci: missis apostolis: illis qui iā exuti corpore
 incōprehensibilem oculis nostris angelorū speciem gerunt: Nōne si ab aliquo. resi-
 stat: dicent: Domin⁹ operā eius desiderat: Si resistat uel uitæ huius cupiditas: si resi-
 stat caro & sanguis: si resistat cōuersatio corporalī: q̄a aliquib⁹ forsitā grati uidemur:
 1. Iob. 1. sed qui nos hic diligit: multo ampli⁹ diliget: si sinat fieri hostiā christi. Quia dissolui &
 cū christo esse multo meli⁹. Et si manere in carne: magis necessariū ppter uos. Ni-
 hil est ergo q̄ uereamini fratres dilectissimi. Scio em̄ quia quicquid passus fuero: pro
 christo patiar. Et legi q̄ eos timere nō debeam qui possunt carnē occidere. Et audi-
 1. Matt. 10. ui dicentē: Qui pdiderit animā suam ppter me: inueniet eā. Ergo si uult domin⁹: cer-
 tū est qđ nullus obstat. Q̄ si adhuc nra differt certamina: quid ueremini? Seruum
 christi nō custodia corporalī: sed dñi puidētia sepire cōsueuit. Turbati estis q̄a
 apertas repperistis geminas fores: quas captus oculis quidā dum hospitū propriū
 repetit: patefecisse memoratur. In quo cognoscite q̄ nihil suffrageat humana custo-

dia. Ecce unus qui uidēdi munus amisit: soluit uestra uniuersa munimina: & custodi-
 as lusit: Dominus autē suæ misericordiæ custodiā nō amisit. Nōne ante biduum: ut
 meministis: etiā illud repertū est: q̄ a parte leua basilicæ ingressus quidā peruius fuit:
 quē putabatis clausum esse atq; munitū: Sepserūt nempe armati basilicam: explora-
 bant hos atq; illos aditus: cæcitate pfusi sunt: ut quod apertū erat: uidere nō possent.
 Itaq; p̄ plurimas noctes q̄ apertū fuerit: nō ignoratis. Desinite ergo sollicitari: quia
 hoc erit qđ christus iubet: & hoc esse expedit. Deniq; exempla uobis legis p̄ferā.
 Helisæus quærebat a rege syriæ: missus erat exercitus qui eū caperet: circūuallatus
 erat undiq;: cœpit timere eius seruuulus q̄a seruuulus erat: hoc est nō erat liberæ men- 4. Regi. 6.
 tis & liberæ potestatis: Petiuit aperiri eius oculos sanctus p̄pheta & ait: Respice &
 uide: quāto plures sint p̄ nobis q̄ contra nos. Et respexit & uidit angelorū milia. Ad-
 uertitis igit̄ q̄ seruuulos christi ij magis custodiāt qui nō uident q̄ qui uident. Sed &
 illi si custodiūt: uestris custodiunt orationib; aduocati. Legistis nempe eos ipsos qui
 Helisæum quærebāt: ingressos esse samariā ad eū ipsum quem capere gestiebāt: cui
 nō solū non potuerūt nocere: sed ipsius aduersus quē uenerāt: intercessione seruati
 sunt. Petrus quoq; apostolus utriusq; rei uobis edat exemplū. Nam ubi eū herodes Act. 12.
 quæsiuit & cœpit: recepit in carcere. Non em̄ recesserat dei seruuulus: sed steterat ti-
 moris ignarus. Orabat p̄ eo ecclesia: sed apostolus in carcere quiescebat: qđ est indici-
 um nō timētis. Missus est angelus qui dormientē excitaret: p̄ quē Petrus p̄ductus e-
 carcere: mortē ad tēpus euasit. Idem Petrus postea uictō Simone cū præcepta dei
 populo seminare: doceret castimoniam: Excitauit animos gentiliū: quib; eum quære-
 tib; christianæ animæ dep̄catæ sunt ut paulisper cederet. Et quis esset cupidus pas-
 sionis: tamē cōtemplatiōe populi precātis inflexus est. Rogabat em̄ ut ad instituen-
 dū & cōfirmandū populū se reseruaret. Quid multa: Noctē muro egredi cœpit: &
 uidens sibi in porta christū occurrere urbemq; ingredi: ait: Domine quo uenis: Re-
 spondit christus: Venio iterū crucifigi. Intellexit Petrus ad suā crucem diuinū ptine-
 re responsum. Christus em̄ nō poterat iterum crucifigi: qui carnē passione susceptæ
 mortis exuerat. Quē em̄ mortuus est: mortuus est semel: q̄ autem uiuit uiuit deo. Intel-
 lexit ergo Petrus q̄ iterū christus crucifigēdus esset in seruuulo. Itaq; spōte remeauit
 interrogantib; christianis respōsum reddidit: statimq; correptus: p̄ crucē suā honori-
 ficauit dominū Iesum. Videtis igit̄ q̄ in seruuulis suis pati uelit christus. Quid si & hu-
 ic seruuulo dicit: Illū uolo sic manere: tu autē me seq̄re: Et de hac arbore gustare uult
 fructum: Nā si illius cib; erat: ut faceret uoluntatē patris: idē cibus illi; est ut nostris
 passionibus epule. Nōne ut de ipso dño sumam; exemplū: qñ uoluit passus est: &
 cū quærere; inuētus est: Quādo autē hora nō uenerat passionis: p̄ mediū quærentiū
 trāsibat: & uidētes eum tenere nō poterant. Quo utiq; euidenter ostēdit: quia quā-
 do dominus uult: unusquisq; inuenit & capitur. Quādo autē differt: etiā si quærenti-
 um manibus occurrat & oculis nō tenetur. Ego ipse nō quotidie uel uisitadi gratia
 prodibam uel p̄gebam ad martyres: Non regiā palatij prætexebā eūdo atq; rede-
 undo: Et tamen nemo me tenuit: cū exturbandi me haberent: ut prodiderunt po-
 stea: uoluntatē: dicentes: exi de ciuitate: & uade quo uis. Expectabam fateor ma-
 gnum aliquid: aut gladiū p̄ christi nomine: aut incendiū. At illi delicias mihi pro pas-
 sionibus obtulerūt: sed athleta christi non delicias sed passiones suas exigit. Ne-
 mo ergo uos turbet: qđ aut carrum præparauerant: aut dura: ut uidebatur sibi: Au-
 xentij ipsius qui se dicit episcopum: ore iactata. Plærique narrabāt percussores præ-
 missos pœnam mortis esse decretam: nec illa timeo: & ista nō desero. Quo enim
 abibo: ubi nō omnia plena gemitus sint atq; lachrymarum: quando per ecclesias iu-
 bentur ei; catholicici sacerdotes: resistētes gladio feriri: curiales p̄scribi omnes: nisi
 mandatū impleuerint: Et hæc episcopi manu scripta & ore dictata: qui se ut p̄baret
 doctissimū: uetus nō omisit exemplū. Legimus em̄ in p̄pheta q̄ uiderit falcē uolan-
 tem. Hanc imitatus Auxentius gladium uolantē p̄ omnes urbes direxit. Et Satanas 2. Cor. 11.
 transfiguratur se in angelū lucis: & in malū imitatur eius potentiā. Tu dñe iesu uno

momento mundū redemisti: Auxenti⁹ uno momēto tot populos qđ in ipso est: trucidabit: alios gladio: alio sacrilegio. Meā basilicā petit cruento ore: sanguinolentis manib⁹: Cui bene præsens respondit lectio: Peccatori autē dixit deus: Quare tu enarras iusticias meas: id est: nō cōuenit paci & furori: nō cōuenit christo & belial. Ministris etiā qđ lectum est hodie: Nabuthe sanctū uirū possessorem uineæ suæ interpellatū petitione regia: ut uineam suā daret: ubi rex succisis uitibus olus uile sereret: eūq; respondisse: Absit ut ego patrū meorum tradā hæreditatē. Regē cōtristatū esse qđ sibi esset alienū ius relatione iusta negatū: sed muliebri consilio deceptum. Nabuthe uites suas uel pprio cruore defendit. Si ille uineam nō tradidit suā: nos trademus ecclesiam christi. Quid igitur a me responsum est cōtumaciter: Dixi em̄ cōuentus: Absit a me ut tradam christi hæreditatē. Si ille patrū hæreditatē nō tradidit: ego tradam christi hæreditatē. Sed & hoc addidi: Absit ut tradā hæreditatē patrū: hoc est hæreditatē Dionysij qui in exilio in causa fidei defunctus est: hæreditatē Eustorgij confessoris: hæreditatē Myroclis: atq; omniū retro fidelīū episcoporum. Respondi ego qđ sacerdotis est: qđ imperatoris est faciat imperator. Pri⁹ est ut animā mibi quā fidem auferat. Ac cui tradā præsens lectio euāgelij docere nos debet: quid petatur: a quib⁹ petatur. Audistis nepe legi qđ cū christ⁹ sup pullum alienā sederet: clamabāt pueruli: & moleste ferebāt iudæi. Deniq; interpellauerūt dominū Iesum dicētes: ut faceret eos tacere: respōdit: Si hi tacebūt: lapides clamabūt. Deinde ingressus templū eiecit nūmularios & cathedras & colūbas uendētes in templo dei. Lectio nempe ista nulla nostra dispositione recitata est: sed casu: quæ præsens uerbis bene aptat temporib⁹. Semp ergo christi laudes uerba pfidorum sunt. Et nunc cū laudat christus: dicunt hæretici quia seditio cōmouetur: dicunt hæretici quia his mors paratur: & uere mortē habent in laudib⁹ christi: Quō em̄ laudes eius ferre possunt: cui⁹ infirmitatē prædicāt: Itaq; & hodie cū laudatur christus: arrianorum amentia uerberat. Geraseni præsentia christi ferre non poterant: isti peiores gerasenis nec laudationē christi sustinere possunt. Vident pueros christi gloriā continent: quia scriptū est: Ex ore infantīū & lactentiū pfcisti laudē: irrident istā aetūlam fidei plenā: cū dicunt: Ecce quid clamāt: Sed respōdit ihs christus: Si hi tacerint: lapides clamabūt: hoc est fortiores clamabunt: clamabūt & iuuenes: clamabūt & maturiores: clamabunt & senes: isti lapides ad illū iam solidati lapidē: de quo scriptū est: Lapidem quē reprobauerūt ædificantes: hic factus est in caput anguli. His igitur laudationib⁹ inuitatus templū suū christ⁹ ingredit: & flagellū prehendit: & eiecit de templo nūmularios. Nō patitur em̄ in suo templo pecuniæ esse uernaculos: nō patitur in suo templo esse eos qui uēdant cathedras. Quid sunt cathedræ: nisi honores: Quid sunt colūbæ: nisi simplices mentes uelamine fidē candidā & purā sequentes. Ego ergo inducā in templū quē christus excludit: lubet em̄ exire qui dignitates uēdit & honores. lubet em̄ exire qui uēdere uult simplices mentes fidelīū. Ergo Auxentius eiecit: mercurinus excludit. Vnū portetiū est: & duo noia. Etem ne cognosceretur quis esset: mutauit sibi uocabulū: ut quæ hic fuerat Auxētius ep̄s arrianus: ad decipiendā plebē quā ille tenuerat: se uocaret mercurinū. Mutauit ergo uocabulū sed pfidiam nō mutauit. Exiit lupū & induit lupum. Nihil pdest qđ mutauit nomen: quid sit agnoscit. Alius in scythiæ partibus dicebat: alius hic uocat: noia p regionibus habet. Habet ergo iam duo noia: & si hinc alio prexerit: habebit & tertiū. Quō em̄ patietur: ut maneat ei uocabulū ad tanti sceleris indicium. Minora fecit iu scythia & ita erubuit ut mutaret uocabulū: sceleratiora hic ausus est: & uolet quocunq; prexerit: noie suo p di tantorū populorū sanguinē. Manu sua scribet & poterit consistere animo. Paucos excludebat dñs Iesus de templo suo: Auxenti⁹ nullum reliquit. De templo suo Iesus flagello eiecit: Auxētius gladio. Iesus flagello: Mercurin⁹ securi. Pius dñs flagello exturbat sacrilegos: nequā psequitur pios ferro. De quo bñ dixistis hodie: Leges suas secū ferat. Feret etiā si nolit: feret cōsciētā suā. Et si nō fert chartulā: feret sanguine inscriptā animā suā: & si atramēto inscriptā epistolā nō feret:

Scripta est iuda culpa tua graphio ferreo & ungue adamantino: & scripta i pectore tuo: hoc est ibi scripta unde processit. Is mihi etiā audet mentionē facere tractandi: plen⁹ sanguinis: plen⁹ cruoris: Qui quos nō potuerit sermone decipere: eos gladio putat esse feriendos. Cruentas leges ore dictās: manu scribens: & putās q̄ lex fidē possit hominib⁹ imperare. Nō audiuit & id qd̄ hodie dictum est: Qm̄ nō iustificat homo ex operib⁹ legis: Aut: Per legē legi mortuus sum ut deo uiuā: Id est p̄ legem spiritualē interptatione legis est mortu⁹ corporali: Et nos p̄ legē dñi nostri Iesu Christi moriamur huic legi: quæ sancit decreta p̄fidia. Nō lex ecclesiam cōgregauit sed fides christi. Lex em̄ nō est ex fide: iustus aut̄ ex fide uiuit. Iustū ergo fides nō lex facit: quia nō est p̄ legem iusticia sed p̄ fidē christi. Qui autē fidem repudiat: & legis iura præscribit: ipse se testat̄ iniustū: quia iustus ex fide uiuit. Hanc ergo legē quisq̄ sequat̄ qua firmat̄ ariminēse cōciliū: in q̄ creatura dict⁹ est christ⁹: Sed aiūt: Misit de⁹ filiū suum factū ex muliere: factū sub lege: Ergo factū legunt: hoc est creatū. Nōne hoc ipsum cōsiderant qd̄ p̄posuerūt: quia fact⁹ dicit̄ christ⁹: sed ex muliere: hoc est fm̄ partū uirginis fact⁹ est: qui fm̄ diuinā generationē ex patre natus est: Legerunt & hodie: quia christ⁹ nos redemit de maledictō legis factus p̄ nobis maledictū. Nunquid maledictū christus fm̄ diuinitatē est? Sed quare maledictū dicat̄: Apostolus te docet dicēs: quia scriptū est: Maledictus ois qui p̄det in ligno. Hoc est qui in carne sua nostram carnē: in suo corpore nostras infirmitates: & nostra maledicta suscepit ut crucifigeret. Nō em̄ ille maledictus: sed in te maledict⁹. Denique habes alibi: Qui peccatū nō cognouit sed p̄ nobis peccatū fact⁹ est: q̄a nostra peccata suscepit: ut sacramento suæ passionis aboleret. Hæc ego fratres corā ipso apud uos plenius disputarē: sed cert⁹ nō ignaros uos esse fidei: uestrū refugit examē: & gentiles quosdam quattuor aut quinq; ferme hoies eligit cognitores sibi: si tñ aliquos elegit: quos uellē adesse in cœtu omnium: nō ut de christo iudicent: sed ut maiestātē audiāt christi: Tamē illi iam de Auxentiō p̄nūciauerūt cui tractāti quotidie nō crediderūt: Quæ maior eius cōdemnatio q̄ q̄ sine aduersario apud iudices suos uict⁹ est? Ergo & iporum sententiā cōtra Auxentiū iā tenemus: & q̄ gentes elegit: iure dānandus est: quia apostoli præcepta dimisit: cū Apostol⁹ dicat: Audet aliquis uestrū aduersus alterū habens negociū: iudicari apud iniquos & nō apud sanctos: Aut nescitis qm̄ sancti de hoc mundo iudicabūt: Et infra ait: Sic nō est inter uos sapiens quisq̄ qui possit iudicare inter fratres: sed frater cum fratre iudicio cōtendit & hoc apud infideles? Videt quia qd̄ ille obtulit: cōtra auctoritatē Apostoli sit: Vos eligit: utrū Auxentiū an Paulū sequi debeamus magistrū. Sed quid dicā de Apostolo: cū ipse dominus clamet p̄ p̄phetā: Audite me populus me⁹ qui scitis iudiciū: quoz̄ in corde lex mea est: Deus dicit: Audite me populus me⁹ qui scitis iudiciū: Auxenti⁹ dicit: Nescitis iudiciū. Videtis quia iā deum contēnit in uobis: qui sententiā cælestis refutat oraculi. Audite me inquit popul⁹ meus: dicit dñs. Nō dicit audite gentes: nō dicit audite iudæi. Iam em̄ nō populus dei qui fuerat: populus erroris est factus. Et q̄ populus erroris erat: popul⁹ dei esse cœpit: quia in christū credidit. Iste ergo popul⁹ iudicat cuius in corde lex diuina est nō hūana: lex nō atramēto scripta sed spiritu dei uiuū: Nō in charta exarata sed in corde signata lex gratiæ nō cruoris. Quis igitur uobis iniuriam facit: qui recusat uestrā an qui eligit audientia: Cōclusus undiq; ad uersutiā patrum suoz̄ cōfugit: de imperatore uult inuidiā cōmouere: dicens iudicare debere adolescentē cathecuminū: sacrae electionis ignarū: & in cōsistorio iudicare. Quasi uero supiore anno qm̄ ad palatium sum petitus: cū præsentib⁹ primatib⁹ ante cōsistoriū tractaret: cū imperator basilicā uellet eripere: ego tunc aulae cōtemplatōe regalibus infractus sim: constantiā nō tenuerim sacerdotis: aut iminuto iure discesserim. Nōne meminerūt q̄ ubi me cognouit popul⁹ palatiū petisse: ita irruit: ut uim eius ferre nō possent: qm̄ comiti militari cū expeditis ad fugandā multitudinē egresso obtulerunt omnes se neci p̄ fide christi: Nō tunc rogatus sū ut populū multo sermone mulcerē: Sponderē fidē q̄ basilicam ecclesiæ nullus inuaderet: Et cum p̄ benefici

Ibiere. 17.

Gal. 2.

Ibidē.

Ro. 1.

Gal. 4.

Gal. 3.

Ibidem.
Deut. 21.

2. Cor. 5.

1. Cor. 6.

Esa. 51.

2. Cor. 5.

- cio meū sit officiū postulatū: tñ q̄ populus ad palatiū uenisset: mibi inuidia cōmota
 est. In hanc igiē inuidiā me redire desiderant: reuocauī populū: & tamē inuidiā non
 euasi: quā quidē inuidiā ego temperandā arbitror: nō timendā. Quid em̄ timeam?
 p̄ christi nomine: nisi forte illud mouere me debet qđ aiunt: ergo nō debet impera
 tor unam basilicā accipere ad quā p̄cedat: & plus uult Ambrosius posse q̄ impera
 tor: ut imperatori p̄ deūdi facultatē neget. Qđ cū dicunt: apprehendere sermones
 nostros gestiunt: sicut iudæi qui christū uersuto sermone tētabant dicentes: Magi
 ster licet tributū dare cæsari aut nō? Semp̄ ne de cæsare seruulis dei inuidia cōmo
 uetur: Et hoc ad calumniā sibi arcessit impietas: ut imperiale nomē obtendat: Et isti
 possunt dicere q̄ eorū nō habeant sacrilegiū quoz̄ imitant magisteriū: Et tamen ui
 dete quāto peiores arriani sunt q̄ iudæi. Illi quærebant utrū soluendū putarēt cæsa
 ri ius tributū: isti imperatori uolunt dare ius ecclesiæ. Sed ut pfidi suū sequunt̄ auc
 torem: ita & nos quæ nos domin⁹ & auct̄or noster docuit respōdeamus. Conside
 rans em̄ Iesus dolū iudæorum dixit ad eos: Quid me tētatis? ostendite mibi denari
 um. Et cū dedissent dixit: Cuius imaginē habet & inscriptionē? Respondētes dixe
 runt: Cæsaris. Et ait illis Iesus: Reddite quæ sunt cæsaris cæsari: & quæ sunt dei deo.
 Ergo & ego dico illis qui mibi obijciunt: ostendite mibi denariū. Iesus cæsaris dena
 riū uidit & ait: Reddite cæsari quæ cæsaris sunt: & quæ dei sunt deo. Nūquid de ec
 clesiæ basilicis occupādis possunt denariū offerre cæsari? Sed in ecclesia unā imagi
 nē noui: hoc est imaginē dei inuisibilis: de qua dixit de⁹: Faciamus hominē ad imagi
 nem & similitudinē nostrā. Illam imaginē de qua scriptū est: Quia christus splendor
 gloriæ & imago substātiæ eius. In ista imagine patrē cerno: sicut dixit ipse dñs Iesus:
 Qui me uidet uidet & patrē. Nō em̄ hæc imago a patrē est separata: quæ unitatem
 me docuit trinitatis dicens: Ego & pater unū sumus. Et infra: Omnia quæcūq; habet
 pater mea sunt. Et de spiritulācto dicens: quia spiritus christi sit: & de christo acce
 pit: sicut scriptū est: Ille de meo accipiet & annūciabit uobis. Quid igiē nō humili
 ter respōsum a nobis est? Si tributū petit: nō negamus: agri ecclesiæ soluunt tribu
 tum. Si agros desiderat imperator: potestatē habet uendicandorū: nemo nostrū
 interuenit. Potest pauperib⁹ collatio populi redū dare. Nō faciunt de agris inuidi
 am: tollāt eos si libitū est. Imperatori nō dono: sed nō nego. Aurū quærūt: possum
 dicere: Argentū & aurū nō quæro: sed inuidiā faciunt: q̄a aurū erogāt: nec ego hanc
 inuidiā phorresco. Habeo ærarios. Aerarij mei pauperes christi sūt. Hunc noui cō
 gregare thesaurū. Vtinā hoc mibi semp̄ crimē ascribant: q̄a aurū pauperib⁹ erogāt.
 Qđ si obijciūt q̄ defensionē ab ijs requirā: non nego sed etiā ambio: habeo defen
 sionē sed in orationib⁹ pauperū. Cæci illi & claudi: debiles & senes: robustis bella
 toribus fortiores sunt. Deniq; munera pauperū deū obligant: quia scriptū est: Qui
 largiē pauperi: deo fœnerat: præsidia bellatorum diuinā læpe gratiā nō merentur.
 Hymnoz̄ quoq; meorū carminib⁹ deceptū populū ferūt. Plane ne hoc abnuo.
 Grande carmen istud est: quo nihil potētius. Quid em̄ potētius q̄ cōfessio trinitatis:
 quæ quotidie toti⁹ populi ore celebrat? Certatim oēs student fidē fateri: patrē & fi
 liū & spiritū sanctū norunt uersib⁹ prædicare. Facti sunt igiē omnes magistri qui uix
 poterāt esse discipuli. Quid igiē obaudiētius pōt esse q̄ ut christi sequamur exem
 plū: qui specie inuētus ut homo hūiliauit semetipsum factus obediēs usq; ad mortē:
 Deniq; oēs p̄ obedientiā liberauit. Sicut em̄ p̄ inobedientiā unius hominis: pecca
 tores cōstituti sunt plurimi: ita & p̄ unius obedientiā iusti cōstituent̄ multi. Si ergo
 ille obediēs: accipiant obediētiae magisteriū: cui nos inhæremus: dicētes ijs qui no
 bis de imperatore inuidiā faciunt: Soluimus quæ sunt cæsaris cæsari: & quæ sunt dei
 deo. Tributū cæsaris est: nō negatur. Ecclesia dei est: cæsari utiq; nō debet addici: q̄a
 ius cæsaris esse nō pōt dei templū. Qđ cum honorificētia imperatoris nemo dictū
 potest negare. Quid em̄ honorificētius q̄ ut imperator ecclesiæ fili⁹ esse dicat? Qđ
 cū dicit: sine peccato dicit: cū gratia dicitur. Imperator em̄ bonus intra ecclesiā: nō
 supra ecclesiā est. Bonus em̄ imperator quærūt auxiliū ecclesiæ: non refutat. Hæc ut

humiliter dicimus: ita cōstanter exponimus. Sed incēdia aliqui: gladiū: deportati-
onē minant. Didicimus christi seruuli nō timere: nō timētibus nunq̄ est grauis ter-
ror. Deniq̄ scriptū est: Sagittæ infantiū factæ sunt plagæ eorū. Satis igitur p̄posi- 1p̄s. 63.
tis responsum uideat. Nunc illos interrogo qđ saluator interrogauit: Baptismū lohā 2ucj. 20.
nis de cælo est an ex hominib⁹? Et nō potuerūt respondere ei iudæi. Si baptismum
lohānis nō soluerunt iudæi: Auxenti⁹ soluit baptismū christi? Nō em̄ istud ex homi-
nibus est baptismū: sed de cælo: qđ detulit nobis cōsiliū magni angel⁹ ut iustificemur
deo. Cur igit̄ rebaptigādos Auxentius fideles populos putat baptigatos in nomi- Ep̄b. 4.
ne trinitatis: cū Apostolus dicat: Vna fides: unū baptismū: Et se hominū dicit aduer-
sariū esse nō christi: cū consiliū dei spernat: & condēnet baptismū: & qđ christus no-
bis ad redimenda nostra peccata donauit?

Sancti Ambrosij ad Marcellinā sororē suā: referentis illi quid in causa de basilicis
tradēdis actum sit: & in quo statu res ipsa nunc cōsistat: Ep̄la. XXXIII.

Voniam omnib⁹ ep̄istolis fere sollicitē quæris de ecclesia: accipe quid agat.
q̄ Postridie q̄ accepi litteras tuas quib⁹ significaueras q̄ te exagitarent som-
nia tua: moles inquietudinū grauium cœpit moueri. Nec iam portiana: hoc
est extramurana basilica petebat: sed basilica noua: hoc est intramurana quæ ma-
ior est. Conuenerūt me primo principes uirtutū: uiri comites cōsistoriani: ut & ba-
silicā traderē: & procurarē ne quid populus turbarū moueret. Respondi qđ erat
ordinis: templū dei tradi a sacerdote nō posse. Acclamatū est sequēti die in eccle-
sia: etiā præfectus eo uenit: cœpit suadere uelut basilica portiana cederemus. Po-
pulus reclamauit. Ita tunc discessum est: ut intimatus se imperatori diceret sequē-
ti die. Erat autē dominica. Post lectiones atq̄ tractatū dimissis cathecuminis sym-
bolū aliquibus cōpetentibus in baptisterijs tradebā basilicā. Illic nunciatū est mihi
cōperto qđ ad portianā basilicam de palatio decanos misissent: & uela suspēderent:
populi partē eo p̄gere. Ego tñ mansi in munere: missam facere cœpi. Dū offero: ra-
ptum cognoui a populo Castellū quendā quē presbyter⁹ dicerent arriani. Hunc au-
tē in platea offenderāt transeūtes. Amarissime flere & orare in ipsa oblatione deū
cœpi: ut subueniret: nec huius sanguis in causa ecclesiæ fieret: certe ut me⁹ sanguis
p̄ salute nō solum populi sed etiā p̄ ipsis impijs effūderet. Quid multa: Missis pre-
sbyteris & diaconibus eripui iniuriæ uirū. Cōdemnationes ilico grauiissime decer-
nunt: primo in corpus omne mercatorū. Itaq̄ sanctis dieb⁹ hebdomatis ultimæ quib⁹
solebāt debitorū laxari uincula: stridunt catenæ: imponunt collo innocētū: exi-
gunt̄ ducenta pondo auri infra totū triduum. Respōdēt aliqui se tantū aut duplū
si peterēt duros: dūmodo seruarēt fidē. Erant pleni carceres negociatoribus.
Palatina oia officia: hoc est memoriales agētes in reb⁹: apparitores diuerforū comi-
tum tēperare a p̄cessu iubent̄ specie qua seditioni interesse p̄hibebant̄: honoratis
multa minabāt̄ grauiissima: nisi basilicā traderēt. Feruebat p̄secutio ac si aperuissent
portā: prupturi in omne facin⁹ uidebant̄. Cōuenior ipse a comitibus & tribunis:
ut basilicā fieret matura traditio: dicētibus imperatorē iure suo uti: eo qđ in ptate ei⁹
essent oia. Respondi si a me peteret qđ meū esset: id est fundū meū: argentū meū:
ius hmōi meū me non refragaturū: q̄q̄ omnia quæ mea sunt: essent pauperū: Verū
ea quæ diuina imperatoriæ ptati nō esse subiecta. Si patrimoniū petiē: inuadite: si
corpus: occurrā. Vultis in uincula raperē: uultis in mortē: uolūtati est mihi. Nō ego
me uallabo circūfusione populorū: nec altaria tenebo uitam obsecrās: sed p̄ altarib⁹
gratius imolabor. Horrebā quippe animo: cū armatos ad basilicā ecclesiæ occupā-
dam missos cognoscerē: ne dū basilicam uēdicāt: aliqua strages fieret: quæ in perni-
ciem totius uergeret ciuitatis. Orabam ne tātæ urbis uel toti⁹ italiae busto supuiue-
rem. Detestabar inuidiā fundendi cruoris: offerebā iugulum meū. Aderāt gotthi
tribuni: adoriebar eos dicēs: Propterea uos possessio romana suscepit: ut pturbatio-
nis publicæ uos præbeat̄ ministros: Quo transibitis: si hæc deleta fuerint? Exige-
bat a me: ut cōpescerē populū. Referebā in meo iure esse ut nō excitarem: in dei

manu ut mitigaret. Postremo si me in centorē putarent: iam in me uindicari oportere: uel abduci me in quas uellet terrarum solitudines. His dictis illi abierūt: ego in basilica ueteri totum exegi diē: inde domū cubitum me recepi: ut si quis abducere uellet: inueniret paratū. Ante lucē ubi pedem limine extuli: circūfuso milite occupatur basilica. Idē a militibus imperatori mādatū dicitur: ut si p̄dire uellet: haberet copiam: se tamē præsto futuros: si uiderēt eum cū catholicis conuenire. Alioquin se ad eum cœtum quē Ambrosius cogeret: transituros. Prodire de arrianis nullus audebat: quia nec quisq̄ de ciuib⁹ erat: pauci de familia regia: nōnulli etiā gotthi. Quibus ut olim plaustrō sedes erat: ita nunc plaustrū ecclesia est. Quocūq; fœmina ista p̄cesserit: secū suos omnes cœtus uehit. Circūfusam basilicā esse gemitu populi intellexi: sed dū leguntur lectiōnes: intimatur mihi plenā populi esse basilicam: etiā nouam maiore uideri plebē q̄ omnes cum eēt liberi lectore efflagitari. Quid plura? Milites ipsi q̄ uidebātur occupasse basilicā: cognito q̄ præcepissem ut abstinerētur a cōmunionis cōsortio: ad conuentū hunc nostrū uenire cœperūt. Quibus uisis turbantē mulierū animi: p̄ripit se una. Ipsi tamē milites se ad orationē uenisse nō ad prælium loquebantē. Clamauit aliqua populus: q̄ moderate q̄ cōstanter q̄ fideliter poscebat: ut ad illam p̄geremus basilicam. In illa quoq; basilica ferē q̄ populus præsentiā flagitabat meā. Tunc ego hunc adorsus sermonē sum: Audistis filij librum Iegit lob: qui solēni & munere est decursus: & tempore. Sciuit & usu hunc librū etiam diabolus intimidandū: quo uirtus omnis suæ tētationis aperit & proditur: Et ideo se hodie motu maiore cōcussit. Sed gratias deo nostro qui nos ita firmauit fide atq; patientia. Vnum lob miraturus ascenderā: omnes lob quos mirarer inueni. In singulis uobis lob reuixit: in singulis sancti illius patiētia & uirtus refulsit. Quid enim præsenti⁹ dici potuit a christianis uiris: q̄ id qd̄ hodie in uobis spiritus sanct⁹ ē locut⁹? Rogamus auguste: nō pugnamus. Non timemus sed rogam⁹. Hoc christianos decet: ut & tranquillitas pacis optet & fidei: ueritatisq; cōstantia: nec mortis reuocet periculo. Est em̄ præsul domin⁹ qui saluos faciet sperātes in se. Sed ueniamus ad p̄positas lectiōnes. Videtis diabolo tētandi licentiā dārī: ut boni p̄bētur. Inuidet inimicus bonis p̄fectibus: tētat diuersis modis: Tētauit sanctū lob in patrimonio: tētauit in filijs: tētauit in dolore corporis. Fortior in suo corpore tētatur: infirmior in alieno. Et mihi meas diuitias quas in uobis habeo: uolebat auferre: & hoc tranquillitatis uestræ patrimoniū dissipare cupiebat. Vos quoq; ipsos mihi bonos filios gestiebat eripere: p̄ quib⁹ ego quotidie instauro sacrificiū. Vos ruinis quibusdā publicæ p̄turbationis conabat inuoluere. Duo igit̄ iam genera tētationis excepi. Et fortasse quia infirmiorē me domin⁹ deus nouit: adhuc in corpus meū nō dedit potestatem. Et si ipse cupiā & si offeram: adhuc me fortasse huic certamini imparē iudicat: & diuersis exercet laboribus. Nec lob ab isto cœpit certamine: sed in hoc cōsummauit. Tentatus est autē lob nūcijs coaceruatis malorū: tētatus est etiā p̄ mulierē quæ ait: Dic aliquod uerbū in deū & morere. Videtis quāta subito moueant. Gotthi: arma: gentiles: multa mercatorū: pœna sanctorū. Aduertitis quid iubeat cū mādat: Trade basilicā. Hoc est: Dic aliquod uerbū in deū & morere. Nec solū dic aduersum deū: sed etiam fac aduersum deū. Mandat: trade altaria dei. Vrgemur igitur præceptis regalibus: sed cōfirmamur scripturæ sermonib⁹: quæ respōdit: Tanq̄ una ex insipientibus locuta es. Non mediocris igit̄ ista tētatio. Nāq; asperiores tētationes has esse cognouim⁹ quæ fiunt p̄ mulieres. Deniq; p̄ Euam etiā Adā supplātatus est: eoq; factū est: ut a mandatis cœlestib⁹ deuiaret. Quo errore cognito: præuaricatricis cōsciētia reus latere cupiebat: sed latere nō poterat: & ideo ait ei deus: Adā ubi es? Hoc est: quid eras anteq̄ ubi nūc esse cœpisti: ubi te cōstituerā: quo ipse trāsgressus es? Agnoscis esse te nudū: quia bonæ indumēta fidei p̄didisti. Folia sunt ista quibus nunc uelare te quæris. Repudiasti fructum: sub folijs legis latere cupis: sed p̄deris. Recedere a dño deo tuo p̄pter unā mulierē desiderasti: p̄pterea fugis quē uiderere quærebas. Cū una muliere te abscondere maluisti: relinquere speculū mūdi:

Job. 2.

Ibidem.

Gen. 3.

incolatū paradisi: gratiā christi. Quid dicā q̄ etiā Heliā legabel cruenta p̄secuta est? *3. Reg. 19.*
 q̄ Iohannē baptistā Herodias fecit occidi: Singulæ tñ singulos. Mibi quo minora *Matth. 14.*
 longe merita: eo tēta menta grauiora. Virt⁹ infirmior: sed plus piculi. Succēdūt sibi
 mulierū uices: alternant̄ odia: cōmentā uariant̄: seniores cōueniunt̄: prætexit̄ regis
 iniuria. Quæ ratio igit̄ est aduersus hunc uermiculū moliri grauiores tētatiōes: ni
 si quia nō me sed ecclesiā p̄sequunt̄? Mandat̄ deniq̄: Trade basilicā. Respōdeo.
 Nec mibi fas est tradere: nec tibi accipere imperator expedit. Domū priuati nullo
 potes iure temerare: domū dei existimas auferendā? Allegat̄: iperatori licere om
 nia: ipsi⁹ esse uniuersa. Respondeo. Noli te grauari iperator: ut putes te in ea quæ
 diuina sunt: imperiale aliq̄ ius habere. Noli te extollere: sed si uis diutius imperare:
 esto deo subditus: scriptū est: Quæ dei deo: quæ cæsaris cæsari. Ad imperatorē pala
 tia ptinent: ad sacerdotē ecclesiæ. Publicorū tibi moeniū ius cōmissum ē nō sacrorū. *Ibid. 22.*
 Iterū dicitur mandasse: debeo & ego unā basilicā habere. Respondi. Nō tibi licet
 illā habere. Quid tibi cū adultera? Adultera est em̄ quæ nō est legitimo christi cōiu
 gio copulata. Dū hæc tracto: suggestū est mibi cortinas regias esse collectas: Refer
 tam aut̄ populo basilicā præsentia mei poscere: statimq̄ eo cōuerti sermonē meū di
 cens: Q̄ alta & pfunda oracula sunt spūs sancti. Matutinis horis lectū est ut memini
 stis fratres qd̄ sūmo animi dolore respondem⁹: De⁹ uenerunt gētes in hæreditatem *Ps. 78.*
 tuā. Et reuera uenerūt gentes: & plus etiā q̄ gentes uenerūt. Venerūt em̄ gotthi &
 diuersarū nationū uiri: uenerunt cū armis: & circūfusi occupauerūt basilicam. Hoc
 nos ignari tuæ altitudinis dolebam⁹: sed nostra imprudentia aliud opinabat̄. Vene
 runt gētes: sed uere in hæreditatē tuā uenerunt. Qui em̄ gentes uenerūt: facti sunt
 christiani. Qui ad inuadendā hæreditatē uenerūt: facti sunt cohæredes dei. Defen
 sores habeo quos hostes putabā: socios teneo quos aduersarios existimabā. Com
 pletū est illud qd̄ de dño Iesu Dauid p̄pheta cecinit: Quia fact⁹ est in pace loc⁹ ei⁹: &
 cōfregit cornua arcuū: scutum & gladiū & bellū. Cui⁹ em̄ hoc munus: cui⁹ opus nisi *Ps. 79.*
 tuū dñe Iesu? Videbas ad templū tuū armatos uenire: hinc gemere populū & fre
 quentē adesse: ne basilica dei traderet̄. Inde uim militib⁹: imperatori: mortē añ ocu
 los mibi: ne qd̄ inter hæc furori liceret: inseruisti te dñe mediū & fecisti utraq̄ unū.
 Cōpescuisti armatos dicens p̄fecto: Si ad arma concurrēt: si in tēplo meo lis cōmo
 uetur: quæ utilitas in sanguine meo? Gratias itaq̄ tibi christe: nō legat⁹: neq̄ nūci⁹: *Ps. 29.*
 sed tu dñe saluū fecisti populū tuū: cōscidisti saccū meū: & præcinxisti me læticiam.
 Hæc ego dicebā mirat⁹ imperatoris animū: studio militū: obsecratiōe comitū: pre
 catu populi posse mitescere. Interea nūciat̄ mibi missum notariū qui mādata defer
 ret. Cōcessi paululū: mandatū itimat. Quid tibi uisum est inquit ut contra placitū fa
 ceres? Respōdi: Quid placitū sit ignoro: quid ue temere factū dicat̄: incertū habeo.
 Ait: Cur presbyteros ad basilicā destinaisti? Si tyrannus es: scire uolo: ut sciā quē ad
 modū me aduersum te præparē. Rettuli dicēs: me nihil in præiudiciū fecisse eccle
 siæ: eo tēpore quo audierā occupatā esse a militib⁹ basilicā: gemitū tm̄ modo liberio
 rē habuisse: Multisq̄ adhortatib⁹ ut eo p̄gerē dixisse: tradere basilicā nō possum: sed
 pugnare nō debeo. Postea uero q̄ cognouerim cortinas regias inde esse sublata: cū
 me populus eo ire deposceret: direxisse presbyteros: me tñ noluisse ire: sed dixisse:
 credo in christo q̄ ipse nobiscū faciet imperator: si hæc tyrānis uideret̄: habeo arma:
 sed in christi noie: habeo offerēdi mei corporis ptātem. Quid moraret̄ ferire: si ty
 rannū putaret: ueteri iure a sacerdotibus donata iperia nō usurpata. Et uulgo dicit̄: q̄
 iperatores sacerdotiū magis optauerint q̄ iperū sacerdotes: Christ⁹ fugit: ne rex fi
 eret. Habemus tyrannidē nostrā. Tyrānis sacerdotis infirmitas est. Cū infirmor in *Job. 6.*
 quit: tūc potēs sum. Cauere tñ ne ipse sibi tyrannū faceret: cui de⁹ aduersariū nō ex
 citauit. Nō hoc maximū dicere q̄ tyrānus ego sim Valētiniāni: qui se meæ legatiōis
 obiectū querit̄ ad italiā nō potuisse transire. Addidi q̄ nunq̄ sacerdotes tyrāni fue
 runt: sed tyrannos sæpe sunt passi. Exactus est totus ille dies in mœrore nostro: scif
 læ tñ ab illudētibus pueris cortinæ regię: ego domū redire nō potui: quia circūfusi *2. Cor. 12.*

erant milites: qui basilicā custodiebant: Cū fratribus psalmos in ecclesiā basilica minore diximus. Sequēti die lectus est de more liber Ionæ: quo cōpleto: hunc sermone adorsum sum. Liber lectus est fratres quo pphetat: q̄ peccatores in pœnitentiā reuertātur. Acceptū est ita ut speraret in præsenti futurū. Addidi q̄ uir iustus etiā offensā contrahere uoluisset: ne uel spectaret uel denūciaret excidium ciuitati: Et q̄ lugubre esset illud dictū: Contristatus quoq̄ sit q̄ aruisset cucurbita: Deum quoq̄ dixisse ad pphetā: Si tristis es p cucurbita: Respondisse Ionā: tristis: Dixisse dominū: Num si illud doleret q̄ exusta esset cucurbita: quomāgis sibi curā esse oportere tantæ plæbis salutē: Et ideo excidium qd̄ paratum toti urbi fuerat remouisse. Nec mora: nunciatur imperatorē iussisse ut recederēt milites de basilica: negociatoribus quoq̄ qd̄ exacti de condēnatione fuerant redderet. Quæ tunc plæbis totius læticia fuit: qui totius populi plausus: quæ gratias. Erat autē dies quo sese dominus p nobis tradidit: quo in ecclesia pœnitētia relaxatur. Certatim hoc nūciare milites: irruētes in altaria osculis significare pacis insigne. Tunc agnouit q̄ deus uermē antelucanum pcusserat: ut tota ciuitas seruaretur. Hæc gesta sunt: atq̄ utinā iam finita: sed grauiōres motus futuros plena cōmotionis imperialia uerba indicant. Ego tyrannus appellor: & plus etiā q̄ tyrannus. Nā cū imperatorē comites obsecrarēt uti p̄diret ad ecclesiā: idq̄ petitu militum facere se diceret: respōdit: Si uobis iusserit Ambrosius: uinctum me tradetis. Quid post hanc uocē sup̄sit considera. Quam uocē omnes cohorrerūt: sed habet a quib⁹ exasperet. Deniq̄ etiam speciali expressione Gallionus præpositus cubiculi mādare mihi ausus est. Me uiuo: tu cōtēnis Valētinianū: Caput tibi tollo. Respōdi: Deus pmittat tibi ut impleas qd̄ minaris. Ego em̄ patior qd̄ episcopi: tu facies qd̄ spadones. At utinā dñs auertat eos ab ecclesia: & in me oia sua tela cōuertant: meo sanguine sitim suā expleāt.

Sancti Ambrosij Oratio funebris de obitu Valētiniani imperatoris.

T si incrementum doloris sit: id quod doleas scribere: quoniā tamē plærūq̄
 e in eius quē amissum dolemus: cōmemoratione requiescim⁹: eo q̄ in scribendo: dum in eum mentē dirigimus: intentionēq̄ defigimus: uidetur nobis in sermone reuiuiscere: signare aliquid de Valētiniani iunioris ultimis cordi fuit: ne aut obliterasse silentio benemeriti de nobis pignoris memoriā uideremur: atq̄ in honoratam reliquisse: aut refugisse in centiuū dolendi: cum doluisse plærūq̄ solatum sit dolentis. Simul ut cum de ipso aut ad ipsum loquor: tanq̄ de præsente sermo sit. Quid igitur primum defleam. Quid primum amara conuestione deplem. Conuersi sunt dies nobis uotorum nostrorū in lachrymas. Siquidem Valētinianus nobis sed non talis qualis sperabatur aduenit. Et iste quidē uel morte sua uoluit implere pmissum: sed nobis acerbissima est facta eius quæ exoptabatur: præsentiā. Utinā adhuc nobis abesset: ut sibi uiueret. Sed ille non passus cum audiret alpes italiæ hoste infestari barbaro: maluit periclitari se: si gallias derelinqueret: q̄ nostro deesse periculo. Magnū discrimē agnoscim⁹ imperatoris q̄ romano subuenire uoluit imperio. Hæc causa mortis quæ plena laudis. Soluamus bono principi stipendiaris lachrymas: quia ille nobis soluit etiam mortis suæ stipendium. Nec tamē flendi admonitio necessaria. Flent omnes: flent & ignoti: flent & timentes: flent & inuiti: flent & barbari: flent & qui uidebantur inimici. Quātos iste de galliis usque huc totius tractu itineris populorum egit gemitus: Omnes enim nō tanq̄ imperatorem sibi sed tanq̄ parentem publicum obisse domestico fletu doloris illachrymant: suaq̄ omnes funera dolent. Amissimus enim imperatorem in quo duo pariter acerbāt dolorem: annorum immaturitas: & consiliorū senectus. In his ergo flent: sicut dixit propheta: Oculi mei caligauerunt a fletu: quia elongauit a me qui cōsolabatur me. Oculi mei nō solum corporis sed etiam mentis hebetati sunt: & quadā cæcitate omnis sensus obductus est: quoniā ereptus est mihi qui conuertit animam meam: & ad
 Thren. 1. spem maximā de summa rerum desperatione reuocauit. Audite omnes populi
 Ibidem.

& uidete dolorem meū: Virgines meæ & iuuenes mei abierūt in captiuitatem: sed cognito q̄ de Valentiniani essent partibus: liberi reuerterūt. Militauit hostis barbarus imperatori adolescenti: & suæ oblitus uictoriæ: memor fuit imperialis reuerentiæ. Laxauit sponte quos cœperat: excusans qđ ignorasset italos. Nos adhuc muræ alpibus addere parabamus: Valentiniani gratia nō expectauit alpium uallū: fluenta animū: aggeres niuium: sed alpes & fluuios supergressa: muro nos sui imperij p̄texiit. Vnde prophetici threni mibi utēdum exordio uidetur. Quomodo mœret italia quæ abundabat gaudijs: Plorans plorauit in nocte: & lachrymæ illius in maxillis eius. Non est qui eam consoletur ab omnibus qui diligunt eam. Omnes qui amant illam despexerunt eam. Omnis populus eius ingemiscēs. Et quia de hierusalē: id est: ecclesia: plorauit in nocte: quoniam qui eam splendidiorē fide sua & deuotione faciebat occubuit: merito ergo plorans plorauit: & adhuc lachrymæ eius in maxillis eius. Vbertatem quidē fletuum solet uultus humescentis declarare infusio: cum lachrymis genæ rorant. Sed quia scriptū est: Genæ eius sicut phialæ aromatis gignēt unguentaria: labia eius sicut lilia distillantia myrrham plenam. Mystice ecclesiæ gratia deflētis accipitur: quæ in obitu Valētiniani bonum doloris sui effudit unguentum: & uitam eius prædicando cōcelebrat. Cui mors obesse non potuit: eo q̄ odor prædicationis uniuersorum ore celebrabilis: foetorem omnē mortis aboleuit. Flet igitur ecclesia pignus suum: & lachrymæ eius in maxillis eius. Quid sit maxilla: audi: Qui te percusserit in maxillam: præbe ei & alteram: eo q̄ in dolore sit patiens: ut poeniteat uerberantē. Percussa erat ecclesia in maxilla tua: cum amitteres Gratianū: præbuiisti & alteram: quādo tibi Valētinianus ereptus est. Merito tibi nō in una maxilla sed in utraq; sunt lachrymæ: quia pie germanū utrunq; deploras. Ploras igitur ecclesia: & fletum genæ tuæ uelut fluentibus quibusdam stillicidijs pietatis exudāt. Quæ sunt istæ genæ ecclesiæ: De quibus & alibi ait scriptura: Vt corium malorum granatorum genæ tuæ. Istæ sunt genæ: in quibus solet nitere uerecundia: pulchritudo fulgere: in quibus aut flos iuuentæ aut perfectæ ætatis insigne est. In obitu igitur fidelium imperatorū quidam fidei pudor: quædam ecclesiæ uerecūdia est: & in tam immatura morte piōrum principum omnis ecclesiæ mœstior pulchritudo est. Plorat ecclesia in sapientibus suis qui uelut caput ecclesiæ sunt. Oculi em̄ sapientis in capite eius. Plorat in oculis: hoc est in suis fidelibus: quia scriptū est: Oculi tui sicut columbæ extra taciturnitatem tuā: eo q̄ & uideant spiritualiter: & nouerint ea quæ uiderint tacere mysteria. Plorat in sacerdotib; suis qui sunt sicut genæ ecclesiæ: in quibus est barba Aaron: hoc est barba sacerdotalis: in quā de capite descendit unguentum. Isti sunt: in quibus est pulchritudo ecclesiæ: in quibus flos eius gratior: in quibus ætas perfectior: qui uelut cortices malorum puniceorum decorē floris præferat abstinentia corporali: Intus autē cōmissam sibi plæbē diuersæ ætatis & sexus fouerant sapientia spirituali. Obiecti quidem sæculo ad iniurias: sed interna mysteria diuidentes. Plorat in uirginibus suis: quæ sunt sicut lilia myrrha plena: candorē integritatis & mortificatæ corporalis illecebræ gloriā præferentes. In his ergo flet sicut scriptū est: Viæ syōn lugent: sacerdotes eius ingemiscūt: uirgines ei; abductæ: & ipsa indignat̄ intra se. Et intra se quidē indignat̄. Ad Valētinianū aut̄ dicit: Assumā te & inducam te in domū matris meæ: & in secretū eius quæ cōcepit me. Potum tibi dabo a uino operosi unguenti: hoc est multi operis: multi odoris unguenti: a fluxu malorum granatorū meorum: ut bibat uinum qđ lætificat cor hominis: & defluat in eū malorum granatorū fluxus: in quibus multus & diuersus est fructus. Sermo em̄ multorū sensuum & de diuersis scripturis abundans: sermo angelorum: sermo apostolorum ac prophetarū: quos uno uelut corio ecclesia sancta cōplectitur: malorum fluxus est granatorū. Videns hæc Valentinianus integræ plena gratiæ respōdet: Misericordiæ domini q̄ nō defecimus: quia nō sunt cōlummatae miserationes eius. Renouabit illa sicut lux matutina. Multi sunt gemitus mei: & cor meū defecit. Sors mea dñs dixit: lō suscitabo eū: Bonus ē dñs sustinetib; eū: aiæ quæ quærit eū. Bonū

Threni. 1.

Cant. 5.

Luc. 6.

Cant. 6.

Eccl. 2.

Cant. 4.

Ps. 132.

Threni. 1.

Cant. 8.

Threni. 3.

- Th: 21. 5.** est sperare in salutare dñi: Bonū est uiro cū portauerit iugū graue in iuuetute sua: se debet singulariter & silebit q̄a tulit iugū graue. Et ille quidē se suarū uirtutū remuneratione solat: eo q̄ in iuuetute sua labores absorbuir: picula multoꝝ tolerauit. Iugū maluit graue emendationis p̄positi: q̄ molle illud ac plenū delictiarū inuida mentis ceruice portare. Bene beat⁹ plane qui uel in senectute correxit errorē: beatus qui uel sub ictu mortis animū cōuertit a uitijis. Beati em̄ quoꝝ tecta sunt peccata: q̄a scriptū est: Desine a malo & fac bonū: & inhabita in sæcula sæculorū. Quicūq; ergo defierit a peccatis: & fuerit ad meliora in quacūq; cōuersus ætate: habet superiorū indulgentiā peccatoꝝ: quæ fuerit uel patiēti cōfessus affectu: uel corrigēti aduersat⁹ ingenio. Sed huic cū plurimis ueniæ societas emerēdæ. Plurimi em̄ sunt q̄ se a peccatis iuuetutis i senectute reuocare potuerūt. Rar⁹ autē q̄ i iuuetute graue iugū seria sobri etate portauerit. Hoc est illud iugū de quo dñs in euāgelio ait: Venite ad me oēs q̄ laboratis & onerati estis: & ego uos reficiā: tollite iugū meū sup uos. Si qs ergo añ q̄ graui onere p̄ctoꝝ sarcina tulerit iugū i iuuetute: singulariter sedebit: nō cū plurimis cōferēd⁹: sed cū illo pōt dicere: Qm̄ tu singularit̄ in spe cōstituisi me. Sed forte dicas: quō iugū graue dicit Hieremias: cū i euāgelio dñs dixerit: Iugū. n. meū suauē & on⁹ meū leue ē: Ac primū discē q̄a gr̄a iugū tm̄mō posuit: nō addidit graue. Tñ & illud aduerte: q̄a & si ita esset i threnis: in euāgelio iugū suauē dixerit: & onus leue nō iugū leue. Pōt em̄ graue iugū uerbi esse sed suauē. Graue adolescētis: graue iuueni: cui⁹ ætas est florulentior: ut nolit iugo uerbi subiiciendā animi præbere ceruicē. Pōt & graue uerbi iugum uideri præ pōdere disciplinæ: austeritate correctiois: pondere abstinentiæ: restrictione q; lasciuix: suauē tñ esse fructu gratiæ: spe remunerationis æternæ: purioris cōscientiæ suauitate. Tñ iugū uerbi suauē dixit: onus obedientiæ leue: Qm̄ ei qui iugū uerbi patienti ceruice suscepit: disciplinæ on⁹ graue esse nō poterit. Qui ergo tulerit a iuuentute iugū: singulariter sedebit & silebit: reuelata sibi gaudēs diuinæ remunerationis æterna mysteria: Aut certe silebit: nō op⁹ habens excusatione peccati: q̄a matura cōfessione præuenit: & p̄pera correctione deposuit. Nō em̄ dicet huic: Quæ in iuuetute nō cōgregasti quomō iuenies in senectute? Pōt autē & sic intelligi. Qm̄ qui cito portauerit iugū uerbi: hoc est a iuuetute nō se miscebit cū iuuenib⁹: sedebit seorsum & silebit: donec plena se p̄fectione uirtutis erudiat: & magnā induat animo patiētiā: dabitq; p̄cutienti maxillā suā: etiā cædis cōtentus iniuriā: ut mādatis obsequat̄ cælestib⁹. Magnū est em̄ uel abstinere a uitijis iuuetutis: uel ea in ipso iuuetutis uestibulo derelinquere atq; ad saniora cōverti.
- Prover. 30.** Lubricæ em̄ & p̄plexæ uix sunt iuuetutis. Deniq; Salomon ait: Tria mihi impossibilia sunt itelligere: & quartū qd̄ nō cognosco: Vestigia aquilæ uolātis: & uias serpētis in petra: & lemitas nauis nauigātis: & uias uiri in iuuentute. David autē ait: Delicta iuuetutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Iuuenis em̄ nō solū fragilitate lubricæ ætatis plabit: uerū etiā ignorantia cælestiū mandatorum plærūq; delinquit.
- Ps. 24.** Cito autē meret̄ ueniā qui prætedit ignorantia. Propbeta itaq; dicit: Delicta iuuetutis meæ & ignorātias meas ne memineris. Nō dicit: delicta senectutis meæ & sciētix meæ ne memineris: sed quasi p̄pheta qui cito correxerit & emēdauerit uitia iuuetutis: ætatē ignorantiaq; prætedit. Valētinianus quoq; in delicto p̄pheta simul ait: Delicta adolescētix & ignorātix meæ ne memineris. Nō solū dixit: sed etiā ante correxit errorē: q̄ disceret esse lapsum alicui⁹ erroris. Itaq; dicit: Correctionē iuuetutis meæ ne memineris. Error in plurib⁹ est: in paucis correctio. Et qd̄ iā de alijs dicā: q̄ etiā ludo iuuetutis putauerit abstinendū: refecandā ætatis licentiā: seueritatis publicæ duriciā molliendā: lenitatē senectutis in alienis annis deferendā ei qui in periculū conuicti criminis uocaret̄. Ferebat̄ primo ludis circensib⁹ delectari: sic istud absterisit: ut ne solēnibus quidē principū natalib⁹ uel imperialis honoris gratia: circēses putaret esse celebrādos. Aiebāt aliqui ferarū eū uenatioib⁹ occupari: atq; ab actib⁹ publicis intentionē eius abduci. Oēs feras uno momēto iussit interfici. Audire in cōistorio negocia: & Danielis spū in quib⁹ dubitarēt senes: uel p̄sonæ alicuius cōtuitu

ducerent: congruā uero adolescentē uideres senilē ferre sententiā. Iactabāt inuidi
 q̄ prēmature prandiū peteret: cœpit ita frequētare ieiuniū: ut plærūq̄ ipse impran-
 sus cōiuiū solēne suis comitib⁹ exhiberet: quo & religiōi sacræ satisfaceret: & prin-
 cipis hūanitati. Scēnicæ cuiusdā forma ac decore: deperire romæ adolescentēs no-
 biles nunciabat: lussit eā ad comitatū uenire. Missus precio deprauat⁹ sine manda-
 ti effectu redijt. Alterū misit: ne uoluisse emēdare uitiā adolescentū & nō potuisse ui-
 dere. Datus est obtrectādī aliquib⁹ locus. Deductā tñ nunq̄ aut spectauit aut uidit.
 Postea redire præcepit: ut & omnes cognoscerēt irritū eius nō esse mādātū: & ado-
 lescentes docerēt ab amore mulieris tēperare: quā ipse qui potuit habere in ptates
 despexerat. Et hæc fecit cū adhuc nō haberet uxorem: & tñ exhiberet sui tanq̄ uin-
 ctus cōiugio castitatē. Quis tā dñs serui q̄ ille sui corporis fuit? Quis tam aliorū ar-
 biter: q̄ ille suæ censor ætatis? Quid de pietate eius loquar: qui cū homies nobili or-
 tos genere & locupleti p̄sapia: quæ cito mouere inuidiā solet regiæ cupiditatis: ac-
 cusator urgeret: præfect⁹ insisteret: respōdit: ut nihil cruentū sanctis præfertim die-
 bus statueret. Et cū post aliquot dies: accusatoris legeret libellus: calūniā pnūciatu-
 rus: accusatū libere donec præfect⁹ cognosceret: obseruare iussit. Neq̄ ante aut po-
 stea quisq̄ tantī criminis sub adolescentē imperatore formidauit inuidiā. Risit adole-
 scens qd̄ robusti metuūt imperatores. Miserat p̄pter recuperāda templorū iura: sa-
 cerdotioꝝ p̄phana priuilegia: cultus sacroꝝ suorū roma legatos: & qd̄ est graui⁹: se-
 natus nomine nitebant. Et cū uniuersi qui in cōsistorio aderāt christiani pariter atq̄
 gentiles dicerēt esse reddenda: solus uelut Daniel excitato i se dei spiritu arguebat
 p̄fidia christianos: gentilib⁹ obuiabat dicēs: qd̄ pius frater eripuit: quō a me putatis
 esse reddendū: cū in eo & religio lædat & frater: a quo se nolet pietate superari. Et
 cū paterno cōueniret exemplo: q̄ sub patre suo ea null⁹ abstulerat: Respōdit: Patrē
 meū laudatis q̄a nō abstulit: nec ego abstuli. Nunqd̄ pater me⁹ reddidit: ut me debe-
 re reddere postuletis? Postremo & si p̄ reddidisset: frater abstulerat. Imitatorē i ea
 parte fratris esse me mallē. Aut nūquid me⁹ pater august⁹ fuit: & frater nō fuit? Par
 utriq̄ debetur reuerētia: & par utriusq̄ est circa rēpublicam gratia. Vtq̄ imitabor
 ut & nō reddam: quod & pater reddere nō potuit: quia null⁹ abstulerat: & seruē qd̄
 a fratre est constitutū. Postulet parens roma alia quæcūq̄ desiderat. Debeo affectū
 parētis: sed magis obsequiū debeo salutis auctori. Quid de amore puincialium lo-
 quar: uel quo eos ipse cōplectebat: uel qui ab ijs cōsultori suo repēdebatur: quib⁹ ni-
 hil unq̄ indici passus est? Præterita inquit nō queūt solueri: noua poterūt sustinere.
 Hoc laudāt puincia lulianū: & ille quidē in robusta ætate: iste in p̄cessu adolescē-
 tiæ. Ille plurima repperit: & exhausit oia: iste nihil inuenit: & omnib⁹ abūdauit. Au-
 diuit in transalpinis partib⁹ positus: ad italiæ fines barbaros appropinquasse: sollicit⁹
 ne alieno hoste suū regnum attētaretur: uenire p̄perabat cupiēs dimittere gallica
 na oia: & pericula nostra suscipere. Hæc mihi cū alijs cōmunia: illa priuata q̄ sæpe
 me appellabat absentē: & a me iniatū se sacris mysterijs præferabat. Quinetiā cū
 rumor quidā ad uiennēsem ptulisset urbem q̄ inuitā di eius ad italiā gratia eo p̄ge-
 re: q̄ gaudebat: q̄ gratulabat me sibi optato affore: mora ei aduentus mei plixior ui-
 debatur: atq̄ utinā aduētū ipsius nullus præuenisset nūcius. Iam pmiserā me p̄fe-
 cturum: respondēs uel honoratis petētibus uel profecto ut trāquillitati italiæ consu-
 leretur: me sicut superfluo ingerere nō possem p̄pter uerecundiā: ita necessitatib⁹
 non defuturū. Confirmatū hoc erat. Ecce postridie litteræ de instruendis mansio-
 nibus: inuectio ornamētorum regaliū: aliaq̄ eiusmodi quæ ingressurum iter impera-
 torem significarēt: Quibus rebus ab ipsis quib⁹ fuerat postulata: intermissa legatio
 est. Reus mihi uidebar speratæ meæ præsentia nec impletæ: sed utinam uiuētī tibi
 hūc deberē reatū. Excusarem q̄ nulla tua audissem pericula: nullas tuas accepissem
 litteras: q̄ nō potuissem p̄prijs aialib⁹ occurrere: etiā si iter igressus essem. Itaq̄ secu-
 rus ueniā: dū dies subduco: aduētū tuū intelligo. Ecce rescriptū accipio: ut sine mo-
 ra p̄gendum putarē: eo q̄ uadem fidei tuæ haberē caput: comitē tuum uelles. Num

- restitit: Num moratus sum? Additur eo ut pperare ocyus: nec arbitrarer causam itineris mei synodū gallorum esse episcoporū: propter quorū frequētes dissensiōes crebro me excusauerā: sed ut ipse bapticaret i ipso egressu. Gestarū iam rerū india potui cognoscere: sed pperandi studio nihil aduertere poterā. Iam superabā alpiū iuga: & ecce nūcius amarus mihi & omnib⁹ de tanti morte imperatoris. Reflexi: iter fletib⁹ meis laui. Quibus ego uotis omniū pficiscebar: Quo gemitu omniū reuertebat: Non em̄ imperatorē sibi sed salutē ereptam putabāt. Quāto ipse angebar dolore: Primū q̄ tantus princeps: q̄ dulce pignus meū: q̄ ita mei cupidissimus occidisset. Quos ego æstus eius illo biduo fuisse cōperi: quo litteris quos ad me miserat supuixit. Vesperī pfectus est silētiarius: tertio die mane quærebat: iāne remeasset: iam uenirē: Ita sibi salutē quandā uenturā arbitrabat. O iuuenis optime utinam te uiuentē inuenire potuissem: utinā te dilatio aliqua meo reseruasset aduentui. Nihil de aliqua mei uirtute polliceor: nihil de ingenio atq; prudentia. Sed quāta ego cura inter te & comitē tuum: quāta sedulitate concordia & gratiā refudissem: Quā me ipsum p tua obtulissem fide: quā in meipsum eos recepissem: quibus ille se timere dicebat. Certe si comes nō esset inflexus: tecū remansissem. Præsumebā de te q̄ ipse me audires: si p te nō esse auditum uideres. Multa habuerā quæ tenerem: Nunc nihil habeo præter lachrymas & fletus. Quotidie mihi maior ad dolorē est: Crescis ad gemitū. Omnes quāti me feceris ptestantur. Omnes absentia meā causā tuā mortis appellant. Sed nō sum ppheta quo potuerim futura cognoscere: sed sū uox clamantis in gemitu: quo possim deflare præterita. Quid em̄ habeo q̄ melius faciā q̄ ut tibi lachrymas p tanto tuo in me affectu repēdam: Ego te suscepi paruulum: cum legatus ad hostē tuum pergerē. Ego iustinae maternis traditū manib⁹ amplexus sum. Ego tuus iterū legatus repetiui gallias: & mihi dulce illud officium fuit p salutē tua primo: deinde pro pace atq; pietate qua fraternas reliquias postulabas. Nondū p te securus: & iam p fraternæ sepulturæ honore sollicitus. Sed reuertamur ad threnos: & ipsa doloris ingrediamur uiscera. Quid testabor inqt tibi: aut quid assimilabo tibi filia hierusalē: quis saluam faciet te: & quis cōsolabitur te uirgo filia syon: Quia magna facta est sup te contritio tua: quis sanabit te: Quis autē me cōsolabitur: a quo alij petunt cōsolationis officium: Impleuit me amaritudine: inebriauit in felle. Ventre meum doleo: ut pphético utar eloq; qm̄ quē in euangelio erā generaturus: amisi. Sed ille nō amisit gratiā q̄ poposcit: qui mihi in sermone quo utebar ad plebē: hodie surrexit. Nā cum in tractatum incidissem ppositæ lectionis: q̄ populus paup benediceret deū: quærere cœpi: quis esset hic populus: & distinguerē q̄ esset populus: alter diues: alter pauper: diues iudæorū: paup ecclesiæ. Diues ille eloquijs sibi creditis: iste pauper aliena eloquia mutuatus. Merito pauper: quia congregatus a paupere est: illo uidelicet qui pauper factus est cū diues esset: ut nos eius inopia ditaremur. Exinaniuit enim se ut omnes repleret. Sed quomō pauper qui habebat æternitatis diuitias & plenitudinem diuinitatis: Deniq; in carne erat & dicebat: A modo uidebitis filium hominis sedentem ad dexterā uirtutis. Et alibi ad Petrum dicit: Tibi dabo clauēs regni cælorum. Hic ergo pauper qui regnū cæleste donabat: Sed audi quomō pauper: Tollite inquit iugum meū super uos: quia mitis sum & humilis corde. Ideo & populus eius pauper est: non indigentia quē diuite illo populo uideo ditiozem. Non solū enim oracula prophetarum: sed etiam apostolorum meruit diuino fusa spiritu habere præcepta. Non ergo inopia pauper sed spiritu: cui dictum est: Beati pauperes spiritu: ipsorū est enim regnum cælorum. Vere beati pauperes qui acceperūt quod diuites non habebant. Ex hoc numero est ille ppheticus pauper de quo scriptū est: Iste pauper clamauit: & domin⁹ exaudiuit eum. Ex hoc populo ille qui ait: Argentū & aurū nō habeo sed quod habeo: hoc do tibi: In nomine iesu naçarenī surge & ambula. Ille ergo paup auctor populi pauperis dicit: Deus laudē meā ne tacueris: quia os pctōris & os dolosi sup me apertū ē. Locuti sunt sup me lingua dolosa: & sermonib⁹ odij circūdederunt me: & expugnarūt
- Thren. 2.** mur ad threnos: & ipsa doloris ingrediamur uiscera. Quid testabor inqt tibi: aut quid assimilabo tibi filia hierusalē: quis saluam faciet te: & quis cōsolabitur te uirgo filia syon: Quia magna facta est sup te contritio tua: quis sanabit te: Quis autē me cōsolabitur: a quo alij petunt cōsolationis officium: Impleuit me amaritudine: inebriauit in felle.
- Matth. 26.** Petrum dicit: Tibi dabo clauēs regni cælorum. Hic ergo pauper qui regnū cæleste donabat: Sed audi quomō pauper: Tollite inquit iugum meū super uos: quia mitis sum & humilis corde. Ideo & populus eius pauper est: non indigentia quē diuite illo populo uideo ditiozem. Non solū enim oracula prophetarum: sed etiam apostolorum meruit diuino fusa spiritu habere præcepta. Non ergo inopia pauper sed spiritu: cui dictum est: Beati pauperes spiritu: ipsorū est enim regnum cælorum. Vere beati pauperes qui acceperūt quod diuites non habebant. Ex hoc numero est ille ppheticus pauper de quo scriptū est: Iste pauper clamauit: & domin⁹ exaudiuit eum. Ex hoc populo ille qui ait: Argentū & aurū nō habeo sed quod habeo: hoc do tibi: In nomine iesu naçarenī surge & ambula. Ille ergo paup auctor populi pauperis dicit: Deus laudē meā ne tacueris: quia os pctōris & os dolosi sup me apertū ē. Locuti sunt sup me lingua dolosa: & sermonib⁹ odij circūdederunt me: & expugnarūt
- 2. Cor. 8.** congregatus a paupere est: illo uidelicet qui pauper factus est cū diues esset: ut nos eius inopia ditaremur. Exinaniuit enim se ut omnes repleret. Sed quomō pauper qui habebat æternitatis diuitias & plenitudinem diuinitatis: Deniq; in carne erat & dicebat: A modo uidebitis filium hominis sedentem ad dexterā uirtutis. Et alibi ad Petrum dicit: Tibi dabo clauēs regni cælorum. Hic ergo pauper qui regnū cæleste donabat: Sed audi quomō pauper: Tollite inquit iugum meū super uos: quia mitis sum & humilis corde. Ideo & populus eius pauper est: non indigentia quē diuite illo populo uideo ditiozem. Non solū enim oracula prophetarum: sed etiam apostolorum meruit diuino fusa spiritu habere præcepta. Non ergo inopia pauper sed spiritu: cui dictum est: Beati pauperes spiritu: ipsorū est enim regnum cælorum. Vere beati pauperes qui acceperūt quod diuites non habebant. Ex hoc numero est ille ppheticus pauper de quo scriptū est: Iste pauper clamauit: & domin⁹ exaudiuit eum. Ex hoc populo ille qui ait: Argentū & aurū nō habeo sed quod habeo: hoc do tibi: In nomine iesu naçarenī surge & ambula. Ille ergo paup auctor populi pauperis dicit: Deus laudē meā ne tacueris: quia os pctōris & os dolosi sup me apertū ē. Locuti sunt sup me lingua dolosa: & sermonib⁹ odij circūdederunt me: & expugnarūt
- Ps. 33.** eum. Ex hoc populo ille qui ait: Argentū & aurū nō habeo sed quod habeo: hoc do tibi: In nomine iesu naçarenī surge & ambula. Ille ergo paup auctor populi pauperis dicit: Deus laudē meā ne tacueris: quia os pctōris & os dolosi sup me apertū ē. Locuti sunt sup me lingua dolosa: & sermonib⁹ odij circūdederunt me: & expugnarūt
- Act. 3.** eum. Ex hoc populo ille qui ait: Argentū & aurū nō habeo sed quod habeo: hoc do tibi: In nomine iesu naçarenī surge & ambula. Ille ergo paup auctor populi pauperis dicit: Deus laudē meā ne tacueris: quia os pctōris & os dolosi sup me apertū ē. Locuti sunt sup me lingua dolosa: & sermonib⁹ odij circūdederunt me: & expugnarūt
- Ps. 108.** dicit: Deus laudē meā ne tacueris: quia os pctōris & os dolosi sup me apertū ē. Locuti sunt sup me lingua dolosa: & sermonib⁹ odij circūdederunt me: & expugnarūt

me gratis. Pro eo ut me diligere detrahebant mihi: ego autē orabam. Bonū scūtū oratio: quo omnia aduersarij ignita spicula repelluntur. Orabat ergo domin⁹ Iesus: & eius imitator Valētinianus orabat. Sed forte dicat: quid ei p̄fuit sua oratio? Ecce in primo uitæ occidit cursu: de celeritate mortis nō de genere loquor. Nō em̄ accusationis uoce utōr sed doloris. Sed etiā domin⁹ orabat: & crucifixus est. Hoc em̄ orabat: ut peccatū mundi tolleret. Audiam⁹ ergo quid oret christi discipul⁹. Vtiq; quod magister docuit. Docuit autē ut uigilemus ne intremus in tentationē: hoc est ne incidamus in peccatū. Hæc est em̄ tētatio christiani: si in suæ animæ periculū plabat: mortem autē timere nō est p̄fectionis. Rogare autē quis debeat & p̄ inimicis suis: orare etiam p̄ p̄sequentibus: sicut domin⁹ orabat dicēs: Pater dimitte illis: nō em̄ sciunt quid faciunt. Vide clementiā magnā: illi suum p̄sequebantur auctorē: ipse aduersarijs etiā grauiā peccata donabat: quin etiā ignoratiæ uelamine excusabat admissum: dicēs: Quia nesciunt quid faciūt. Nam si scirent: dominū nō persequerētur suum: in cuius potestate ac iure salutē esse suam arbitrarētur. Et quia non sola christi p̄secutores ei⁹ erāt morte cōtenti: addebāt maledicta atq; cōuitia: ut ait ipse: Maledicent ipsi & tu benedices. Docuit nos q̄ timere maledicta persequētū minime debeamus: cū habeamus benedictionis auctorē: Nec mouere nos cōuitia debeāt: ubi p̄sul est qui possit auferre maledicta. Quid illud q̄ mori nō timuit? Immo p̄ omnibus se obtulit dicens: q̄ frustra innoxij in inuidiā uocarent: q̄ frustra p̄pter se alij periclitaretur. Sibiq; potius mortē optabat: ne ipse alijs causa mortis esset. Hoc est illud euangelicū domini in ipsa sui captione dicentis: Si me quæritis: sinite hos abire. Occidit itaq; p̄ omnibus quos diligebat. Pro quo amici sui parū putabant: si omnes perirent. Aduertamus quē circa amicos suos habuerit animū. Considerem⁹ quē erga germanas suas habuerit affectum. In ipsis requiescebat: in ipsis se cōsolabatur: in ipsis relaxabat animū: & fessa curis corda mulcebat. Rogabat eas ut si quo puericiæ suæ lapsu: si sermone aliquo offensæ a fratre uiderētur ignoscerēt: ueniā sibi a domino deprecaretur. Manus: caput sororibus osculabat: immemor imperij: memor germanitatis: & quo magis alijs potestatis iure p̄staret: hoc se magis sororib⁹ exhibebat. Rogabat ut nō meminissent iniuriæ: meminissent gratiæ: ut qd̄ acciderat de earū possessione: audiret negociū. Tantus em̄ erat: ut etiā in causa sororū æquus fore arbiter a puincialibus: existimaretur. Q̄ & si circa sanctas necessitudines suas charitatem p̄penderet: tamē pietatē suā iusticia tēperaret. Audiuit negociū nō de iure sed de possessione p̄dij. Hinc pietas p̄ sororib⁹: inde misericordiæ p̄ orphano causa certabat: ut pro eo apud ipsas interueniret sorores. Remisit ad iudicē publice negociū: ne aut ius aut pietatē læderet. Priuatim tamen quantū ex p̄posito nobilitū puellarū aduertimus: pium sanctis sororib⁹ impressit affectū: ut cōcedēdi p̄dij uoluntatē haberent: iudiciū darent. Vere dignæ tanto fratre germanæ: quæ ei quod mater sibi reliquerat mallent de suo potius iure laxare: q̄ fratrem in sua causa uerecundia sustinere. Hæc est uobis sanctæ animæ hæreditas preciosior fraternæ laudis & gloriæ: his uos pius frater nobiliores & ditiores reddidit: qui caput uestrū nō gēmis onerabat sed osculis. Manus uestras nō tam regalibus ambiebat insignib⁹ q̄ imperatorio ore lambebat. In uestre fructu p̄sentia omne ponebat solatiū: ut nec ipsam nimie desideraret uxore. Ideo nuptias differebat: quia pius eū uestre gratiæ pascebat affectus. Hæc uobis desiderio ampli⁹ q̄ dolori sint: ut fraterna gloria plū reficiat mentē q̄ dolor torqueat. Pascūt frequēter & lachrymæ & mentē alleuāt: flet⁹ refrigerant pectus: & mœstum solant affectū. Durū quidē funus uidetis: sed stabat & sancta Maria iuxta crucē filij: & spectabat uirgo sui unigeniti passionē. Stantē illam lego: flentem nō lego. Vnde dixit ei filij: Mulier ecce filij tuus: & discipulo dixit: Ecce mater tua: hæreditatē illis charitatis suæ & græ derelinquēs. In quo uobis pia pigora qm̄ fratrem uestre: p̄pter mea pctā nō merui: affectū paternū exhibere desidero. Illū intueor in uobis: illū teneo: illum puto esse mihi p̄sentē: Immo utrunq; germanū: quos uelut oculos mihi effossos doleo. Fœlici⁹ episcopos p̄sequat̄ imperatores q̄

Matt. 16.

Luc. 23.

Ibidem.

Ips. 108.

Job. 18.

Ibidem. 19.

diligant. Quāto mihi beatius maximus minabat: In illi^o odio laus erat: in hor^o amo-
re supplici feralis hæreditas. Vtinā filij p nobis licuisset: hunc spiritū fundere: com-
pendiū doloris inuenerā: & gloriosius mihi fuerat p tantis obire pignoribus. Sed
ad uestrā sanctæ filix consolationē reuertar: quis rerum gestar^o acerbital uim omnē
cōsolationis absorbeat. Quæ si breuis sit: nihil afferet quo mœstum affectu demulce-
at: si plixior: longiorē afferat admonitionē doloris. Quo em plixior fueris: hoc ma-
gis in cōsolando afficies eum quē consolari uelis: & diutius mœrorē ei^o tenebis. Nō
igitur uelut penicillo quodā sermonis mei uestras abstergam lachrymas. Neq^o em
id facere uellē: etiā si possem. Est em pijs affectibus quædā etiam flendi uoluptas: &
plæriq^o grauis euaporat dolor. Sed id postulo: ne uel infixū pectori uestro fratrem
duris gemitibus releuetis: uel auertatis planctib^o: uel requiescentē excitetis. Ille uo-
bis maneat in corde: ille uiuat in pectore: ille amplexibus pijs hæreat ut solebat. Ille
fraterna oscula præmat: ille semp in oculis sit: semp in osculis: semp in alloquijs: semp
in mētibus: ille iam talis ut ei nihil timeatis sicut ante. Obluiscamini eius erumnā: te-
neatis gratiā. Ille uobis auxiliaturus speret: ille noctibus præsul assistat: illum a uobis
iam nec somnus excludat. Propter ipsum delectet quies: ut uobis gratior reuertat.
In uobis est filix: ut fratrem uobis iam nemo possit auferre. Sed corp^o eius tenere de-
sideratis: tumulū circūfusæ tenetis. Ille tumulus fratris uobis habitatio sit: ille sit aula
palatij: in quo cara membra requiescūt. **Q**si me ad illum reuocatis dolorē: q^o cito
excessit e uita: nec ego abnuo imatura obisse ætate: quē nostræ uitæ tēporibus fulci-
re cuperem^o: ut de nostris annis uiueret: qui fungi nō potuit suis. Sed quæro utrū
aliquis sit post mortē sensus an null^o: Si est uiuit: imo quia est: uita iam fruiet æterna.
Quō em non habet sensum: cuius anima & uiuit & uiget: & remeabit ad corpus: &
1. *Thessal.* 4. faciet illud cū refusa fuerit: reuiuisceret. Clamat Apostolus: Nolumus uos ignorare
fratres de dormiētibus ut nō cōtristemini: sicut & cæteri qui spem nō habent. Nā si
credimus q^o Iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus illos qui dormierūt p Iesum:
adducet cū eo. Manet ergo eorum uita: quos manet resurrectio. **Q**si gentes qui
spem resurrectionis nō habent: hoc uno se cōsolantur quo dicant: q^o nullus post mor-
tem sensus sit defunctorū: ac p hoc nullus remaneat sensus doloris: quāto magis nos
consolationē recipere debem^o: quia mors metuēda non sit: eo q^o finis sit peccatorū:
uita autē desperanda nō sit quæ resurrectione reparat^o. Iob quoq^o docet nec mor-
2. *Job.* 14. tem timendā & potius optandā pijs: dicens: Vtinam in inferno me custodires & ab-
sconderes me: donec mitigeet ira tua: & cōstituas mihi tēpus in quo memor sis mei.
Si em mortu^o fuerit homo: uiuet. Consumās dies uitæ meæ sustinebo: donec itere fi-
am. Tunc uocabis & ego tibi obediā: Opera autē manū tuarū ne despicias. Istud
tñ dolendū sit q^o primæua obierit ætate. Gratulandū autē q^o uirtutū stipendijs uete-
ranus decesserit. Tanta em fuit emendatio uitæ ei^o in illo omnib^o lubrico adolescē-
tiæ tēpore: tanta laus morū eius ut omnem memoriā doloris obducat. **Q** em obijt:
fragilitatis est: q^o talis fuit: admirationis. **Q**beata fuisset respublica: si eū diutius ser-
3. *Phil.* 1. uare potuisset. Sed q^o uita sanctorū nō hic in terris est: sed in cælo (Iustis em uiuere
christus: & mori lucrū: quia & dissolui & cū christo esse: multo meli^o dolendū est q^o
2. *Reg.* 12. nobis cito raptus sit: consolandū q^o ad meliora transierit. Deniq^o Dauid moriturū
filium flebat: mortuū nō dolebat: flebat ne sibi eriperetur: sed flere desiuit ereptum
3. *Ibid.* 13. quē sciebat esse cū christo. Sed ut scias uerum esse qd^o assero: incestū Ammon filiū
3. *Ibid.* 18. fleuit occisum: paricidā Absalon doluit interemptū: dicens: Fili^o meus Absalon: fili^o
meus Absalon. Innocentē filiū nō putauit esse lugendū: quia illos sibi perisse p sce-
re: hunc p innocētia credidit esse uicturū. Nihil ergo habetis qd^o grauissime dolea-
tis in fratre: homo nat^o est: hūanæ fuit obnoxius fragilitati. Nemo se redimit a mor-
4. *Job.* 15. te: nō diues: nō ipsi reges: immo ipsi grauiorib^o subiacent. Iob dixit: Numerati anni
dati sunt potēti: timor autē eius in auribus eius: qñ uidetur habere pacē: tunc ueni-
et ei euersio. Vobis quoq^o ipsis tam acerba incidisse patiēter ferre debetis: quæ ui-
detis uobis cōmunia esse cū sanctis. Etiā Dauid amissis filijs destitutus est. Optasset

illos tales obire qualis uobis frater ereptus est. Ille crimina doluit: nō exitum filiorū.
 Quæ luctus tēpora ptrahunt: duorū mensiū curricula in fraterni funeris quotidiana
 no clausistis amplexu. Sola in scripturis lepte filia fletus sui tēpora postulauit: cog- Judic. 11.
 nito q̄ pater eius p̄fecturus ad praeliū uouerat: q̄a id rerū potius offerret dño q̄d si
 bi primū occurreret. Post uictoriā reuertēti: occurrerat filia: ignara pietatis: ignara p̄
 missi. Vidit eam & ingemuit pater dicēs: Heu me filia: impedisti me: in stimulū do-
 loris facta es mihi. Ego uero aperui os meū de te ad dominū: & nō potero auertere.
 Illa dixit ad eū: Pater si in me aperuisti os tuū: fac mihi ut exijt de ore tuo. Et iteꝝ di-
 xit: Sine mēsisibus duobus & uadens flebo in mōtibus sup uirginitatē meā ego & cō
 pares amicæ meæ. Itaq; duobus exactis regressa mēsisibus: sacrificij munus impleuit:
 Quæ decreto populi israhel quaternis in anno dieb; ab eiusdē plæbis fœminis deplo-
 ratur. Ad deflendū igitur uirginitatis suæ florē duos sat esse menses lepte filia iudi-
 cavit: & adhuc nō uenerat resurrectio: & hoc spatio tēporis satis putauit paucis se ef-
 se defletam: Vobiscū omnes populi defleuerūt: omnes ingemuerūt puincia: & ad-
 huc parua putatis uestri hæc esse supplicia. Si fratrem uestrū redimere possetis exi-
 tio: nollet tñ ille uestra afflictione resuscitari: qui se melius uiuere credidit in uobis: q̄
 optauit potius seipsum mori: cū uestrā uideret iniuriā: qui p̄ uobis se libēter fuit pa-
 ratus offerre: qui ipso uestri doloris die dicit hanc solā emisisse uocē: Væ miseris so-
 roribus meis. Itaq; magis uestram destitutionē q̄ suam mortē dolebat. Sed audiui
 uos dolere q̄ nō acceperit sacramēta baptismatis. Dicite mihi quid aliud in nobis
 est: nisi uolūta: nisi petitio. At qui etiā dudū hoc uotū habuit: ut anq̄ i italiā uenisset:
 initiaret: & p̄xime baptizari se a me uelle significauit. Et ideo præ cæteris causis me
 accipiendū putauit. Nō habet ergo gratiam quā desiderauit: Nō habet quā popo-
 scit: Et quia poposcit accepit. Et ubi illud est: iustus quacūq; morte præuētus fuerit Sap. 4.
 anima ei⁹ in refrigerio erit. Solue igitur pater sancte mun⁹ seruo tuo: q̄d Moyses
 dū in spiritu uidit accepit: Qd̄ Dauid quia ex reuelatione cognouit emeruit. Sol-
 ue inquā seruo tuo Valētiniano munus qd̄ cōcupiuit: munus qd̄ poposcit sanus: ro-
 bustus: incolumis. Si affectus ægritudine distulisset: tñ nō penitus a tua misericordia
 esset alienus: qui celeritate tēporis esset nō uoluntate fraudatus. Solue ergo seruo
 tuo munus tuæ gratiæ: quā ille nunq̄ negauit: qui ante diē mortis: templorū priuile-
 giā negauit: insurgētibus quos reuereri posset. Astabat uirorū caterua gentiliū: sup-
 plicabat senatus. Nō metuebat hominib; displicere in christo. Qui habuit spiritū tu-
 um: quō nō accepit gratiam tuā. Aut si quia solēniter nō sūt celebrata mysteria: hoc
 mouet: ergo nec martyres si cathecumini fuerint coronātur. Non em̄ coronātur si
 non initiant. Q̄ si suo abluuntur sanguine: & hunc sua pietas abluit & uoluntas. Ne
 quæso eum dñe a fratre seiungas: ne iugū hoc piæ germanitatis patiaris abrūpi. Hic
 tuus iam & tuo iudicio uindicatus: piclitatur amplius Gratianus: si separet a fratre: si
 nō mereatur esse cū eo: p̄ quē meruit uindicari. Quas ille nunc man⁹ ad te pater eri-
 git: quas p̄ fratre preces fundit: quo ei inhæret amplexu: quē admodū sibi eum non
 patitur auelli. Adest etiā pater qui militiā sub Iuliano & tribunatus honores fidei
 amore contēpsit. Dona patri filium: fratri germanū: quorum utrūq; imitatus est: al-
 terum fide: alterū deuotione pariter atq; pietate in temploꝝ priuilegijs denegādis.
 Qd̄ patri defuerat adiunxit: quod frater constituit custodiuit. Et huic adhuc inter-
 cessionē ascisco: cui remunerationē præsumo. Date manibus sancta mysteria. Pio
 requiē eius poscamus affectu. Date sacramenta cælestia mysteria. Animā piā ma-
 tris oblationibus psequamur. Extollite populi mecū manus in sancta: ut eo saltem
 munere uicem eius meritis repēdamus. Nec ego floribus tumulū eius aspergā: sed
 spiritū eius christi odore pfundam. Spargant alij plenis lilia calathis: nobis liliū est
 christus. Hoc reliquias eius sacro: hoc eius gratiā cōmēdabo. Nunq̄ ego piorum
 fratrū separabo numeꝝ merita discernā. Scio q̄ dominū cōmemoratio ista cōciliet:
 copula ista delectet. Nec putet aliquis meritis eorum obitus celeritate detractum.

Raptus est Enoch: ne malicia mutaret cor ei⁹. Et Iosias decimo octauo anno regni Ses. 5.
4. Reg. 23.
 g

lui: ita domini pascha celebravit: ut omnes retro principes deuotione superaret: nec diutius fidei suæ meritis supuixit: immo quia plæbi iudææ graue imminere exitiū: rex iustus ante sublatus est. Metuo ne & tu nobis aliqua nostri offensione sis raptus ut octauodecimo regni tui anno imminentis mali acerbitatē quasi iustus euaderes.

- Sed iam cara mihi cōplectar uiscera: & debita quōdā sepulchro prius tamē singula mēbra pspiciam. Valētinianus meus: iuuenis meus cādidus & ruber: habens in se imaginē christi. Talibus em̄ psequitur ecclesia in canticis christū. Nec iniuriā putes: caractere domini inscribunt & seruuli: & nomine imperatoris signant milites.
- Cant. 5.* Deniq; & ipse dñs dixit: Nolite tangere christos meos. Et: Vos estis lux mūdi. Et la-
Ps. 104. cob dixit: Iuda te laudabunt fratres tui. Ad filiū loquebatur: & dominū reuelabat. Et
Matth. 5. de Ioseph dixit: Filius meus ampliatus: filius meus ampliatus Ioseph: & christū signifi-
Gen. 49. cabat. Licet ergo & mihi caractere dñi schema. Iuuenis me⁹ cādidus & ruber de-
Ibidem. cem milibus. Elect⁹ est fili⁹ meus: cū post mortē patris paruulus ascisceret imperio.
- Cant. 5.* Caput eius aurum cephas: oculi eius sicut colūbæ sup abundantiam aquarū. Ibi enim
Diere. 4. sedimus & fleuimus: dixerunt qui inde uenerunt. Venter ei⁹ pyxis eburnea: qui re-
Cant. 5. ciperet oracula scripturarū: ut posset dicere: Ventrē meū doleo: sicut dixit ppheta.
- Dicit em̄ hæc qui imitator est christi. Genæ eius p̄bialæ aromatis: quibus christus in-
 fluebat unguentū. Labia eius lilia distillantia mirrha plena. Manus eius tornatæ au-
 reæ: plenæ tarsis: eo q̄ in uerbis eius iusticia refulgeret: in factis & operibus renite-
 ret gratia: in quo & plenū uirtutis & auctoritatis regalis esset alloquium: nec inflexa
 aliquo mortis terrore cōstantia: & factorū preciosa emendata correctio. Omnis em̄
 bonus operarius: manus christi est: fauces eius dulcedines: & totū desiderium. Quæ
 dulcia em̄ omnia iudicia eius: uniuersorū faucibus adhæserūt: Quanta gratia sermo-
 nes ipsius singuli recensent: Quæ admodū fili desideraris a populis: mihi certe im-
 pressisti quæ pectore teneo: uerba illa postrema. Quibus me uadē tuum fieri postu-
 labas. Reliquisti ipse de me testimoniū iudicij gloriosi. Ego tibi fidem meā exhibere
 nō potui quā parabā. Dixi tamen absens: & dicentē me fidem p te christus audiuit.
 Tenet in cælo sponsio mea: & si nō tenetur in terris. Obligatus sum deo: & si nō po-
 tui hominib⁹ obligari. Locutus sum de corpore tuo: Nūc alloquar animā tuā dig-
 nam ppheticis ornamentis. Iisdē igitur utar exordijs. Quæ nā est hæc prospiciēs li-
 cut diluculū: speciosa sicut luna: electa sicut sol? Videor mihi te uidere fulgentē: ui-
 deor audire dicentē: Diluculum mihi est pater. Nox terrena præcessit: dies cælestis
 appropinquauit. Prospicis nos igitur sancta anima: de loco superiore tanq̄ inferiora
 respiciens. Existi de tenebris istius sæculi: & ut luna resplendes: ut sol refulges. Be-
 ne ut luna: quia & ante in umbra licet istius corporis refulgebas: & terrarū tenebras
 illuminabas: & nunc lumen a sole iusticiæ mutuata clarū diem ducis. Videre igitur
 uideor te tanq̄ de corpe recedentē: & repulsa noctis caligine surgentē diluculo sicut
 solem: appropinquatē deo: & rapido uolatu sicut aquilā quæ terrena sunt relinque-
 tem. Cōuerrere sunamitis cōuerrere. Cōuerrere & uidebim⁹ in te. Cōuerrere ad
 nos pacifica: ut gloriam tuā sororibus tuis mōstres: & incipient se tuæ quietis & gra-
 tiæ securitate solari. Semel tantū ad nos cōuerrere: ut te uideamus. Et rursus cōuer-
 tere: atq; ad hierusalē illam ciuitatē sanctorum tota intētionē festina. Aut certe ad
 animam piā christus hoc dicit: iubet illam paulisper cōuerti: ut nobis gloria eius ap-
 pareat: & requies futura cū sanctis. Et postea præcipit eam ad illud supernū sanctorū
 festinare cōfortiū. Quid uidebitis inquit in sunamite: de qua uenit sicut chori castro-
 rum? Hoc est in ea quæ multū & aduersus plurimos in corpore præliata est: Etenim
 pugnauit aduersus extraneos hostes: pugnauit aduersus lubricas sæculi mutatōes:
 pugnauit aduersus corporis fragilitates: aduersus multiplices passionēs. Audiuit a
 dño: Cōuerrere sunamitis. Conuersa est ad pacem semel in sæculo: cōuersa est itera-
 ta cōmunionē ad gratiā christi: Et ideo pulchra cōuersio eius in sæculo: pulcherrim⁹
Ibidem. incessus eius: uolatus in cælū. Vnde mere⁹ audire: Speciosi facti sūt gressus tui in cal-
 ciamentis filia Aminadab: hoc est filia principis. Speciosa es em̄ in p̄cessu: habitasti

in corpore: tanq̄ calciamento eo usa: nō ut in uolucro: ut quia superior & eminētiore
 eo ut uelles tuum circūferres sine ulla offensione uestigium. Vel certe sicut calcia-
 mentū illud exoluere: sicut Moyses fecit: cui dictum est: Solue calciamentū pedum
 tuorū. Dicit igitur tibi nunc pater Aminadab ille populi princeps: Audi filia & ui-
 de: quoniā cōcupiuit rex speciē tuam. Speciosi ergo facti sunt gressus tui in calcia-
 mentis filia Aminadab. Moduli fœmorum tuorū similes torquibus: hoc est: cōso-
 nans sibi in omnibus factis tuis gratia atq̄ moderatio magnorū æquauit insignia tri-
 umphorū. Deniq̄ moderatione tua ex trāquillitate pacifica: nec gallia hostē sensit:
 & italia hostem reppulit: qui eius finib⁹ imminēbat. Torques aut̄ insignia esse uictō-
 riæ: dubitari nō potest: cū ij qui in bello fortiter fecerint: torquib⁹ honorent. Um-
 bilicus tuus crater tornatilis nō deficiens mixto. Venter tuus aceruus tritici muni-
 ti inter lilia. Ceruix tua sicut turris eburnea. Oculi tui stagna mesebon. Bon⁹ um-
 bilicus animæ uirtutū omniū capax: sicut crater ab ipso fidei auctore tornatus. Sapi-
 entia em̄ in cratere miscuit uinū suum dicens: Venite edite panes meos: & bibite ui-
 num qđ miscui uobis. Umbilicus ergo iste tornatus omni decore uirtutū nō defi-
 cit mixto. Venter quoq̄ eius nō solum iusticiæ uelut frumētario cibo replebatur:
 sed etiā gratiæ suauitate quæ florebat liliū. Ceruix quoq̄ ei⁹ candida & pura iugo
 christi spōte subiecta: cogitationes rationabiles: fidei odor: circūcisionis attentio: or-
 natus capitis gloriosus: qđ nō regalia diademata: sed domini sanguinis insignia coro-
 narent. Merito tanq̄ rex: peccati uictor: & cælesti corona redimitus ascēdit. Cuius
 animæ dicit deus uerbū: Quid pulchra & suauis facta ē charitas in delitijs tuis: Pul-
 chra p̄ uirtutis decorē: suauis p̄ gratiam. Procera sicut palma: quæ uincens est præ-
 miū. Tuæ ascendēti animæ Gratianus frater occurrit: & cōplexus eam dicit: Ego
 fratri meo: & sup̄ me cōuersio ei⁹: uel q̄ sibi eā cupiat inhærere: uel q̄ pietate frater-
 na quasi aduocatus assistat dicens: cōuersionē eius etiā suæ gratiæ præferendā. Ve-
 ni inquit frater meus: exeamus in agrū: requiescam⁹ in castellis: diluculo surgam⁹ in
 uineas. Hoc ē: uenisti eo: ubi diuersarū uirtutum fruct⁹ p̄ singulorū meritis deferūt:
 ubi abūdant meritoꝝ præmia. Exeam⁹ ergo in agrū i quo nō uacu⁹ labor: sed sæcū-
 dus puētus ē grāꝝ: qđ in terris seminasti: h̄ mete: qđ ibi sparsisti: hic collige. Aut cer-
 te ueni in illū agrū: q̄ est odor iacob: hoc ē ueni in gremiū iacob: ut sicut Laçar⁹ pau-
 per in Abraæ sinu: ita etiā tu in iacob patriarchæ tranquillitate requiescas. Sinus em̄
 patriarcharū recessus quidā est quietis æternæ. Merito ergo iacob est fructuosus: si-
 cut Isaac patriarcha testat⁹ est dicens: Ecce odor filij mei tanq̄ odor agri pleni quem
 benedixit dñs. Requiescamus inquit in castellis: ostēdens illic esse requiē tutiorem:
 quæ septo cælestis refugij munita atq̄ uallata nō exagitet sæculariū incurfib⁹ be-
 stiarū. In foribus inquit nostris omnes foetus arborū: noua & uetera frater meus ser-
 uauit tibi. Quis dabit te frater fratrem mibi lactentē ubera matris meæ: Inueniēs te fo-
 ris osculabor te: assumā te & inducā te in domū matris meæ: & in secretū ei⁹ quæ cō-
 cepit me. Pōtū dabo tibi a uino operosi unguenti: a fluxu malorū granatorū meorū.
 Leua eius sub caput meū: & dextera eius cōplectetur me. Promittit fratri augu-
 stæ memoriæ Gratianus præsto sibi fructus diuersarū esse uirtutū. Fuit em̄ & ipse fi-
 delis in dño: pius atq̄ mansuetus puro corde. Fuit etiā cast⁹ corpore: qui præter cō-
 iugium nescierit fœminæ alterius cōsuetudinē. Ideo in forib⁹ sedis suæ habet fruct⁹
 paratos: nec longe petēdos offert. Qui seruauerit fratri noua & uetera: hoc est: & te-
 stamētū ueteris & euāgelij sacramenta: & dicit: Quis dabit te frater fratrem mibi lactē-
 tē ubera matris meæ: hoc est: nō quicūq̄ te sed christus illuminabit gratia spūali. Ille
 te baptigauit: quia humana tibi officia defuerūt. Plus adeptus es qui minora te amissis
 se credebas. Quæ sunt ubera ecclesiæ: nisi sacramenta baptismatis: Et bene ait: lactē-
 tē: quasi qui baptigatus lactis niuei succū requirat. Inueniēs inquit te foris: osculabor
 te: hoc est extra corpus te reperiēs: osculo mysticæ pacis amplectar. Nemo te sper-
 net: nullus excludet: in penetralia te arcana ecclesiæ matris inducā: & in oia secreta
 mysterij: ut bibas poculū gratiæ spūalis. Amplexatus igit̄ fratrem ducere cœpit ad-

ppriam mansionē: & quia pio officio ad ulteriora pcesserat: cū fratre cœpit ascēde-
re: petens ut sibi fratri maior illic charitas augeat: eo q̄ uitia humana defecerant: in-
uidia atq; iactantia: quæ in plerisq; solēt fraternæ pietatis iura uacuare. Vidētes eos
uel angeli uel aliæ animæ: quærun ab ijs quæ ueluti comitatu suo fratres hos & of-
ficio deducebāt dicentes: Quæ est hæc quæ ascēdit candida innitēs sup fratrē suū?

Cant. 8. Nec nos quidē dubitabamus de meritis Valētiniāni: sed iam credam⁹ uel testimo-
nijs angelorū: q̄ deterfa labe peccati ablutus ascendit: quē sua fides lauit: & petitio
cōsecrauit. Credamus quia ascendit a deserto: hoc est ex hoc arido & inculto loco
ad illas florulētas delectationes: ubi cū fratre cōiunctus æternæ uitæ fruitur uolupta-
ti. Beati ambo: si quid meæ orationes ualebunt. Nulla diēs uos silentio præteribit:
Nulla inhonoratos uos mea trāsibit oratio. Nulla nox nō donatos aliqua precū me-
arum cōtextione trāscurret. Omnib⁹ uos oblatōib⁹ frequentabo. Quis phibeat in-
Ps. 136. noxios nominare? Quis uetabit cōmendationis psecutionē cōplecti? Si oblitus fu-
ero te sancta hierusalē: hoc est: sancta anima: pia & pacifica germanitas: obliuiscatur
me dextera mea: adhæreat lingua mea faucib⁹ meis: si nō meminero tui: si nō memi-
nero hierusalē in principio meæ læticiæ. Ipse me citius q̄ uos obliuiscar. Et si unq̄ ser-
mo tacebit: loquet affectus. Et si uox deficiet: nō deficiet gratia: quæ meis est infixa
præcordijs. Quomō ceciderunt potentes? Quō uterq; sup illa babylonis ceciderūt
flumina: Quō rapidiora utriusq; uitæ fuere curricula: q̄ ipsius rhodani sunt fluentæ?

Q̄ mibi Gratiane & Valētiniāne speciosi & charissimi: q̄ angusto uitā sine clausi-
stis: q̄ p̄xima uobis mortis fuere cōfinia: q̄ sepulchra uicina. Gratiane inquā & Valē-
tiniāne in uestris nominib⁹ adhæreere iuuat atq; delectari: in uestri cōmemoratione
requiescere. Omnib⁹ Gratiane & Valētiniāne speciosi & charissimi: inseparabiles in
uita & in morte nō estis separati. Nō uos discreuit tumulus: quos nō discernebat af-
fectus. Nō causa mortis separauit: quos pietas una iūgebat. Non uirtutū distātia dis-
pares fecit: sup colūbas simpliciores: sup aquilas leuiore: sup agnos clemētiores: su-
per uitulos innocētiores. Gratiani sagitta nō est reuersa retro: & Valētiniāni iusticia
nō fuit uacua: nec inanis auctoritas. Quō sine pugna ceciderūt potentes? Doleo in
te fili Gratiane: suauis mibi ualde. Plurima dedisti tuæ pietatis insignia. Tu me inter
tua pericula requirebas: tu in tuis extremis me appellabas: meū de te plus dolebas
dolorē. Doleo etiā in te fili Valētiniāne: speciosus mibi ualde. Ceciderat amor tu-
us in me: sicut amor pignoris. Tu p̄ me putabas eripi te periculis: tu me nō solum ut
parentē diligebas: sed ut redemptorē tui & liberatorē sperabas. Tu dicebas: putas
ne uidebo patrē meum? Speciosa de me uoluntas tua: sed nō efficax præsumptio.

Hei mibi uanæ spes in homine: sed tu in sacerdote. Hei mibi q̄ uoluntatē tuā non
ante cognoui. Hei mibi q̄ non clanculo antē misisti. Hei mibi qualia amisi pignora.
Quō ceciderunt potentes: & perierūt arma cōcupiscētia deū? Et quia nemo habet
q̄d alij plus deferat q̄ q̄d sibi optat: nō me ab illis post mortē separe: quos in hac uita
charissimos sensi dñe. Peto: ut ubi ego fuero: sint & illi mecū: uel illic eorum ppetua
copula fruar: quia hic uti eorū diuturniore cōiunctione non potui. Te quæso sum-
me deus: ut charissimos iuuenes matura resurrectione suscites & resuscites: ut imma-
turū hunc uitæ istius cursum matura resurrectione cōpenses.

Sancti Ambrosij ad Theodosium imperatorem: decessum Valētiniāni augusti
uehementer se dolere: aptissimūq; pro sepultura eius locū preparatum esse inlinu-
antis. Epistola. XXXIII.

Ambrosius Theodosio imperatori. Silentium meum rupit sermo clementiæ
tuæ. Nihil em̄ in tam tristibus rebus meli⁹ facere in animū induxerā: q̄ si fieri
posset: me ipsum abdere. Sed quia i secessu aliquo delitescere: & sacerdotio
exire nō poterā: uel silētio itra me latebā. Doleo em̄ fateor dolore acerbo: nō solū q̄
imatura ætate Valētiniānus augustus decesserit: sed etiā q̄ informat⁹ fide: ac tuis in-
stitutis tantā deuotionē erga deū nostrū induerat: atq; tanto in me incubuerat affe-
ctus: ut quē ante psequēbat: nunc diligeret: quē ante ut aduersariū repellebat: nūc ut

parenre putaret. Quod ego non pro recordatione iniurie ueteris exprompsi: sed pro testimonio conuersionis. Illud enim alienum: hoc suum: quod a te infusum sibi ita tenuit: ut maioris persuasione excluderet. Ille se a me nutritum praeferebat: ille ut sedulum patrem desiderabat: ille simulato a quibusdam aduentus mei nuncio impatiēter praestolabatur. Quin etiam illis ipsis publici doloris diebus cum sanctos & summos sacerdotes domini intra gallias haberet: ut a me tamen sacramentis baptismatis initiaret: scribendum arbitratum est. Quod etiam si non rationabiliter: amabiliter tamen erga me suum studium testificatus est. Hunc ergo non intimo anhelis spiritu: secretisque mentis atque animi uisceribus amplectar. Hunc mihi mortuum putem: Immo mihi magis uiuum. Quas ego domino deferebam gratias: quae ita in me conuersus esset: quae ita emendatus: quasi senioris cuiusdam aetatis mores iduisset: quas clementiae tuae quae eum non solum regno reddidisses: sed etiam quod est amplius: instituisses fidei & pietatis tuae disciplinis. Hunc ergo non doleam uel integrum: antequam sacramentorum quae desiderauit adipisceret gratiam: repentina obisse morte. Refrigerasti animum quod etiam ipse dignatus es ferre testimonium meo dolori. Te imperator arbitrum te neo affectus mei: te meae mentis interpretem: sed flendi tempora alias non deerunt. Nunc de sepultura eius quam scripsit clementia tua ita hic procurandum. Sed exors recessit baptismatis: quid cognouerim non repressi. Est hic porphyreticum labrum pulcherrimum: & in usus hominum aptissimum. Nam & Maximianus Diocletiani socius ita humatus est: Sunt tabulae porphyreticae preciosissimae: quibus uestiebatur operculum quo regales exuuiae claudantur. Hoc fuerat praeparatum: sed expectabatur rescriptum clementiae tuae: cuius perceptione recreatae sunt sanctae filiae tuae: filij tui Valentiniani sorores: quae se grauius afficiunt modis: & amplius exagitantur quod diu nihil scribere sibi. Unde ipsae non parum accessit solatio: sed dum inhumatae sunt reliquiae: nequaquam sibi parcunt. Videntur enim sibi germani sui quotidianum funus tenere. Et reuera cum sine fletu magno ac sine dolore graui nunquam sint: tamen quotienscumque eo accedunt: exangues reuertuntur. Et ipsis igitur consules: & charissimis exuujs: si acceleret sepultura: ne aestiuo penitus soluantur calore. Vix enim superiorae aetate transegimus. Mandatum tuum seruo & commendo domino. Diligat te dominus: quia tu domini seruos diligis.

Sancti Ambrosij Oratio de exitu uita: ac uirtutibus Theodosij imperatoris: habita in celebritate quadragesimi diei obitus sui: Honorio principe filio eius assistente.

Oc nobis motus terrarum graues: hoc iuges pluuiae minabantur: & ultra solitum b caligo tenebrosior denuntiabat: quod clementissimus imperator Theodosius recessurus esset e terris. Ipsa igitur excessum eius elementa mœrebant. Caelum tenebris obductum: aer prope horrens caligine. Terra quatiebatur motibus: replebatur aquarum alluionibus. Quid ni mundus ipse defleret eum principem continuo esse rapiendum propter quem dura mundi istius temperari solent: cum criminum poenas indulgentia prauehant: Et ille quidem abiit sibi in regnum quod non deposuit sed mutauit: in tabernacula christi iure pietatis ascitus: in illa hierusalem superna: ubi nunc posuit dicit: Sicut audiui: ita & uidemus in ciuitate domini uirtutum: in ciuitate dei nostri quam deus fundauit in aeternum. Sed plurimos tanquam paterno destitutos praesidio dereliquit ac potissimum filios. Sed non sunt destituti quos pietatis suae reliquit haeredes. Non sunt destituti quibus christi acquisiuit gratiam: & exercitus fidei cui documento fuit: deum fauere pietati ultorem esse perfidiae. Eius ergo principis & proxime proclamauimus obitum: & nunc quadragesimum celebramus assistente sacris altaribus Honorio principe. Quia sicut sanctus Ioseph patri suo Iacob quadraginta diebus huiusmodi officia detulit: ita & hic Theodosio patri iusta profoluit. Et quia alij tertium diem & trigessimum: alij septimum & quadragesimum obseruare consueverunt: quid doceat lectio: consideremus. Defuncto inquit Iacob praecipit Ioseph pueris sepultoribus: ut sepeliret eum. Et sepelierunt sepultores israel: & repleti sunt ei quadraginta dies: sic enim dinumerant dies sepulturae. Et luxit eum aegyptus septuaginta diebus. Haec ergo sequenda solenitas: quam praescribit lectio. Sed etiam in Deuteronomio scriptum est: Quia planxerunt filij israel Moysen diebus triginta: & communitati sunt dies luctus. Vtraque ergo obseruatio habet auctoritatem: qua necessarium

Is. 47.

Gen. 50

Deut. 34.

pietatis implet officium. Bonus itaque Ioseph qui formam pio muneri dedit quem amabat
Gen. 49. pater: cui dixit: Adiuuet te deus meus: & benedicat te benedictione terrae habetis omnia pro-
 pter benedictionem mamillarum & uuluarum benedictionis matris tuae: & propter benedictio-
 nem patris tui patris soboles bona. Celebrat ergo & iste quadragesimam patris Iacob
 supplantatoris illius: & nos celebramus Theodosii quadragesimam: quam imitatur Iacob
 supplantauit perfidiam tyrannorum qui abscondit simulacra gentium. Omnis enim cultus idolorum
 fides eius abscondit. Omnes enim caerimonias oblitterauit: qui etiam ipsi qui in se peccauerant
 doluit quam dederat perisse indulgentiam & ueniam denegatam. Sed non negabunt filii quod
 donauit pater: non negabunt etiam si quiddam inturbare conatus sit. Neque enim poterunt
 negare quod in commune donauit qui soluit quod in singulis dedit. Nihil gloriosius exitus
 tanti principis habuit: qui omnia iam filiis tradidisset: regnum: potestatem: nomen augusti: Ni-
 hil inquam speciosius ei in morte seruatum est: quam quod immane quantis promissa annorum exi-
 gendarum relaxatio dum moratur: facta est successio eius indulgentiarum hereditas: ut ille qui
 uoluit impedire: sibi odium fecerit: Theodosio tantum tantae cumulus gratiae non adeptus sit.
 Nec immerito. Si enim priuatorum ultimae uoluntates & deficientium testamenta habent pro-
 petem firmitatem: quomodo potest tanti principis esse irritum testamentum? Gloriosius quoque in eo
 Theodosius qui non communi iure testatur est. De filiis enim nihil habebat nouum quod conderet
 quibus totum dederat nisi ut eos praesenti commendaret parenti. De subditis sibi & com-
 missis testari debuit: ut legata dimitteret: fidei commissa signaret. Praecipit dare legem
 indulgentiae quam scriptam reliquit. Quid dignius: quam ut testamentum imperatoris lex sit?
 Ergo tantus imperator recessit a nobis: sed non totus recessit. Reliquit enim nobis libe-
 ros suos: in quibus eum debemus agnoscere: & in quibus eum & cernimus & tenemus. Nec
 moueat aetas: fides militum imperatoris perfecta aetas est. Est enim perfecta aetas: ubi perfecta
 est uirtus. Reciproca haec quia & fides imperatoris militum uirtus est. Recognoscitis
 nepe quos uobis Theodosii fides triumphos acquisiuerit: cum locoque angustis & im-
 pedimentis calonum agmen paulo serius in aciem descenderet: & inequitare hostis mo-
 ra belli uideret: desiliuit equo princeps: & ante aciem solus progrediens ait: Vbi est The-
 odosii deus: iam hoc christo proximus loquebatur. Quis enim posset hoc dicere: nisi qui
 christo se adhaerere cognosceret? Quo dicto excitauit omnes: & exemplo omnes armauit
 & iam certe senior aetate: sed ualidus fide. Theodosii ergo fides fuit uestra uictoria:
 uestra fides filiorum eius fortitudo sit. Fides ergo auget aetatem. Denique nec Abraam
 ut in senectute generaret filium: considerauit aetatem: nec Sara ut pareret. Nec mirum si
 auget aetatem fides: cum representet futura. Quid enim est fides nisi rerum earum quae
Heb. 11. sperant substantia? Sic nos scripturae docent. Ergo si substantia eorum quae sperant: fi-
Abachuc. 2. des est: quantomagis eorum quae uidentur: Bona fides de qua scriptum est. Iustus autem ex fi-
 de uiuit: quod si subtraxerit se non placebit animae suae. Nos autem non subtrahamus nos ad
 dispendium animae: sed inhaeremus fidei ad animae nostrae acquisitionem: quam in hac fi-
 dei militiae testimonium consecuti sunt seniores nostri Abraam: Isaac: Iacob. Et ideo haec
Gen. 15. reuerentiam nobis fidei reliquerunt. Fidelis Abraam qui non ex operibus sed ex fide iusti-
Ibid. 22. ficatus est: quam deo credidit. Isaac pro fide nec gladium ferituri parentis expauit. Iacob
Ibid. 28. paternae fidei uestigijs intectus dum iter agit: angelorum uidit exercitum: & uocauit concu-
4. Reg. 6. lum dei. Alibi quoque id est: in libris regum Helisaeus erat intra samariam: & subito eum
 circumfusus syrorum obsedit exercitus. Vidit eos Giegi: & ait ad dominum suum: O domine quid
 faciemus? Et dixit Helisaeus propheta: Noli timere: quoniam nobiscum plures sunt quam cum illis.
 Et rogauit ut aperiret deus oculos Giegi: Et aperti sunt oculi eius: & uidit plenum mon-
 tem equis & curribus in circuitu Helisaei: & rogauit Helisaeus ut procuteret eos de caeci-
 tate: & percussit sunt: & introierunt in ciuitatem: quo ingrederent nequaquam uidentes. Au-
 distis certe milites qui circumfusi estis: quia ubi perfidia: ibi caecitas est. Merito ergo cae-
 cus erat exercitus infidelium: Vbi autem fides: ibi exercitus angelorum est. Bona itaque fides
 quae frequenter operatur in mortuis. Denique aduersarius & legiones suae quotidiana
 martyrum uirtute torquent. Unde arbitror quod si chordarum citharae ideo fides dicatur:
 quoniam & mortua sonum reddat. Quo magis ac magis entendum est: ne in hoc uiuendum

munere siti: simus ingrati: sed p̄i pignoribus principis sedulū ac patriū impēdamus affectū. Soluite filiis eius qđ debetis patri. Plus debetis defuncto qđ debuistis uiuenti. Etem si in liberis priuatorū nō sine graui scelere minorum iura temerant: quāto magis in filiis imperatoris? Addat & cuius imperatoris? Imperatoris p̄i: imperatoris misericordis: imperatoris fidelis. De quo nō mediocre locuta est scriptura dices: Magnū & honorabile est homo misericors: Inuenire autē uirū fidelem difficile est. *Prover. 20.*

Si magnū est misericordē aut fidelē quacūq; hominē inuenire: quāto magis imperatorē: quē potestas ad ulciscendū impellat: sed reuocet tamē ab ultione miseratio.

Quid pręstātius fide imperatoris: quē nō extollat potentia: supbia non erigat: sed pietas inclinēt? De quo Salomon pręclare ait: Iniqui regis imitatio similis rugitui leonis: sicut autē ros in herba: sic & hilaritas eius. Quantū igitur est deponere terrore potentia: pręferre suauitatē gratiæ? Beneficiū se putabat accepisse auguste memorie Theodosius: cū rogaretur ignoscere. Et tunc ppior erat ueniæ: cū fuisset cōmotio maior iracūdiæ. Pręrogatiua ignoscendi erat: indignatū fuisse. Et optabatur in eo qđ in alijs timebatur ut irasceret. Hoc erat remediū reorū: qm̄ cum haberet supra omnes potestātē: quasi parēs exostulari malebat: q̄ quasi iudex punire. Sæpe trementes uidimus quos obiurgabat: & coniuctos sceleris cū desperassent: solutos crimine. Vincere em̄ uolebat nō plectere: æquitatis iudex nō pœnæ arbiter: q̄ nunq̄ ueniā confitēti negaret. Aut si quid esset qđ occulta cōsciētia inuolueret: deo seruabat. Hanc uocē eius hoies magis q̄ pœnam timebāt: q̄ tanta imperatorē ageret uerecundia: ut mallet sibi hoies religione q̄ timore astringere. Maximū philosophorū impunitatē ferunt dedisse ijs facinoribus quæ p̄ iram cōmissa forēt: sed scriptura diuina melius ait: Irascimini & nolite peccare. Maluit peccatū recidere q̄ excusare. Satius est indignatione laudē clemētia reperire: q̄ ira in ultionē excitari. *Ps. 4.*

Quis ergo dubitabit filiis ei⁹ maximū pręsidiū fore apud deū? Dño fauētē Arcadius imperator iam ualidus inuēt⁹ est. Honorius cōtinuo pulsat adolescentiæ flores: puectior ætate q̄ Iosias. Ille em̄ destitutus patre orsus imperiū usq; ad tricesimū & primū annū regni sui pduxit ætatē: & placuit dño q̄ prę cæteris regibus israel domini pascha celebravit: & cærimoniarū aboleuit errores. Asa quoq; adhuc in ualidus corporis robore: cū regnandi curricula recepisset: quadraginta annis regnauit in hierusalē. Qm̄ cū æthiopum infinita urgeret atq; innumerabili multitudine: sperauit a dño & in paucis se posse saluari. Utinā tam fidelis p̄cessus q̄ exordio. Nā seruatus in paucis & uictor: postea a syrijs auxilia relicto dño postulauit: & medicos adhibuit ad pedū dolorem. Accepto em̄ tanto indicio diuini fauoris auxiliatorē suum nō derelinquere debuit sed tenere. Ideo ei nec medici pfuerunt: & quasi incredul⁹ mortē impleuit. Sed illoꝝ patres Abias & Amos ambo infideles: Theodosius uero plenus timoris dei: plenus misericordia: speram⁹ q̄ liberis suis apud christū pręsul assistat: si dñs ppitius sit reb⁹ humanis. Bonū est misericors hō qui dū alijs subuenit: sibi consulit: & in alieno remedio uulnera sua curat. Agnoscit em̄ se esse hominem qui nouit ignoscere: & uias christi sequit⁹: qui carne suscepta maluit in hunc mūdum redēptor uenire q̄ iudex. Vnde pulchre psalmista dixit: Dilexi quoniā audiet dñs uocē orationis meæ. In quo psalmo dum legit⁹: uelut ipsum Theodosiū loquentē audimus. Dilexi inquit. Agnosco uocē piā: cuius testimonia uocis agnosco. Et uere dilexit: qui officia diligentis impleuit: qui seruauit hostes: qui dilexit inimicos: qui ijs a quib⁹ est appetitus ignouit: qui regni affectatores pire nō passus ē. Nō mediocris sed p̄fecti in lege uox ista est: dicere dilexi. Plenitudo enim legis dilectio est. *Ro. 13.*

Sed quid dilexerit audiam⁹. Cū tacet: urget nos dilectio: utiq; diuinæ charitatis grā significat. Quia diligim⁹ illud qđ ē sup oīa desiderabilia desiderabile. De quo scriptū est: Diliges dñm deū tuū. Ergo decedēs e terris pia anima: & sc̄to repleta spū: quasi interrogatib⁹ ijs qui sibi occurrerēt: cū sese ad sublimia & supna subrigeret: dicebat: dilexi. Nihil hoc pleni⁹: nihil expressius. Interrogabāt angeli uel archangeli: qđ egisti in terris: (Occultorū em̄ solus cognitor deus) dicebat: dilexi. Hoc est dicere: legē

- impleui: euangeliū non præteriui. Hoc est dicere: morti me obtuli: & tota die existi-
 matus sum sicut ouis occisionis. Et ideo cōfido: quia neq; mors: neq; uita: neq; ange-
 li: neq; uirtutes: neq; altitudo: neq; pfundum: neq; creatura alia poterit nos separa-
 re a charitate dei quæ est in christo Iesu dño nostro. Hoc mādatū legis etiā in euā-
 gelio dñs Iesus docet esse seruandū: cū dicit ad Petrum: Simon Iohānis diligis me?
 Et ille respondit: Tu scis dñe quia diligo te. Et iterū dixit: Simon Iohānis diligis me?
 Et iterum respondit: Etiā dñe tu scis quia diligo te. Et tertio interrogatus ait: Omnia
 tu scis: tu scis quia amo te. Confirmauit itaq; charitatē trina respōsio: uel aboleuit tri-
 næ negationis errorē. Et hic trinā respōsionē si quærimus: inuenimus. Dilexi qm̄
 audiet dñs uocem orationis meæ. Dilexi qm̄ inclinauit aurē suam mihi: ut in diebus
 meis inuocarem eū. Dilexi quia tribulationē & dolorē inueni: & p nomine dei mei
 picula inferni nō refugit: sed expectaui ut cōprehendere & inuenire me possent. Et
 pulchro ait: Dilexi: quia iam cursum uitæ hui⁹ impleuerat. Vnde & Apłs in passiōe
 iam positus ait: Certamen bonū certauī: cursum cōsummaui: fidem seruauī. Qđ reli-
 quum est: reposita est mihi corona iusticiæ. Magnus dñs: qui nobis dedit certamina
 quibus mereat qui uicerit coronari. Dilexi inquit confidens: qm̄ audiet dñs uocem
 orationis meæ. Dilexi: & ideo inclinauit aurem suā mihi: ut iacentē erigeret: mortu-
 um suscitaret. Non em̄ deus inclinat aurē suā ut audiat corporaliter: sed ut cōdescē-
 dat nobis quo nos audire dignetur: & infirmitates nostræ releuare substantiæ. Inclī-
 nat se nobis ut nostra ad eum ascēdat oratio. Voce nō indiget: qui misericordiā de-
 fert. Neq; em̄ uoce indiguit qui Moysen tacētē audiuit & nō loquentē: sed interpel-
 lantē gemitibus ineffabilib⁹ ad se clamare dicebat. Nouit deus & sanguinē audire:
 cui nulla uox subest: lingua nō suppetit: sed accepit uocē sacre titulo passionis. Cla-
 mauit in martyrio: clamauit in paricidio qđ ptulit p sacrificio. Dilexi inquit: & ideo
 diligens feci uoluntatē domini: & inuocaui eum nō in paucis sed in omnib⁹ diebus
 uite meæ. Nā certis dieb⁹ inuocare nō oib⁹: fastidiētis est nō sperātis: & p usu af-
 fluentiū cōmodorū mercedē gratiarū referre: nō p deuotionis affectu. Et ideo Paul⁹
 in omnib⁹ inquit gratias agite. Qm̄ em̄ non habes qđ deo debeas: aut qñ sine dei
 munere es: cui quotidie uiuendū usus a dño est: Quid em̄ habes qđ nō accepisti? Er-
 go qa semp accipis: semp inuoca. Et quia qđ habes: a dño est: debitorem te semp esse
 cognosce. Malo tñ ut quasi diligens q̄ coactus debitū tuū soluas. Audis dicentem:
 Circūdederūt me dolores mortis. Ego tñ & in mortis dolore dñm dilexi. Pericula
 inferni inuenerūt me: nō timentē utiq; sed amantē sed sperantem: q̄ nullæ me angu-
 stia: nulla psecutio: nulla pericula: nullus gladius separat a christo. Deniq; uolens in-
 uenit tribulationē & dolorē: sciens quia tribulatio patientiā operat: patientia pbatū
 onē: pbatū spem. Etenim quasi bonus athleta quæsiuit certamina: ut coronā inue-
 niret: quā tñ nō suis uiribus sed domini auxilio nouit sibi esse donatā. Non em̄ potu-
 issit uincere: nisi eum qui certātes adiuuat inuocasset. Miser homo congregat ut
 uincat: & ipse in periculū ruit: nisi domini nomē affuerit: si cū uerec orauerit dicens:
 O dñe libera animā meā. Hinc illud apostolicū: Video legē carnis meæ repugnan-
 tē legi mentis meæ: & captiuantē me in lege peccati: qđ est in mēbris meis. Infelix
 ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? gratia dei p Iesum christū dñm
 nostrū. Ille uincit q̄ gratiā dei sperat: nō q̄ de sua uirtute præsumit. Cūr ergo nō præ-
 sumas gratiā: cū habeas præsulē certaminis misericordiā? Misericors em̄ & iustus
 dñs: & de⁹ noster miserec. Bis misericordiā posuit: semel iusticiā. In medio iusticiā ē
 gemino septæ inclusa misericordiæ. Supabūdāt em̄ peccata: supabundet ergo mise-
 ricordia. Apud dñm oim uirtutū abundātia est: quia dñs uirtutū est. Neq; tñ iusti-
 cia sine misericordia est: neq; sine miseratiōe iusticia: quia scriptū est: Noli esse nimis
 iustus. Qđ supra mensurā est: & si bonū est: tñ tu nō sustines. Mensurā serua: ut fm̄
 mensurā recipias. Nō impedit tñ iusticia misericordiā: quia misericordia ipsa iusti-
 cia est. Dispersit dedit pauperib⁹: iusticia eius manet in æternū. Nouit em̄ iustus de-
 bere se infirmis atq; inopib⁹ subuenire. Vnde dñs ueniēs ad baptismū: ut nobis infir-

mantib⁹ peccata donaret ait ad Iohānē: Sine modo. Sic em̄ decet nos implere oēm **Matth. 3.**
 iusticiā. Liquet igit̄ iusticiā esse misericordiā: & misericordiā esse iusticiam. Eteṃ si
 dei nos misericordia nō sustentaret: quō in ipso exordio paruuli uiueremus: cū effu-
 si utero de calidis in frigida: de humidis in arida pisciū more iactemur: quos naufra-
 gos in hanc uitam quidā naturæ fluctus expuerit: Ratio deest sed gratia diuina nō
 deficit. Ipse ergo custodit paruulos: aut certe eos qui se paruulos humili cōfitent̄ as-
 sectu. Bona igit̄ humilitas: quæ liberat periclitātes: iacētes erigit. Nouit eam ille qui
 dixit: Ecce sum ego peccauit̄: & ego pastor malefeci: & isti in hoc grege qđ fecerūt: **2. Reg. 24.**
 Fiat man⁹ tua in me. Bene hoc dicit qui regnū suū deo subiecit: & pœnitentiā gessit:
 & peccatū suū confessus ueniā postulauit: ipse p humilitatē puenit ad salutē. Humi-
 liauit se christus: ut oēs eleuaret. Ipse ad christi puenit requiē: qui humilitatē christi
 fuerat secut⁹. Et ideo qa humilē se præbuit Theodosi⁹ imperator: & ubi peccatum
 obrepfit: ueniā postulauit: cōuersa est aia ei⁹ in requiē suā: sicut habet scriptura quæ
 dicit: Cōuerture anima mea in requiē tuā: qa dñs benefecit mihi. Pulchre dicit aīa **Ps. 114.**
 cōuerture: quasi diuturno cuiusq; operis sudore exercitæ ut a labore cōuertatur ad
 requiē. Cōuertit equ⁹ ad stabulū: ubi cursum impleuerit: nauis ad portū: ubi ad sta-
 tionē fidam a fluctuū mole subducitur. Sed quid est qđ ait: Ad requiē meā: nisi fm̄
 illud intelligas qđ ait dñs Iesus: Venite benedicti p̄ris mei: hæreditate possidete pa- **Matth. 25.**
 ratū uobis regnū a cōstitutione mundi: Tanq̄ em̄ possessionē hæreditariā de qua re-
 cipimus quæ pmissa sunt nobis: fidelis deus quæ semel seruis suis præparat nō sub-
 trahit. Si fides nostra maneat: manet & sponsio. Vide o homo circa te gratiā christi
 adhuc in terris quas teris: & in cælo possides. Ibi ergo sit cor tuū: ubi ē possessio tua.
 Hæc est requies quæ iustis debet: negat̄ indignis. Vnde ait dñs: Sicut iuravi in ira **Ps. 94.**
 mea: si introibunt in requiē meā. Qui em̄ non cognouerūt uias dñi: nō ingrediūtur
 in requiē dñi. Qui autē bonū certamē certauit: & cursum cōsummauit: ipsi dicitur:
 Cōuerture in requiē tuā. Bona requies præterire quæ mūdi sunt: & in illis quæ su-
 pra mundū sunt cælestiū consortijs requiescere secretorū. Hæc est requies ad quā
 pperauit dicens: Quis dabit mihi pennas sicut colūbæ: & uolabo & requiescā: Hæc **Ps. 54.**
 sanctus requiē suam nouit: ad hanc requiē conuertendū animæ suæ dicit: Erat ergo
 anima in requie sua: ad quā dicit esse redeundū. Hæc est requies sabbati magni
 ut unusquisq; sanctorū supra mundi sensibilia sit in illo intelligibili secreto tot⁹ intē⁹
 atq; adhærēs deo. Hæc est requies illa sabbati quo requieuit de⁹ ab omnib⁹ operib⁹
 mundi ist⁹. Feriatus his sæculi curis Theodosius se ereptū gaudet & eleuat aiam
 suam atq; ad illā perpetuā dirigīt requiē: pulchre sibi consultū asserens qđ eripuerit
 animā ei⁹ deus de morte: quā mortē frequēter in hoc sæculi ist⁹ lubrico sustinebat:
 inquiet⁹ fluctibus peccatorū: eripuerit etiā oculos ei⁹ a lachrymis. Fugit em̄ dolor &
 tristitia & gemitus: Et alibi habem⁹: Deleuit oēm lachrymā ab oculis eorū: & mors **Apoc. 21.**
 non erit amplius: neq; luctus: neq; clamor: neq; dolor. Si ergo mors non erit: lapsum
 sentire nō poterit in illa requiē cōstitutus: sed placebit deo in regione uiuorū. Non
 em̄ ut hic homo inuolutus est mortis corpore obnoxio lapsibus atq; delictis: ita &
 illic. Ideoq; regio illa uiuorum est: ubi anima est quæ ad imaginem & similitudinem
 dei facta est: nō caro figurata de limo: ideo in terram reuertit̄: anima ad requiē festi-
 nat supnā: cui dicit̄: Cōuerture aia mea in requiē tuā: In quā festinauit intrare Theo-
 dosius: atq; igredi ciuitatē hierusalē: de qua dictū est: Et reges terræ ferent gloriam
 suā in illam. Illa est uera gloria: quæ ibi sumit̄: illud regnum beatissimum qđ ibi possi- **2. Cor. 5.**
 detur: ad qđ festinabat Apostolus dicēs: Audemus ergo & consentim⁹: magis per-
 egrinari de corpore: & adesse ad dominū: & ideo cōnitimur siue absentes siue præ-
 sentes placere illi. Absolutus igit̄ dubio certamine fruitur nūc augustæ memoriæ
 Theodosi⁹ luce ppetua: trāquillitate diuturna: & p ijs quæ in hoc gessit corpore: mu-
 nationis diuinæ fructibus gratulat̄. Ergo qa dilexit augustæ memoriæ Theodosi⁹
 dñm deū suum: meruit sanctorū cōsortia. Et ego ut quidem sermonē meum p ora-
 tionē concludam: dilexi uirum misericordē: humilē imperio: corde puro & pectore

- Isa. 66.** mansueto præditū: Quale dñs amare cōsueuit dicēs: Supra quē requiescā: nisi supra humilē & mansuetū? Dilexi uirū qui magis arguentē q̄ adulatē pbaret. Strauit omne quo utebat in signe regiū: defleuit in ecclesia publice peccatū suū: qđ ei aliorum fraude obrepserat. Gemitu & lachrymis orauit ueniā. Qđ priuati erubescūt: nō erubuit imperator publice agere pœnitentiā: neq; ullus postea dies fuit quo nō illū doleret errorē. Quid q̄ præclarā adeptus uictoriā: tamē quia hostes in acie strati sūt: abstinuit a consortio sacramentorū: donec dñi circa se gratia filiorū exprimeret aduentu? Dilexi uirū qui me i supernis suis ultimo spiritu requirebat. Dilexi uirū qui cum iam corpore solueretur: magis de statu ecclesiarū q̄ de suis periculis angebat.
- Dilexi ergo fateor: & ideo dolorē meū intimo uiscere dolui: & plixiore sermonis p̄secutione solandū putauī. Dilexi: & præsumo de dño: qđ suscipiat uocē orationis meæ qua p̄sequor animā piā. Circūdederūt me dolores mortis: pericula inferni inuenerūt me. Multorū em̄ pericula sunt sed remedia paucorū. In omnib⁹ sacerdos periclitat: in omnib⁹ reis angit. Qđ em̄ alij patiūtur: ipse sustinet: & iterū liberat cū alij qui tenent periculis: liberant. Conteror corde quia erept⁹ est uir: quē uix possumus inuenire. Sed tñ tu solus dñe inuocandus es: tu rogādu: ut eū in filijs repræsentes. Tu dñe custodiens etiā paruulos: in hac humilitate saluos facito speratēs in te. Da requiē p̄fecto seruo tuo Theodosio: requiem quā præparasti sanctis tuis. Illo conuertat anima eius unde descēdit: Vbi mortis aculeū sentire non possit: ubi cognoscat mortē hanc nō hominis finē esse sed culpæ. Qđ em̄ mortuus est: peccato mortuus est: ut iā peccato loc⁹ esse nō possit: resurget autē: ut p̄fectior renouato munere uita reparet. Dilexi: & ideo p̄sequor eum usq; ad regionē uiuorū: nec deserā do: nec fletu precibus inducā uirū quo sua merita uocant in montē dñi sanctū: ubi penitis uita: ubi corruptelæ nulla cōtagio: nullus gemit⁹: null⁹ dolor: nulla cōsortia mortuorū: uera regio uiuentiū: ubi mortale hoc induat immortalitē: & corruptibile hoc induat incorruptionē: magna requies quæ uotū impleat diligentis: pulcherrima p̄missio. Ideo ceterisimus quartusdecimus psalmus inscribit. Deniq; supra in quarto decimo psalmo p̄fectionē hominis accepimus: sed illic formatus p̄fectus licet uir: sed adhuc peccato obnoxius quia uiuit in sæculo: Hic uera p̄fectio est: ubi iam culpa cessauit: gratia p̄petuæ quietis affulsit. Ideo centesimus quartusdecim⁹ psalmus quia remuneratio charitatis est: unde domini pascha quartadecima luna formā celebritatis accepit: qm̄ qui pascha celebrat: debet esse p̄fectus: debet amare dominū lesu: qđ diligens populum suū p̄fecta charitate: sese obtulit passioni. Et sic diligamus nos quoq; ut si necesse fuerit: p̄ domini nomine mortē non fugiamus: nullū existimem⁹
- 1. Cor. 15.** dolorē: nihil metuamus. P̄fecta em̄ charitas timorē expellit foras. Grande numeri mysterium: quādo pater filiū unicum p̄ nobis omnibus tradidit: cū pleno luminis sui orbe luna fulgeret. Ita est em̄ ecclesia: quæ pie pascha celebrat domini nostri lesu christi sicut luna p̄fecta in æternū manet. Quisq; bene hic dñi pascha celebrat: in lumine p̄petuo erit. Quis splēdidius celebrauit q̄ qui sacrilegos remouit errores: clu sit tēpla: simulacra destruxit: In hoc losias rex superioribus antelat⁹ est. Manet ergo in lumine Theodosius: & sanctorū coetibus gloriatur. Illic nunc cōplectitur Gratianū iā sua uulnera nō mœrentē: quia inuenit ultorē. Qui licet indigna morte præuētus ac præceptus sit: requiē animæ suæ possidet. Ille bonus uterq; & pietatis interpret: largi⁹ misericordiæ suæ cōsortio delectat. De quibus bene dicit: Dies diei eructat uerbū. Contra autē Maximus & Eugeni⁹ in inferno: quasi nox nocti idicat scientiā: Docentes exēplo miserabili qđ durū sit arma suis principib⁹ irrogare. De quib⁹ pulchre dicit: Vidi impiū sup̄exaltatū & eleuatū sup̄ cedros libani: & trāsiui & ecce nō erat. Transiuit em̄ pi⁹ de caligine sæculari ad lumē æternū: & nō erat impi⁹: qui esse desuit iniquus. Nunc se augustæ memoriæ Theodosius regnare cognoscit: qm̄ in regno dñi lesu christi: & considerat templū eius: Nūc sibi rex est: quādo recipit etiā filiū Gratianū: & pulchra iā dulcissima sibi pignora quæ hic amiserat: qm̄ eius flaccilla adhæret fidelis aīa deo: qm̄ patrē sibi redditū gratulat: qm̄ Cōstantino adhæret. Cui
- Ps. 114.**
- 1. Job. 4.**
- Ps. 18.**
- Ps. 36.**

licet baptismatis gr̃a in ultimis cōstituto oia peccata dimiserit: tñ q̃ primus impera-
 torū credidit: & post se h̃ereditatē fidei principib⁹ dereliquit: magni meriti locū rep-
 perit: cui⁹ tēporibus cōpletū ē illud p̃pheticū. In illo die erit qđ sup frenū equi ē san- Zacharie. 14.
 ctum dño oipotenti. Qđ illā sanctæ memoriæ Helena mater ei⁹ infuso sibi sc̃tō spiri-
 tu reuelauit. Beatus Cōstantin⁹ tali parēte: quæ imperāti filio diuini muneris quæsi-
 uit auxiliū: quo inter prælia quoq; tut⁹ assisteret: & piculū nō timeret. Magna fœmi-
 na quæ multo ampli⁹ inuenit qđ imperatori cōferret q̃ qđ ab impatore accipet. An-
 xia mater p̃ filio: cui regnū orbis romani cesserat: festinauit hierosolymā: & scrutata
 est locū dñicæ passionis. Stabulariā hanc primo fuisse asserūt: sic cognitā Cōstantio
 seniori q̃ postea regnū adept⁹ est. Bona stabularia quæ tā diligēter præsepe dñi req-
 siuit. Bona stabularia quæ stabulariū nō ignorauit illū q̃ uulnera curauit a latronibus
 uulnerati. Bona stabularia: quæ maluit existimari ster cora: ut christum lucrifaceret. Ps. 112.
 Ideo illū christ⁹ de stercore leuauit ad regnū: fm̃ qđ scriptū est: Quia suscitāt de ter-
 ra inopē & de stercore erigit pauperē. Venit ergo Helena: cœpit reuisere loca san-
 ctā: infudit ei spūs: ut lignū crucis req̃reret: accessit ad golgotthā & ait: Ecce loc⁹ pu-
 gnæ: ubi est uictoria: Quæro uel uexillū salutis: & nō inuenio. Ego inq̃t in regnis: &
 crux dñi in puluere: Ego in aulis: & in ruinis christi triūph⁹: Ille adhuc latet: & latet
 palma uitæ æternæ: Quō me redemptā arbitror: si redēptio ipsa nō cernit⁹. Video
 quid egeris diabole: ut gladi⁹ quo pemptus es: obstrueret. Sed Isaac obstructos ab
 alienigenis puteos eruderauit: nec latere aquā passus ē. Tollat̃ igit̃ ruina: ut uita ap-
 pareat. Promat̃ gladius quo ueri Goliæ caput est amputatū. Aperiat̃ hum⁹: ut salus
 fulgeat. Quid egisti diabole ut absconderes lignum: nisi ut iteꝝ uinceris? Vicit te
 Maria quæ genuit triūphatorē: quæ sine iminutione uirginitatis edidit eū: qui cruci-
 fixus uinceret te: & mortu⁹ subiugaret. Vinceris & hodie: ut mulier tuas insidias de-
 prehendat. Illa q̃si sancta dñm gestauit: ego crucē eius inuestigabo. Illa generatū de-
 cuit: ego resuscitatū. Illa fecit ut de⁹ inter hoies uideret: ego ad remediū peccatorū
 diuinū de ruinis eleuabo uexillū. Aperit itaq; humū: decutit puluere: tria patibula
 cōfusa repperit: quæ ruina cōtexerat: inimic⁹ absconderat. Sed nō potuit obliterari
 christi triūphus. Incerto h̃eret ut mulier: sed certā indaginē sanctus spūs inspirat:
 eo q̃ duo latrones cū dño crucifixi fuerint. Quærit ergo mediū lignū: sed poterat fi-
 eri: ut patibula inter se ruina cōfunderet: casus mutaret & iuerteret. Redit ad euan-
 gelij lectionē: inuenit q̃a i medio patibulo prælat⁹ titul⁹ erat: Iesus nazaren⁹ rex iudæ Job. 19.
 orū. Hinc collecta est series ueritatis: titulo crux patuit salutaris. Hoc est: qđ petēti-
 bus iudæis Pilat⁹ respōdit: Qđ scripsi scripsi. Id est: nō ea scripsi quæ uobis placerēt: Ibidem.
 sed quæ ætas futura cognosceret: nō uobis scripsi sed posteritati: p̃modū dicens:
 Habeat Helena q̃ legat: unde crucē dñi recognoscat. Inuenit ergo titulū: regē ado-
 rauit nō lignū utiq;: q̃a hic gētilis est error & uanitas impiorū. Sed adorauit illū q̃ pe-
 pendit in ligno: scriptus in titulo. Illū qui sicut scarabæus clamauit ut p̃secutorib⁹ suis
 p̃ctā donaret. Auida mulier festinabat tangere remedium immortalitatis: metuebat
 calcare sacramentū salutis. Læto corde & trepidātī uestigio quid faceret nesciebat.
 Pertēdit tñ ad cubile: ueritatis lignū refulsit: & gratia micuit: ut quia iam fœminā ui-
 sitauerat christus in Maria: spirit⁹ in Helena uisitare: docuit etiā qđ mulier ignora-
 bat: & deduxit in uia: quā mortalis scire nō poterat. Quæsiuit clauos quib⁹ crucifi-
 xus ē dñs & inuenit. De uno clauo frenos fieri præcepit: de altero diadema intexu-
 it: unū ad decorē: alterū ad deuotionē uertit. Visitata est Maria ut Euā liberaret: ui-
 sitata est Helena: ut impatores redimerent. Misit itaq; filio suo Cōstantino diade-
 ma gēmis insignitū: quas p̃ciosior ferro innexas: crucis redēptionis diuinæ gēma cō-
 neceret. Misit & frenū: utroq; usus est Cōstantin⁹: & fidē trāsmisit ad posteros re-
 ges. Principiū itaq; credentiū imperatorū: sanctū est qđ sup frenū: ex illo fides: ut p̃-
 secutio cessaret: deuotio succederet. Sapiēter Helena egit: quæ crucē i capite regū
 leuauit: & locauit ut crux christi i regib⁹ adoret. Nō insolētia ista sed pietas ē: cū de-
 fert̃ sacræ redēptiōi. Bon⁹ itaq; clau⁹ romani iperatoris: q̃ totū regit orbē: ac uestit

principū frontē: ut sint prædicatores q̄ p̄secutores esse cōsuerunt. Recte i capite clauus: ut ubi sensus est: ibi præsiidiū. In uertice corona: in manibus habena. Corona de cruce: ut fides luceat: habena quoq̄ de cruce: ut ptās regat: sitq̄ iusta moderatio nō iniusta præceptio. Habeant hoc etiā principes christi: sibi liberalitate cōcessum: ut ad imitationē dñi dicat̄ de imperatore romano: Posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. Ex illo gratulat̄ ecclesia: erubescit iudæus: non solū erubescit sed etiā torquet: q̄ ip̄e sibi auctor cōfusiōis ē. Dū insultat christo: cōfessus ē eū regē: dū regē iudæorū appellauit: sacrilegiū suum qui nō credidit cōfiterē. Ecce iquūt: Et crucifiximus Iesum: ut christiani & post mortē resurgant: & mortui regnēt. Nos crucifiximus quē reges adorant: quē nō adoramus: ipsi adorant. Ecce & clau⁹ in honore est: & quē ad mortē impressimus: remediū salutis est: atq̄ inuisibili quadā ptāte dæmones torquet. Putabamus nos uicisse: sed uictos fatemur. Iterū christus resurrexit: & resurrexisse eū principes agnouerunt. Iterū uiuit: qui nō uidef. Nunc maior nobis cōtētio: nūc pugna nobis uehemētior aduersus eū cui regna famulant̄: cui seruit potestas: illū cōtempsumus: quō regib⁹ resistemus: Ferro pedū ei⁹ reges inclinant. Reges adorant: & photiniani diuinitatē ei⁹ negāt: Clauū crucis ei⁹ diademati suo præferunt imperatores: & arriani ptāte eius iminuūt. Sed quæro quare sanctū sup frenū: nisi ut imperatorū insolentiā refrenaret: cōprimeret licentiā tyrannorū: qui quasi equi in libidines adhinnirent: q̄ liceret illis adulteria impune cōmittere: quæ neronū: quæ caligularū cæterorūq̄ p̄bra cōperimus: quib⁹ nō fuit sanctum sup frenū.

Quid ergo aliud egit Helenæ operatio: ut frena dirigeret: nisi ut omnib⁹ imperatoribus sancto dicere spiritu uideret̄: Nolite fieri sicut equus & mulus: Sed in freno & chamo maxillas eorū cōstringeret qui se nō agnoscerēt reges: ut regerēt sibi subditos: Prona em̄ ptās in uitii ferebat̄: & more pecudū uāga sese libidine polluebant. Ignorabant deū: restrinxit eos crux dñi: & reuocauit a lapsu impietatis: leuauit oculos eorū: ut christū in cælo quærerēt. Exuerūt se chamo pfidiæ: susceperūt frena deuotionis & fidei: secuti dicentē: Tollite iugū meū sup uos. Iugum em̄ meū suauē est: & onus meū leuē est. Inde reliqui principes christiani præter unū Iulianū: qui salutis suæ auctore reliquit: dū philosophiæ se dedit errori: inde Gratianus & Theodosius. Nō ergo mentita est p̄phetia dicēs: Ambulabunt reges in lumine tuo. Ambulabūt plane: ac maxime Gratian⁹ & Theodosius præ cæteris principes: nō iam armis militū sed meritis suis tecti: nō purpureum habitū sed amictū induti gloriæ. Qui cū hic delectarent̄ absolute multorū: quātomagis illic pepcisse se pluribus recedendo pietatis suæ recordatione mulcent̄: qui nunc luce fruunt̄ candida: longe meliora illic q̄ hic possidebant: habitacula consecuti dicentes: O israel q̄ magna est domus dñi: & q̄ ingens locus possessionis eius: magnus & non habens finē. Et p̄fūcti maximis laboribus inter se cōferunt: Bonū est uiro cum portauerit iugū graue a iuuentute: sedebit singulariter & silebit: quia portauit iugum graue. Qui em̄ iugū graue portauit a iuuentute: requiescit: postea remotus a turba præcipuū locū quietis suæ possidet dicens: Quā tu singulariter in spe cōstituisti me. Portauit iugum graue a iuuentute sua Laçarus paup: ideo singulariter in sinu Abraæ requiescit diuinæ testimonio lectionis. Portauit iugū graue Theodosius a iuuentute: qñ insidiabant̄ eius saluti q̄ patrē ei⁹ triūphatorē occiderāt. Portauit iugū graue: qñ subijt pietatis exiliū: qñ infusis romano imperio barbaris suscepit imperiū. Portauit iugū graue: ut tyrānos romano imperio demoueret. Sed quia hic in labore: ibi in requie. Sed iam ueniamus ad augusti corporis transmissionē. Fles honori germen augustū: & lachrymis pium testificaris affectum: q̄ in honorum adhuc honore tumuli patris corpus p̄ spatia multa transmittis. Sed & patriarcha Iacob p̄pter populum liberandū quem tetra fames graui urgebat periculo: relicta domo senex ad peregrina cōtēdit: atq̄ ibi defunctus ad sepulchrū patrium p̄ aliquot dies filio p̄sequente deduct⁹ est. Nec derogatū est aliqd̄ meritis ei⁹: sed magis accessit ad laudē: q̄ p̄ suis carens dedita dom⁹ sorte: quod dā supremi funeris peregrinatus est exilio. Fles etiā imperator auguste q̄ nō usq̄

P̄s. 20.

P̄s. 31.

Matth. 11.

Esa. 60.

Baruch. 3.

Ibr. 5.

P̄s. 4.

Luc. 16.

XXXV LIBER VI EPISTOLA XXXVI

constantinopolim reuerendas reliquias ipse psequeris. Eadem tibi causa nobiscum est: omnes iusto dolore psequimur: omnes si fieri posset: deductores tecum esse cuperemus. Sed Ioseph ad finitimam accessit puincia: hic multa interiacent regionum diuortia: hic maria transfretanda sunt. Nec hoc quidem tibi laboriosum: nisi te teneret respublica: quam boni imperatores & parentibus & filiis praetulerunt. Denique ideo te imperatore pater fecit: dominus confirmauit: ut non solum militares patri: sed omnibus imperares. Nec uereare ne in honore uideantur quocumque accesserint reliquiae triumphales. Non hoc sentit Italia: quae claros spectauit triumphos: quae a tyrannis iterum liberata cocelebrat suae libertatis auctorem. Non hoc constantinopolis quae secundo ad uictoriam principem misit: quem cum uellet tenere non potuit. Expectabat quidem in reditu eius triumphales solennitates & titulos uictoriarum. Expectabat totius orbis imperatorem stipatum exercitu gallicano: & totius orbis subnixum uiribus: Sed nunc illuc Theodosius potentior: nunc gloriosior redit: quem angelorum caterua deducit: quem sanctorum turba psequitur. Beata plane quae paradisi incolam suscipis: & habitatore supernae illius ciuitatis angusto sepulti corporis tenebris hospitio.

Sancti Ambrosij ad Eusebium episcopum: apparitori praefecturae offensam quam contraxerat esse remissam: Faustinumque paruulum tussi laborantem ad sororem uenisse referentis: Epistola. XXXV.

Mbrosius Eusebio episcopo. Apparitor praefecturae qui propter operas portuenses offensam contraxerat: iam in portu nauigat: oportune autem aduenit. Nam simul ut accepit litteras tuas uidi praefectum: rogavi pro eo: ignouit ilico: iussi retrahi epistolam quam de facultatibus eius publicandis dictauerat. Quod si tardius uenisset: nemo magis probasset inexplicabile illud opus esse portum reformandi: quam iste qui illic naufragium fecerat: nisi te habuisset gubernatorem: ut aliter non posset inde nisi nudus exire. Faustinus paruulus tussi laborat: ad sanctam sororem curatum uenit: & uenit sponte. Expertus enim est melius sibi uentrem curari. Denique & me medicum putat: expectat prandium. Itaque hic bis ad diem curat: & coeperat pulchre ualere: sed dum eum nimio amore abstinere gestit: tussire de uentre plus coepit & laborabit adhuc: nisi ad medicamenta sua reuertatur. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Liber Sextus.

Sancti Ambrosij ad Sabinum episcopum: eos qui indignum duxerint quam Paulinus uenditis facultatibus & saeculo relicto: secretum quoddam elegerit confutantis: & comprobantis quam non ignominiosum aut turpe: sed gloriosum sit opprobriosum: uile & nudum fieri pro christo: Quid etiam denotatio ipsius Dauid figurauerit exponentis: Epistola. XXXVI.

Mbrosius Sabino episcopo. Paulinum splendore generis in partibus aquitaniae nulli secundum uenditis facultatibus tam suis quam etiam coniugalibus in hos se induisse cultus ad fidem comperi: ut ea in pauperes conferat quae redigit in pecuniam: & ipse pauper ex diuite factus tanquam deoneratus graui sarcina: domui patriae cognationi quoque ualedicat: quo impeditus deo seruiat. Elegisse autem secretum affirmatur nolanae urbis: ubi tumultum fugitans: auum exigat. Matrona quoque uirtuti & studio eius proxime accedit: neque a proposito uiri discrepat. Denique transcriptis in aliorum iura suis praedijs: uirum sequitur: & exiguo illic coniugis contenta cespite solabitur se religionis & charitatis diuitijs. Soles eis nulla: & ideo meritorum posteritas desiderata. Haec ubi audierint proceres uiri: quae loquetur ex illa familia: illa profapia: illa indole: tanta praeditum eloquentia migrasse a senatu: interceptam familiae nobilis successionem: ferri hoc non posse. Et cum ipsi capita & supercilia sua radant: si quando Isidis suscipiunt sacra: si forte christianus uir attentior sacrosanctae religioni uestem mutauerit: indignum facinus appellat.

Equidem doleo tantam esse in mendacio obseruantiam: in ueritate negligentiam: ut confundantur plerique: attentiores ad sacrosanctam religionem uideri: non considerantes uocem dicentis: Qui me confusus fuerit coram hominibus: confundar & ego eum coram patre meo

Auct. 9

Exo. 2. qui est in cælis. Sed nō cōfusus est Moyses: qui cū esset ascit⁹ in domū regiā: thesau-
 2. Reg. 6. ris ægypti opprobriū christi præferendū putauit. Nō cōfusus est Dauid: qui ante
 Esa. 20. arcā testimoniū corā omni populo saltauit. Nō cōfusus est Esaias: qui nudus & dis-
 calciatus ibat p̄ populos oracula clamans cælestia. Quid utiq; tam deforme uisibili
 spectaculo q̄ histrionicos sinuare gestus: & foemineo usu mollire membra: Delitia-
 rū comes & luxuriæ ludibriū est lasciua saltatio. Quid illud qđ ipse cecinit dicēs:
 Ps. 46. Oēs gentes plaudite manib⁹: Nēpe si corporalia cōsiderem⁹: tanq̄ muliebribus in-
 termixtū choreis: putamus eū cōcrepare manib⁹: & turpi sono plaudere. Nā & de
 Ezech. 21. Ezechiel dictū est: Plaudite manu: & p̄cute pede. Sed hęc quæ corporeo aspectu fi-
 unt turpia: sacrosanctæ religionis cōtēplatione reuerēda sunt: ut q̄ ista reprehēdūt:
 2. Reg. 6. ipsi in laqueos reprehētionis animas suas induāt. Deniq; reprehēdit Michol saltan-
 tē Dauid & ait ad eū: Quid honorificat⁹ est hodie rex israel: q̄a denudat⁹ est hodie
 ante oculos puellarū suarū: Et respōdit ei Dauid: Corā dño ludam qui elegit me p̄
 patre tuo & p̄ uniuersa domo eius: ut cōstitueret me regem sup̄ populū suum isra-
 el. Et ludam corā dño: & denudabor adhuc sic: & ero nugax ante oculos tuos: & cū
 puellis quibus dixisti me denudatū: honorificabor. Nō erubuit igit̄ Dauid foemi-
 neas opīniones: nec opprobria apud mulieres subire p̄ religionis obsequio: uere-
 cūdatus est. Ludebat em̄ dño puer suus: & ideo amplius placuit: q̄a ita se humiliāuit
 deo: ut regale post haberet fastigiū: & ultimū exhiberet deo quasi seruulus ministe-
 riū. Deniq; illa quæ saltationē hmōi reprehēdit: sterilitatis dānata non dedit sobo-
 lem regiam: ne sup̄bos crearet: & qđ uerū est: nullā est adepta posteritatis suæ meri-
 torūq; lucessionē. Q̄ si quis adhuc dubitat: accipiat euangelicū testimonium. Di-
 Matt. 11. xit em̄ dei filius: Cantauimus uobis & nō saltastis. Derelicti sunt itaq; iudæi qui non
 saltauerūt: qui nescierūt manibus suis plaudere. Ascitæ sūt gētes quæ spiritalē deo
 Eccl. 4. plausum dederunt. Stultus em̄ cōplexus est manus suas: & deuorauit uiscera sua: id
 est: corporalib⁹ se implicauit negociis: & deuorauit uiscera sua sicut mors præualēs:
 & ideo nō inueniet uitā æternā. Sapiens aut̄ attollens opera sua: ut luceret corā pa-
 tre suo qui in cælis est: nō assūpsit sed eleuauit uiscera sua usq; ad resurrectionis gra-
 tiā. Hęc gloriosa sapientis saltatio: quā saltauit Dauid: & ideo usq; ad sedem christi
 sublimitate spūalis saltationis ascendit: ut uideret atq; audiret dicentē dominū dño
 Ps. 109. suo: Sede a dextris meis. Ergo si nō absurde cecidisse nobis hęc de saltatiōe inter-
 pretationē iudicas: nō sup̄sedeas adhuc lectionis laborē: ut etiā de Esaiā mecū recē-
 sas qđ bene tibi cognitū est illum nō ludibriose sed gloriosissime denudatū eē in cō-
 spectu populorū occurstantiū: utpote qui oracula domini ore pprio resultabat. Sed
 forte aliq; dicat. Nō igit̄ erat turpe: ut uir nudus oīno iret p̄ populos: cū ei & uirilis
 sexus & muliebris occurreret: Nō ipsa species offēdebat oculos omniū: & maxime
 mulierū: Nōne ipsi nos inspicere nudos plerūq; reueremur: Deniq; idcirco idumē
 tis operiunt genitalia hominū: ne deformi uisu obtutū acieq; p̄stringant oculorū in-
 tumentium. Acquiesco & ego: sed cōsidera quæ figura sit facti huius: quidue præten-
 tē deducti: sicut puer inquit meus Esaias uadit nudus & excalciatus. Potuit quidem
 hoc & sermone exprimere: sed exēplo acerbare maluit: ut species ipsa plus incute-
 ret horroris: & qđ in p̄phetæ corpore aduersabant: in se ptimesceret. In quo igitur
 horror grauior turpitudinis: in corpore p̄phetæ: an in pfidorū peccato qđ tāta me-
 ritis suis erūnā incidit captiuitatis: Quid si in p̄phético corpore nihil opprobriū:
 Ille em̄ corporalibus nō intēdebat sed spiritalibus. Nāq; in excessu mentis nō di-
 Ps. 84. cit: Audiam quid loquar: sed quid loquat̄ iu me de⁹. Neq; attēdit utrū nudus: an ue-
 Gen. 3. stitus sit. Deniq; Adam ante peccatū nudus erat: sed nudū se nesciebat: q̄a erat in-
 Ibid. 9. dutus uirtutib⁹. Posteaq; uero peccatū cōmisit: nudū se esse uidit & texit. Noe nuda-
 tus erat sed nō erubescibat: quia erat plenus iocūditatis & spūalis læticiæ. Deniq; q̄
 Ibid. 39. eū risit ut nudū: ipse māsit perpetuæ obnoxio⁹ opprobrio turpitudinis. At uero Ioseph
 ne turpiter nudaret: uestē reliquit & nudus aufugit. Quis igit̄ turpis: illa quæ uestē

alienam tenuit: an is qui suam exiit? Sed ut plenius liqueat: quia non se: neque ea quae iuxta pedes sunt: prophetæ aspiciunt sed caelestia: Lapidabatur Stephanus: & uidebat caelos apertos & Iesum ad dexteram dei stantem. Et ideo lapidum ictus non sentiebat corpori: non considerabat uulnera: sed oculis erat christo affixus: illi adhaerebat. Ergo & Esaias nudum se non conspicabatur sed diuinæ uocis organum se præbebat: ut promeret quod in eo loquebatur deus. Sed esto ut se uideret: poterat non facere quod iubebatur? Poterat turpe arbitrari quod imperabat deus? Sara quia risit: incredulitatis coarctata est. Abraam laudatus quia in uerbo dei non hæsitauit. Et donatus remuneratione maxima: quia iubente deo pie posse fieri credidit etiam paricidum. Hic igitur quod uerecundiæ esset prophetæ: ubi aliud gerebatur & aliud figurabatur? Iudæi propter flagitia sua destituti domino deo: coeperant uinci ab aduersariis suis: conferre se uolebant ad ægyptios: ut sibi essent præsidio aduersum assyrios: qui redire magis ad fidem si bonis consulerent debuissent. Iratus dominus significat uanam illos spem gerere: qui offensam domini putarunt maiore peccato leuandam: cum illi ipsi uincendi forent: in quorum auxilijs populus iudæorum confideret. Hoc secundum historiam. Figura autem illa: quia in ægyptijs confidit qui luxurijs deditus est: mancipatus lasciuiae. Nemo autem se luxui committit nisi qui recedit a præceptis dei ueri. Vbi autem coeperit quis luxuriari: incipit deuiare a fide uera. Ita duo maxima committit crimina: opprobria carnis: & mentis sacrilegia. Ergo qui non sequitur dominum deum suum: ingurgitat se luxuriæ ac libidini pestiferis corporis passionibus. Qui autem se ingurgitauerit atque immerferit huiusmodi uolutabris: perfidiæ laqueos incurrit. Sedit enim populus manducare & bibere: & fieri sibi deos poposcit. Vnde docet dominus quoniam qui duobus istis flagitiorum generibus dederit animam suam: exiit indumento non uestis lanæ sed uiuidæ uirtutis: cuius amictus non temporalis sed æternus est. Vale & nos dilige quia nos te diligimus.

Act. 7.

Esa. 20.

Gen. 18.

Ibidem 15. et 22

Exo. 32.

Sancti Ambrosij ad Chromatium: ex illo quod in libro Numerorum a Balaam dictum esse legitur: Quia non mentitur deus: Nec est augurator in israel: discutientis unde habuerit iste qui augur erat ut oraculum dei loqueretur & futura manifestaret. Epistola. XXXVII.

Mbrosius Chromatio. Nunquid nam mentitur deus? Sed non mentitur: quia impossibile est mentiri deum. Impossibile quoque istud nunquid nam infirmitatis est? Non utique. Nam quomodo omnia potest: si aliquid efficere non potest? Quid ergo ei impossibile? Non quod uirtuti arduum sed quod naturæ eius contrarium. Impossibile inquit est ei mentiri. Impossibile istud non infirmitatis est sed uirtutis & maiestatis. Quia ueritas non recipit mendacium: nec dei uirtus leuitatis errorem. Ideoque sit deus uerax: omnis autem homo mendax. Veritas itaque semper in eo est: fidelis manet: mutare se & negare non potest. Si enim uerum se negat: mentitur. Mentiri autem non uirtutis sed infirmitatis est. Nec mutare se potest: quia natura eius non recipit infirmitatem. Hoc igitur impossibile eius: plenitudinis est: quæ minuere se & augere non potest: non infirmitatis quæ in eo quod se auget: imbecilla est. Ex quo colligitur impossibile dei potentissimum esse. Quid enim potentius quam nescire quicquid infirmitatis est? Est tamen & aliud infirmum dei quod fortius est hominibus: & stultum dei quod sapientius est hominibus: sed hoc crucis: illud diuinitatis. Si ergo quod infirmum eius: potentia est: quod potentia: quomodo infirmum est? Sit igitur nobis positum: quia non mentitur deus. Sed nec augurator augurij in israel: secundum legem dei.

1. Cor. 1.

Numeri. 23.

Quomodo ergo Balaam prohibuit se oraculo dei dicit ut uadat ad maledicendum populo israel: & iuit & occurrit ei angelus domini qui eum prohiberet progere: ita ut obsteret asinæ eius quæ uehebat eum. Et nihilominus & ipse dixit ei ut iret: sed hoc diceret quod sibi infunderet? Si augurator non est in israel: unde isti oraculum dei quod futura manifestauit: qui augur erat? Si oraculum dei loquebatur: unde meritum diuinæ aspiratiōis assumpsit? Sed non mireris ifusum auguria domino quod loqueret: quoniam ifusum legis in euangelio etiam principi synagogæ unum ex persecutoribus christum: Quia oportet unum hominem mori pro populo. In quo non prophetia meritum: sed assertio ueritatis est: ut aduersariorum

Job. 11.

testimonio manifestaret: quo perfidia non credentium: uocibus suorum augurum redargueretur. Ideo Balaam ille chaldaeus ascit ad fidem: ut chaldaeorum superstitione conticesceret. Non igitur confitentis meritum: sed uocantis oraculum est reuelante dei gratia. Quid igitur contraxit offensionis: nisi quia aliud loquebatur: aliud machinabatur: Deus enim uas mundum requirit: non immundicia inquinatum & sordibus. Tentabat igitur Balaam: non probabatur. Erat enim plenus fallaciae ac doli. Denique cum primo consulisset utrum ad illum uanitatis populum deberet pergere: & prohibitus esset: excusauit: postea missis legatis honorationibus: promissisq; superioribus: muneribusq; cumulationibus illectus: quod renunciare debuerat: iterum consulendum putauit: quasi deus precio aut muneribus inflecteret. Responsum est quasi auaro: non quasi ei qui uerum quaereret: ut illuderet potius quam informaretur. Coepit ire: occurrit ei angelus in angusto: demonstrauit se asinae non demonstrauit auguri. Ille se reuelauit: istum obtriuuit: tamen ut aliquando & ipse cognosceret: aperuit oculos eius: uidit: & adhuc tamen non credidit euidenti oraculo: & qui uel oculis credere debuisset: inuoluta & ambigua respondit. Tunc indignatus dominus per angelum dixit: Vade: sed quaecumque tibi inspirauero: haec dices: id est: non quae uis sed quae cogis loqui. Quasi organum inane sonum meis praebebis sermonibus: Ego sum qui loquar non tu: qui ea quae audieris resultabis & quae non intelliges. Nihil proficies eundo qui sine mercede remeabis pecuniae & sine profectu gratiae. Denique ea prima uox eius est: Quid maledicam cui non maledicit deus? Ut ostenderet non in sua uoluntate esse benedictionem hebraei populi sed in dei gratia. A summis inquit motibus conspiciam eum: quoniam non oculis comprehendere possum hunc populum qui habitabit solus fines suos: non locorum possessione determinans: sed uirtutis incolatu & morum singularium proprietate: in aeterna diffundens saecula. Quis enim annumerabit ei de nationibus alijs: qui finitimorum populorum excedit consortia iusticiae sublimitate: quis constitutione generationis eius colliget? Corpora quidem eorum humanis seminibus concreta & figurata aduertimus: sed de superioribus & mirabilibus seminarijs animae eorum pullulauerunt. Moriamur anima mea in animis eorum: moriamur hanc corporalem uitam: ut in animis iustorum illius aeternae uitae adipiscatur gratiam. In quo iam tunc sacramenti huius caelestis: & sacri baptismatis reuelata est magnificentia: per cuius operationem moriuntur homines culpae ueteri & iniquorum operibus: ut nouitate uitae in consortia iustorum transfigurati: in eorum mores resurgant. Et quid mirum de hominibus: cum moriantur peccato: ut deo uiuant? Haec audiens Balach indignatus est dicens: Ad maledicendum te adduxi: & tu benedixisti? Respondit ille: Calumniam patior de eo quod nescio. Ego enim nihil meum loquor: sed quasi cymbalum tinniens sonum reddo. Iterum alio atque alio transductus: cum uellet maledicere: benedicebat. Non est labor in iacob neque dolor: deus illum protegit. Et infra. Iubet parari aras septem & sacrificia. Utique debuit discedere: sed per infirmitatem mentis: & mutabilem sententiam putabat quod auertere posset dei uoluntatem. Ipse autem per excessum mentis aliud cupiebat & aliud loquebatur. Quae speciosa inquit habitacula tua o hebraeorum militia. Tabernacula tua sicut nemora obumbrata: sicut paradysus supra fluuium: & sicut cedrus secus aquas. Exhibet homo ex iacob: & obtinebit multas gentes: & attolletur regnum eius in altum: in terris quoque extendet principatum suum in aegyptum. Qui benedicent eum benedicentur: & qui maledixerit ei: maledicti erunt. Quem igitur nisi christi populum significat & benedicat deus? In cuius medullas uerbum dei descendit: usque ad diuisionem animae artuum quoque & medullarum: In quo habuisset Balaam gratiam domini: si id ex sententia & affectus sui proposito fecisset. Sed quia reuincit mala mens consilijs suis: & occulta animi produntur exitu: ideo sequentibus insidijs animus eius aperit. Unde & dignam mercedem suam inuenit maliuolentiae. Nam cum aduerteret quod non posset in excessu mentis positus maledicere: dat consilium regi dicens: Illa sint oraculorum: quae deus praecipit: accipe concilium aduersus oracula dei. Populus iste iustus est: habet protectionem dei: quia non diuinationibus & augurijs sese dedit: sed soli aeterno deo: ideo ceteris fide praestat. Interdum tamen & fideles mentes corporis labuntur illecebrae & formae lenocinio. Sunt tibi mulieres plurimae: & pleraeque non indecores pulchri

Numeri. 23.

Ibidem. 24.

Deb. 4.

tudine. Virilis aut̄ sexus nullo magis lubricus q̄ muliebri decore cito capitur: & maxime si ardor mentiū alloquijs inflametur frequētibus: & quasi facibus inardescat: si spem pontiendi hauriat: affectū deferat. Iaciant igitur mulieres tuæ uocibus suis hamos: nec difficiles primos cōgressus suos præbeant: sed & uisu faciles & dictū affabiles circūerrent: & toto se circūfundant exercitui: atq; arte hos tractent uiros: ut cōtūcubitu nō indulgeant: nisi amoris mutui fidē confortio sacrilegij cōprobauerint. Sic enim poterunt cælesti protectione destitui: si ipsi a dño deo suo sacrilegij deuiauerint. Nō igit̄ iustus Balaam: utpote cōsiliarius fornicationis & sacrilegij. Sicut euidēter etiā in Apocalypsi scriptū Iohānis euangelistæ est: dicente dño Iesu ad angelum ecclesiæ pergamini. Habes illic tenētes doctrinā Balaam: qui docebat Balach mittere scandalum corā filijs israel: manducare immolata & fornicari. Ita habes & tu tenentes doctrinam nicolaitarū. Quo apparet inde manichæorū sacrilegia manasse: qui miscent atq; adiungunt sacrilegiū turpitudini. Ergo nec deus iniustus: nec mutabilis eius sentētia. Deprehēdit em̄ mentē eius & occulta cordis: & ideo tētauit eū quasi diuinū: non elegit quasi pphetam. Et utiq; uel tantorū oraculorū gratia: & reuelationū sublimitate conuerti debuit: sed anim⁹ nequiciæ plenus uerba pmpfit: nō si dem detulit: cōsilijs infirmare cupiens qđ annūciabat futurum. Et quia oracula fraudare nō poterat: cōsilia fraudulenta subministrabat: quib⁹ leues populi iudæorū tētati quidē sunt: sed nō expugnati. Vnius em̄ uiri sacerdotis iusticia solutū est omne facinorosi hominis consiliū: multoq; mirabilius p̄ unum hominē potuisse liberari exercitum patrū q̄ potuisse decipi. Hoc munusculū sanctæ menti tuæ transmisi: quia uis me aliquid de ueterū scriptorum interpretatiōib⁹ paginare. Ego autē assumpsi epistolas familiari sermone attexere redolētes aliquid de patrū moribus: quarū gustum si pbaueris: post hæc bmoī mittere non uere cūdabor. Malo em̄ senilib⁹ uerbis de supernis rebus allucinari tecum: qđ græce dicunt ἀδολεσχέισ ληξή ληνσ αμισαχέισ τομάδιον ἀδολεσχέισ θά. ut enitente Rebecca futuræ ecclesiæ animo uidens mysteria: malo inquā allucinari tecum uerbis senilibus: ne uidear artem desisse: q̄ concitatoribus deflare aliquid iam nec studijs nostris aptū nec uirib⁹. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Apoc. 2. 1

Sancti Ambrosij ad Horontianū: rationē huic quæstioni reddētis: Cur prius omnia uel uolatilia uel terrestria uel quæ in aquis sunt pducta fuerint: q̄ homo propter quē cuncta illa creata sunt formare? Ep̄la. XXXVIII.

Mbrosius Horontiano. Mouerit te insinuasti mihi lecto hexaemero qđ ipse scripsi. Quia cū tantū diuinæ scripturæ serie uel stilo sermonis mei collatū aduerteres homini quantū nulli in hac terra animantiū: prius omnia uel uolatilia: uel terrestria: uel quæ in aquis sunt pduxerit terra uel aqua: q̄ homo propter quē illa creata sunt generare? Eiusq; rei rationē de me requirere quā & Moyses siluerit: & ego nō aulim attingere. Et forte ille oraculi interpretis diuini consilio contuerit: ne cælestis dispositionis arbitrū se & consiliariū præstare uideret. Aliud est enim loqui qđ infundebat a dei spiritu: aliud uoluntatē dei interpretari. Nos autē nō quasi interptes dei: sed quasi ex usu humano rationis seminaria colligētes: existimamus posse nos ex eo qđ humano usui in cæteris rebus ipse dñs infuderit: opinari: qm̄ decuit hominē postremū creari. Etem̄ qui conuiuū adornat: ut ille euangelicus diues (Oportet em̄ diuina diuinis cōferamus: quo melius colligere possim⁹.) utiq; omnia prius præparat: tauros & saginata occidit: & tunc amicos ad coenā inuitat. Prius ergo quæ leuiora sunt parantur: & tunc rogat honoratior. Vnde & dominus homini ante animalū cæterorū præparauit epulas: tunc ipsum quasi amicū ad suum uocauit cōuiuū. Et uere amicū quasi charitatis diuinæ participem & hæredē gloriæ. Deniq; ipse dicit: Amice quō huc uenisti ad nuptias: Præcedentia ergo ministeria sunt: amicusq; postremus rogat. Accipe aliud. Quid est mūdus nisi quidam agon plenus certaminū: Vnde & in Apocalypsi dñs ait: Vincēti dabo coronā uitæ. Et Paulus ait: Certamen bonum certauī. Et alibi: Nemo nisi qui legitime certauerit

Matt. 22.

Ibid.

Apoc. 2.
2. Timoth. 4.
Ibid. 2.

b

- coronatur. Huius agonis instaurator utiq; omnipotēs deus est. Qui igitur agonē suscipit in hoc sæculo: nōne omnia præparat quæ agonī sunt necessaria: & tunc atq; letas uocat paratis præmiorū infulis certaturos ad coronā: ne morā patiatur qui uicerit: sed præmio donatus recedat: Præmia ergo hominis: terrarū fructus sunt & cæli lumina. Illa ad uitæ præsentis usum: hæc ad spem uitæ æternæ. Quasi athleta igitur postremus ingreditur in agonē: erigit ad cælum oculos: uidet quia & cælestis creatura uanitati subiecta est nō spōte: sed ppter eum qui subiecit in spe. Videt quia omnis creatura congemiscit expectans redemptionē. Videt quia omnis manet labor: erigit oculos: uidet coronas luminū: lunæ & stellarū globos considerat. Quoniā iusti qui uicerint: erunt sicut stellæ in cælo. Et castigat corpus suum: ne sibi aduersetur in certamine: ungit oleo misericordiæ: exercet diurna uirtutis palæstra: puluere se oblitit stadij currit non quasi in incertū: iētus dirigit: lacertos excutit: sed nō inuacuum: pcutit aduersarium quē non uidet: quia illum solū attendit: cui cedūt omnes etiam qui nō uidentur: in cuius nomine ptates aeræ diuerberant. Ille ergo iētum librat: & christus pcutit. Ille calcē leuat: & christus in uulnus dirigit. Deniq; & si non uidebat Paulus quos cæderet: nō quasi aera tñ cædebat: quia in christi prædicatione omnes spirituales nequicias quæ sibi aduersabāt cōuulnerabat. Nō imerito ergo postremus homo ingressus est stadiū: cui parabat corona: ut eum præcederet cælum quasi sui præmiū. Sed non solū aduersus nequiciæ spiritualia quæ sunt in cælestibus: sed etiā aduersus carnē & sanguinē lucta nobis: lucta aduersus satietatē: lucta cū ipsis frugibus terræ: lucta cum uino quo etiā iustus inebriatus est: quo etiā integer iudeorum exercitus supplantatus est: Lucta cū feris bestiis: lucta cū uolatilibus cæli: quibus caro saginata nō redigitur in seruitutē. Lucta cum periculis itinere: periculis fluminū: ut ait Paulus: Lucta cū uirgultis arborū quibus cædebant apostoli. Vides quanta certamina. Terra ergo exercitiū est hominis: cælum corona. *A.* ut quasi amicū igitur præcedere debuerūt ministeria: aut quasi athletam corona & præmia. Spectata aliud. In omnibus reb; præstantiora sunt principia & finis. Si domū cōsideres: portiora omnibus fundamēta & culmina: si agrum: satio & messis: plantatio & uindemia. Quocūda insitua arborū: quæ fructus uotiuū. Ita ergo & cælū primo est conditū: nouissimus homo quasi quædā cælestis in terris creatura. Nam & si corpore cū bestiis confert: animo tamē cælestibus annumerat. Sicut em̄ portauimus imaginē terreni ita portamus & imaginē cælestis. Quō non cælestis qui ad imaginē & similitudinē factus est deus: Recte ergo in constitutione mundi: primum cælum & nouissimū cælum: in quo quod ultra cælum est: deus cæli est. Deniq; de eo magis accipit: Cælū mihi thronus. Non em̄ deus supra elemētum sedet sed in corde hominis. Vnde & domīnus ait: Veniemus ad eū & mansionē apud eū faciemus. Principiū ergo operis mundani cælum: finis homo. Cælum de mūdo: homo supra mundū. Illud em̄ mundi portio: iste paradisi incola: christi possessio. Cælū icorruptibile putat & præterit: homo corruptibilis habet & in corruptionē induit. Illius figura perit: iste quasi immortalis resurgit. Vtrūq; tñ manus dñi fecerunt s̄m scripturæ auctoritatē. Sicut em̄ de cælis legimus: Et opera manū tuarū sunt cæli: ita & homo dicit: Manus tuæ fecerunt me & plasmauerūt me. Similiter quoq; enarrant dei gloriā: & ut cælū stellarū fulget splendoribus: ita & hoies meritorū luminibus micant: quorū opera corā patre suo lucent: qui est in cælis. Firmamentū cæli supnū illud: hoc quoq; nō dissimile firmamentū: De quo dictū est: Sup hanc petrā ædificabo ecclesiam meā. Illud firmamentū elemētorū: hoc uirtutū. Iam illud præstantius suxerūt oleū de firma petra. Petra em̄ caro christi: quæ cælum & totum mundū redemit. Quid illa attexam: & quasi toto stadio te urgeam: quæ hominē deo diuinæ fecit consortē naturæ: sicut in epistola Petri legimus. Vnde nō imerito quidā ait: Cuius & genus sumus. Dedit em̄ nobis de congnatione sua rationalis scilicet naturæ: ut quæramus illud diuinū quod nō longe est ab unoquoq; nostrū: in quo & uiuimus & sumus & mouemur. Cū itaq; cōtulisset hōi quod est gratiarū maximū: quæsi charissimo & domestico animati cōcessit ea quæ in hoc
- Ro. 8.**
- Ep̄. 6.**
- 2. Cor. 11.**
- 1. Cor. 15.**
- Job. 14.**
- Ps̄. 101.**
Ps̄. 118.
- Matt. 16.**
- 2. Petri. 1.**
- Eccl. 17.**

LIBER VI EPISTOLA XXXVIII

mundo sunt omnia: ut nullius indigeret quod esset necessarium uel ad uitam uel ad bonam
 uitam. Quorum alia ministraret abundantia copiarum terrestrium ad uoluntatis perfectionem:
 alia cognitio secretorum caelestium: quae mentem inflammaret hominis amore & de
 siderio disciplinarum. Per quas ad sublime illud diuinorum penetratum possimus pueni
 re. Vtrumque igitur praestantissimum: ut & subiectas haberet omnes mundi opes: omnia
 uolatilia terrestria: etiam pisces & usum maris: tanquam rex elementorum. Ac sine labore: si
 ne indigentia: ad imitationem & similitudinem uenerandi auctoris abundaret omnibus:
 atque in summa degeret copia: & uias sibi aperiret gradusque admoueret: per quos ad cae
 li ascendat regiam. Cuius difficilis itineris uiaorem non facile reperies: illum uirum qui
 ita sit animi inductione formatus ac uoluntate: ut minima sibi cum suo corpore sit fa
 miliaritas: neque in ullum ingrediat uitiorum contubernium: nullis assentantium pumice
 sermonibus. Neque in rotis secundorum temporum positus humiles fastidiat: moesta fu
 giat: sanctorum laudes excutiat atque eleuet. Neque gloriae ardore aut pecuniae praesum
 ptae spei omnem exurat cupiditate: Cuius animum non inflectat moestia: non frangat iniu
 ria: nulla sollicitet suspitio: libido non excitet: non expugnent passiones corporis: non
 inquietet uanitatum appetentia: uoluntatum gratia. Iam si adiugas ei uirtutes: castimo
 nia: sobrietatem ac temperantiam: facile refrenare potes sit immoderatos impetum le
 uium passionum: mensuramque imponat delectationibus suis & cupiditatibus. Aequitate
 ambigua distinguat: tranquillitate mentis dubia componat. Et uelut compositis omnibus
 corporis & mentis iurgijs quasi bono arbiter inoffensam teneat exterioris hominis
 atque interioris concordiam placidans eos in semetipso: ac si causa exigat: nullus eum ma
 lus consiliarius reuocet metus a passionis corona: Is plane non solum quasi amicus sed
 etiam quasi filius assumetur a patre: ut diuitias gloriae & hereditatis eius adipiscatur.

Merito ergo postremus quasi finis naturae formatus ad iusticiam inter caetera anima
 iusti arbiter. Et si licet exemplum arcessere: sicut inter homines finis legis christus ad
 iusticiam omni creditur: & nos tanquam iumenta contemplatione domini. Sic enim propheta ait:
 καὶ τὴν μωδὴν ἡ ἐ γέμνηθην παρὰ σοί. id est: iumentum existimat sum apud te. Et quae tan
 quam comparatio: cum ille peccates redemerit: nos imolem. Ille seruos ad libertatem uocauerit:
 nos liberis irrogemus captiuitatem. Sed quis similis deo processit? Tamen postremus crea
 turarum omnium homo: specie gratus: mente sublimis: ut omni esset creaturae miraculo.
 In quo ad similitudinem aeterni dei μωδὴ esset inuisibilis: humana specie amictus. Hinc
 est μωδὴ animae uigor principatum aiae & corporis sibi quasi rector uendicans. Quae
 etiam si non uidet animalia caetera: tamen reformidant: sicut nos deum: quae quia non uidemus
 timemus: & eo plus metuimus: quia non uidemus. Namque ut ad imaginem eius & simi
 litudinem: sicut scriptum est: praesumamus dicere: cum ille se fundat maiestatis suae pleni
 tudine: & uideat omnia: caelum: aere: terram: mare: complectens uniuersa & penetrans
 per singula: ut eum nihil praetereat: & nihil sit quod non consistat in eo: atque ex ipso pende
 at: & ipsius plenum sit: sicut ipse ait: Caelum & terram ego compleo: dicit dominus. Ita μωδὴ ho
 minis uidet omnia & non uidet: habens sui inuisibilem substantiam: disciplinis & consilijs
 ac sensibus comprehendit latentia: penetrat occulta maris: atque omnium diffusa terrarum
 latibula utriusque scrutator naturae: ad similitudinem dei summi: quae imitatur & sequitur:
 cuius imago per exiguis portioibus in singulis figuratur. Eleuans quoque se in aere: & ei
 nubilosa praetergrediens: ad caeli alta se dirigit: studio cognitionis & ardore sapien
 tia: ubi paulisper stupefactus admiratione stellarum caelestium: & luminum delectatus
 claritate: prospiciens desuper mundana ista: conferens quoque se ad haesperum atque arcturum
 & caeteros illos α πλάμεις πλάμητας: & uidens quod infensus ille sit error quae sine er
 rore quo magis omnia obeunt: intexere atque oberrare uideant: maiore se cupidita
 te attollit ad ipsum gremium patris: in quo est unigenitus dei filius enarrans secreta dei
 & facie ad faciem postea reuelanda. Hunc tamen quibus dignatur: ex parte demonstrat atque
 in aenigmate: simulque de spiritu & uultu suo splendore luminis: more torrentis effun
 dit: ut eo illuminatus dicat: Et erat ignis flammigerans in ossibus meis & dissolutus sum
 undique & ferre non possum. Et Dauid ait: De uultu tuo iudicium meum pdeat.

Ro. 10.

Ps. 71.

Hiere. 29.

Hoc Ps. 16.

LIBER VI EPISTOLA XXXIX

Igitur mentis uigore ut reuertar unde digressus sum quo & externa subigit: & separata & distantia uidet: & ualidiora uiribus animalia subiicit: tanta cæteris ueneratio- nem sui infundit: ut certatim quasi regi obediant: uoci eius obsecudent. Et cum sint irrationabilia: rationem agnoscant: & disciplinam eam imprimat quæ natura non tribuit.

Denique uidentes feræ eius mansuetudine: eius imperio mansuescunt. Sæpe suspenderunt morsus suos reuocante sono uocis humanæ. Videmus innoxio canem dente lepores sine uulnere capti. Leones quoque ipsos si uox hominis resultauerit: prædam dimittere. Pardos atque ursos incitari ac reuocari uocibus: equos plausu hominum fremere: silentio mollire cursum. Denique sæpe sine uerbere prætereunt uerberatos. Ita uehemētius illos incitat linguæ flagellum. Quid uero de muneribus loquar? Nutrit aries uellera ut placeat homini: atque in fluuio mersatur: ut nitorem augeat. Oues quoque meliora pabula legunt: ut suauiore succo lactis facta distendant ubera: subeunt partus dolores: ut homini sua munera ferant. Tauri depresso sulcis per totum diem aratro gemunt. Cameli præter subeundi oneris obsequia tondedos se exhibent ut arietes: quo uelut regi diuersa animalia tributum suum conferant pendatque uectigal annuum. Equus tanto se iactans equite glomerat gressus superbos: atque ad domini ascensum dorsa sinuatus herili terga substernit sedili. Sed ne forte adhuc moueat quod nouissimus homo factus sit: idem equus nos doceat non ad contemptionem referendum esse sed honorem. Portat posteriorem suum nec despicit sed reformidat: & per diuersa eius suo circumfert labore. Vno momento homo longinqua obit: circumerrat distantia: tum equis singularibus: tum quadrigis triumphalibus. Et quoniam triumphales memorauimus quadrigas: necesse est atexamis currus Heliae: quibus per aera uectus est. Currus elephatorum quibus homo uictor assistens: cum sit postremus: priores regit. Sic quoque gubernator nauis in puppi sedet: & totam nauem gubernat. Vnde puto illud non ociosum esse in euangelio quod dominus Iesus in puppi dormiebat: denique excitatus imperauit uento & mari: & sedauit tempestatem. Ostendens ideo se nouissimum uenisse: quia gubernator ueniret. Vnde Apostolus ait: Factus est primus homo Adam in animam uiuentem: nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. Sed non prius quod spirituale est sed quod animale: deinde quod spirituale. Et addidit: Primus homo de terra terrenus: secundus homo de caelo caelestis. Recte ergo nouissimus quasi totius summa operis: quasi causa mundi: propter quæ facta omnia: quasi omnium habitator elementorum inter feras uiuit: cum piscibus natat: super aues uolat: conuersatur cum angelis: terram inhabitat: & caelo militat: sulcat mare: aere pascitur: cultor soli: uiator profundis: piscator in fluctibus: in aere auceps: in caelo hæres: christi cohæres. Hæc secundum industriam. Accipe etiam quod supra hominis substantiam: Moyses imo ambulauit mari: in summo apostoli: Abachuc sine penis uolauit: Helias in terris uicit: in caelo triumphauit. Vale fili: & nos dilige: quia nos te diligimus.

1. Cor. 15.

Sancti Ambrosij ad Horontianum: de diuisione prophetica quæ operatorum atque opera distinxit: Ratione quoque sex dierum quibus factus est mundus: & mysterio septimi atque octauum numeri subtiliter differens: Epistola XXXIX.

Ambrosius Horontiano. Diuisione egregie aduertisti prophetica uel potius diuinam. Non enim sua Moyses sed ifusa & reuelata sibi scripsit: ea præcipue quæ sunt de constitutione mundi: quæ diuisio operatorum atque opera distinxit.

Nam cum aliud impassibile esset: aliud passionis receptabile: quod erat impassibile ad deum operatorum retulit: quod autem passibile: sine anima: sine motu proprio: motum & animam & figuram a creatore accipiens suo: deputauit huic mundo. Quæ factum non oportuit sine gubernatore & quodam patre indefensum relinquere. Et ideo inuisibilem deum uisibilis huius mundi rectorem esse & quasi tutorem: apertissime describit. Quod ergo inuisibile sempiternum: quod autem uidetur temporale. Sex itaque diebus factum mundum exprimit: non quo deus tempore indiguerit ad constitutionem eius: cui intra momentum suppetit facere quæ uelit. Dixit enim & facta sunt. Sed quia ea quæ fiunt: ordinem quaerunt. Ordo autem tempus & numerum plerumque exigit. Illud quoque præ-

Ps. 148.

cipue: quoniā nobis ad operandum formam daturus: numerum dierum seruauit & tempora. Nos enim tempore indigemus: ut aliquid maturius agamus: ne præcipitemus consilia atq; opera nostra: ne ordinē prætermittamus. Cum em̄ dominū legimus: ut scriptura ostēdit: cū sapientia & quodā cōsilio & dispositione fecisse & ordine: ut primo cælū faceret qd' est pulcherrimū: oportet ut eo primū oculos erigam⁹: illo nobis contendendū esse arbitremur: illam sedem terrenis omnib⁹ præferēdam putemus. Sex itaq; diebus mundū creauit: septimo die requieuit ab operibus suis. Bonus septimus numer⁹: quē non pythagorico & cæterorū philosophorū more tractamus: sed fm̄ formam & diuisiones gratiæ spiritualis. Septem enim uirtutes principales sancti spiritus ppheta Esaias cōplexus est. Hæc hebdomas sicut ipsa patris & filij & spiritus sancti uenerabilis trinitas: sine tēpore: sine ordine: auctor numeri: nō sub numeri lege deuincta. Itaq; sicut ad æternæ trinitatis gratiā: cælum: terram: maria formata: sicut sol: luna & stellæ: ita etiam ad illum septenariū uirtutū spiritualium circuitum atq; orbem operationis diuinæ uigore præstantē: septenarium quoddā ministerium planetarum creatum aduertimus: quo hic mundus illuminatur. Quarum cōcurrere fertur militia ad eorū numerum quas inerrabiles ferūt stellas: & ut græci dicunt ἀπλάμεσ. Septentrio quoq; inde latine nomen accepit q̄ septem in eo stellarū fulgor irradiet: in quē maxime gubernatores quasi ducem ferūtur intendere. Descendit hæc de cælo in terras prærogatiua. Nam ut transeam septiformē capitis nostri gratiam in oculis duobus: aurib⁹ & narib⁹ binis: ore quoq; p̄ qd' magnam suauitatē percipimus: quantū istud miraculi q̄ septimo mense in plæriscq; origo legitima formatur: & qui fuerit editus: uitalis generationis curricula sortitur. Octauo autē mense interdīcta naturali lege pariendī cernimus tēpora: ac si forte lætalis necessitas partus claustra laxauerit: periculū pariter generantis p̄peret & pignoris. Sed tamen ille septimanus: & si bene nascatur: ad labores nascitur: qui autem octaua die regenerationis sortitur mysteria: cōsecratur per gratiā: & ad hæreditatem regni cælestis uocatur. Magna in uirtutibus spiritus sancti hebdomadis gratia: eadem tamē hebdomadem sonat: ogdoen cōsecrāt: in illa sonus: in ista fruct⁹ est: ideoq; octauo die soluta paradiso reddidit spiritus gratia: quos extorres sua fecerat culpa. Nouit ogdoen istam quā octauam latine dicimus: uetus testamentū: si quidem ait Ecclesiastes: Da partem illis septē: & illis quidem octo. Hebdomas ueteris testamenti est: octaua noui: quādo christus resurrexit: & dies omnibus nouæ salutis illuxit. Ille dies: de quo ait ppheta: Hic dies quē fecit dominus: exultem⁹ & lætemur in eo: quæ dies & fulgor plenæ atq; p̄fectæ circūcisionis humanis pectoribus infulsit. Propterea & uetus testamentū dedit partem octauæ in circūcisionis solēnitatē. Sed illa adhuc in umbra latebat. Venit sol iusticiæ: & cōsummatione passionis ppriæ reuelauit sui luminis radios: quos rexit omnibus & uitæ claritatem aperuit æternæ. Isti ergo sunt septē & octo: de quibus & Osee dicit: q̄ eo numero conduxerit sibi: & acquisierit fidei plenitudinem: Sic em̄ habens: Et abij & cōdixi mihi quindēcim argenteis: & choro ordei & semichoro ordei & neuel uini. Cōducendā autem ei meretricē dominus præceperat. In superiorib⁹ itaq; manifestum est: q̄ cōduxit eam: qui etiā mercedis quantitātē expressit. Quindēcim autē argentei & septem & octo constant: hebdomadā itaq; & octauam significant. Duorū igitur testamentorū: id est: plenæ fidei precio: prophetia cōsummationē accepit fidei: ecclesia plenitudinē. Primo enim testamēto israel acquisitus est populus: secūdo nationum & gentiū. Fide ergo plena conduciē meretricis: uel ex gentibus copulā sui quærens: uel ex adultero iudæorū populo qui dominū suum & auctorem uirginalis fidei dereliquerat: conuentus suos totius orbis spacio diffundens. Quā autē dixit: in choro & in semichoro ordei: In choro mensuræ plenitudo est: in semichoro semiplena mensura. Plenitudo in euangelio: semiperfectio in lege. Sicut legimus dicente domino: Non ueni legem soluere sed implere. Et alibi habemus dicēte domino p̄ Michæam ppheta: Quia tunc pax erit in terra israel: cū uenerit assyri⁹ in terrā eius. & in-

Ecc̄s. 11.

P̄s. 117.

Osee. 3.

Matt̄. 5.

Michæ. 5.

b 3

surrexerint in eum septem pastores & octo morsus hominū. Tunc enim plena pax
 est fideli populo ab omnibus tētationibus & uanitatibus absoluto: cū mundi huius
 uanitatem excluderint de cordibus nostris pax & gratia: Pax ueteris: gratia noui te-
 stamenti. Septem pastores: præcepta legis sunt: quibus grex adhuc quasi irrationa-
 bilis in uirga Moyli per desertū ductus & gubernatus est. Octo morsus hominū: mā-
 data euangelij & dominici oris alloquia. Corde em̄ creditur ad iusticiā: ore cōfessio
 fit ad salutem. Boni morsus: per quos uitæ æternæ munus gustauimus: peccatorum
 remissionem in christi corpore deuorantes. In ueteri testamēto amarus morsus est
 mortis: p̄pterea dictum est: Deuorauit mors præualens. In nouo testamento suauis
 morsus est uitæ: quæ mortē absorbit. Propterea apostolus ait: Deuorata est mors
 in uictoria sua: Vbi est mors uictoria tua: ubi est mors aculeus tuus? Atq; ut aposto-
 licis utamur testimonijs: ubi hominē fecit deus: requieuit ab omnib⁹ operibus suis
 in die septima. Sed quia populus iudæorū per contumaciā contempsit mādata dei
 sui: ait dominus: Si introibunt in requiem meam. Et ideo aliam deus præfiniuit di-
 em: de qua dicit: Hodie si uocem meā audieritis. Duos em̄ dies comprehendit scri-
 ptura generales: Heri & hodie. De quibus dicit: Imitamini fidem Iesu christi: heri &
 hodie: ip̄e est & in sæcula. In superiore die promissio est: in consequenti solutio. Sed
 quia hesternā die neque Moyses neq; Iesus naue populum induxit in requiem: ho-
 dierna die christus induxit: cui dixit pater: Ego hodie genui te. Per suā enim resur-
 rectionem Iesus populo requiē comparauit. Requies em̄ in cælo nō in terra est. Re-
 quies nostra dominus est Iesus: qui ait: Hodie mecum eris in paradiso. Quid igit
 opus est: ut explorem ortus signorū atq; obit⁹: quorū ad exortum duris inarata uo-
 meribus findatur noualia: uel ad occasum læta messis recūbat? Vna mihi stella abū-
 dat p̄ omnibus: stella splendida & matutina: cuius ad exortum seminata est nō fru-
 gum sed martyrum seges: quādo Rachel plorauit filios suos: ut lacrymis abluto's
 suis p̄ christo offerret infantulos: cuius stellæ obitus nō cremiorū insensibiliū sed spi-
 rantū defunctorum triumphales manipulos de tumulis resuscitauit. Celebratur
 itaq; hebdomas: eo q̄ p̄ septem ætatum cursus uitæ hominū usq; ad senectutem trās-
 curritur: sicut Hippocrates medicinæ magister scriptis explicuit suis. Prima ætas
 infantia est: secunda puericia: tertia adolescētia: quarta iuuentus: quinta uirilī ætas:
 sexta æui maturitas: septima senectus. Est ergo infans: puer: adolescens: iuuenis: uir:
 ueteranus: senex. Solon autē decem fecit ætatum ordinēs p̄ annos septēnos: ita
 ut prima ætas infantia usq; ad emissiouem sit dentū: quibus cōficiat cibum: sermo-
 nēq; distinguat: ut possit effabilis uideri. Puericia quoq; usq; ad annos pubertatis p̄-
 cedit & genitalia tentamenta. Adolescētia usq; ad barbæ lanuginē. Iuuenta usq; ad
 perfectæ uirtutis processum. Quinta ætas uirilī est: apta copulis coniugalib⁹ per to-
 tam hebdomadem. Sexta quoq; hebdomas uirilī deputatur ætati & ad prudentiæ
 p̄cessum habili & ad agendū strenue. Septima quoq; hebdomas & octaua æui ma-
 turum: & sensum uigentē: & sermonem nō insuauis alloquij gratia præditū pdunt.
 Nona hebdomas reliquias adhuc habet aliquas uirium: lingua ac sapientia mollior.
 Decima uero hebdomas mensurā implet: ad quā is qui peruenire potuerit: nō in-
 maturo temporū cursu pulsabit mortis sera uestibula. Ergo Hippocrates & Solon
 uel septem ætates uel hebdomadas ætatum norunt: in illo se hebdomas præferat.
 Octaua autem unam & perpetuā ætatem inuehit: qua excreseimus in uirū perfec-
 tum in agnitione dei fidei plenitudine: in qua legitimæ ætatis mēsurā impletur. Est
 etiam in uisceribus nostris hebdomadis explorata gratia. Ferunt em̄ septem quoq;
 esse in nobis interiora uiscera: stomachū: cor: pulmonem: lienem: epar: renes duos. Sep-
 tem quoq; exteriora: caput: posteriora: uentrē: binas manus: & binos pedes. Præstā-
 tissima hæc: sed obnoxia dolori. Quis autē dubitet maius esse octauæ munus quæ
 totum renouauit hominē: ut iā nihil possit dolere: Itaq; septima mundi ætas cōclusa
 est: octaua illuxit gratia: quæ fecit hominē iam non huius mundi esse sed supra mun-
 dum. Iam em̄ non uitam nostram sed christum uiuimus. Nobis em̄ uiuere christus

LIBER VI EPISTOLA XL

& mori lucrum. Itaq; iam non in carne sed in fide uiuimus christi. Vnde colligimus quia conclusus est mundi dies. Deniq; nouissima hora uenit dominus Iesus: & p nobis mortuus est: & omnes in illo mortui sum⁹ ut uiuamus deo. Non ergo nos qui eramus uiuimus: sed uiuit christus in nobis. Abijt ergo hebdomas: uenit octaua. Abijt heri: uenit hodie: Illud hodie qd pmissum est: quo admoniti sum⁹ uocē dei audiendā & sequendam. Abijt ergo ille dies testamenti ueteris: uenit dies nouus: quo testamentum consummatū est nouum: de quo dicit: Ecce dies ueniunt dicit dominus: & confirmabo domū israel & domū iudæ testamentū nouum: nō fm testamētum qd feci patribus illorum in die de qua apprehendi manus ipsorum educere illos de terra ægypti. Et qua ratione mutatū sit tamen: adijcit: Quoniā ipsi non manserunt inquit in testamento meo: & ego neglexi eos: dicit dominus. Abierunt sacerdotes legis: legis tribunalia. Accedamus ad sacerdotē nouum: ad sedem gratiæ: uisitatorem animarū nostrarum: sacerdotē nō fm legem mandati carnalis creatum: sed fm uirtutem infatigabilē electum. Nō em ipse sibi honorem præripuit: sed electus a patre est: sicut ipse pater ait: Tu es sacerdos in æternum fm ordinē Melchisedech. Nouus ergo sacerdos: uidemus quid obtulerit: Alij sacerdotes p se offerrebant & pro populo suo: hic quia nō habuit peccatum: ut p se offerret: pro uniuerso mundo se obtulit: & per sanguinem suum intrauit in sancta sanctorum. Hic est ergo sacerdos nouus: & noua hostia: non ex lege sed supra legem: aduocatus mundi: lux sæculi: qui dixit: Ecce uenio & uenit. Ad quem accedamus in abundantia fidei: adorātes & obsecrantes & sperantes in eum: quem non uidemus oculis sed affectu tenemus: cui est omnis honor semper & gloria. Vale fili: & nos dilige: quia nos te diligimus.

Ibtere. 31.
Ib. 8.Ib. 109.
Ib. 9.

Sancti Ambrosij ad Sabinum: libellos illi mittentis atque rogantis: ut scrutanter discutiatur: & quæ corrigenda decreuerit: arbitrj sui iudicio corrigat: Ep̄la. XL.

Mbrosius Sabinō. Remisisti mihi libellos: quos tuo iudicio probatior habebō. Ideo nisi alios non iudicij fauore delectatus: sed pmissa a te & petita a me ueritate illectus. Malo em tuo corrigatur iudicio: si quid mouet: priusq; foras prodeat: unde iam reuocandi nulla facultas sit: q̄ laudari a te qd ab alijs reprehendatur. Itaq; arbitrum te eorum quæ postulas rogauī. Neque em legi a te mea quæ nonnunq; tribuo in uulgus: sed in tuæ calculum uenire sententiæ desiderauī. Non erit longi subsellij ista iudicatio & mora: ut dictum est antiquitus: Facile est tibi de nostris iudicare. Ego certe huc inuitatu tuo prodeundū putauī: tuū est liquido discernere: & scrutanter discutere quæ corrigas: ne tibi uitio uertant ea quæ nobis potuerunt obrepere. Nescio quo em modo propter imprudentiæ caliginem quæ me circūfundit: unumquēq; fallunt sua scripta: & aurem prætereunt: atq; ut filij etiam deformes delectant: sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant. Incautius plerūq; aliquid promitur: aliquid accipitur maliuolentius: aliquid exit ambiguū: tum quia alieno examinanda iudicio: non pro nostra debemus magis q̄ p aliena opinioe trutinare: & discutere omnes scrupulos maliuolentiæ. Assume igitur beniuolo animo aurē uersutiæ: & tracta omnia: sermones uentila: si in his nō forenses blanditiæ & suatoria uerba: sed fidei sinceritas est & cōfessionis sobrietas. Notā appone ad uerbum dubij ponderis & fallacis statera: ne quid p se esse aduersarij interpretetur. Esto ut reuincatur si cōgredi cœperit: male se habet liber qui sine assertore nō defenditur. Ipse igitur p se loquatur: qui pcedit sine interprete. Habetur hic tamē: non egredietur a nobis: nisi a te acceperit auctoritatem. Itaq; cum eum fide tuā prodire iusseris: cōmittetur sibi. Tamen quoniā non in sermone est regnū dei: sed in uirtute: uerbum si offenderit: uirtutē p fessionis interrogato. Professio autē fidei sentētia est: quā aduersum sabellianos & arrianos ita a maioribus traditā tenemus: ut patrē deū & filiū eius unigenitū & spiritum sanctū ueneremur: hanc trinitatē unius esse substantiæ: maiestatis: diuinitatis. In hoc noie patris & filij & spiritus sancti baptizare nos: quēadmodū scriptum est: Filium itaq; coæternū patris

1. Cor. 4.

Col. 2. Phil. 2. suscepisse carnem: natum de spiritu sancto & uirgine Maria: æqualem patri s̄m diuinitatem in dei forma: id est: in omni plenitudine diuinitatis: quæ in illo habitat: ut dixit Apostolus: corporaliter: qui in p̄sona hominis formam serui accepit: & se humiliavit usq; ad mortem. Ergo & aduersus Photinum hæc nobis sententia est: Aduersus Apollinarē autem legitima circūspectio: ut confiteamur sicut in dei forma nihil ei defuit diuinæ naturæ & plenitudinis: sic i illa forma hominis nihil ei defuisse: quo imperfectus homo iudicaretur: qui ideo uenit ut totū hominē saluum faceret. Neq; enim decebat ut qui perfectum opus in alijs cōsummauerat: hoc imperfectū in se esse pateretur. Si enim aliquid ei defuit: non totū redemit: si non totū redemit: fefellit igitur qui dixit: ideo se uenisse ut totum hominē saluum faceret: Sed quia impossibile est mentiri deo: nō fefellit ergo: quia ita uenit: ut totum redimeret & saluum faceret: totum utiq; suscepit qđ erat humanæ perfectionis. Nostra sentētia huiusmodi est: ut meministi: Si uerba alicubi mouent: non præiudicant fidei. Etenim sermonē dubium mens non dubia obumbrat: & descendit a lapsu. Hæc tecum prolusimus: quæ in libros nostrarū epistolarum referam: si placet: atq; in numerum reponam: ut tuo cōmendentur nomine: & tuis ad nos & nostris ad uos litteris augeatur mutuus amor per dominū: ut ita legas quō iudices: & qđ mouerit scribas ad me. Amor enim uerus cōstantia p̄batur. Placet iam qđ senibus usu facilius est: quotidiano & familiarī sermone epistolas texere: & si quid de scripturis diuinis obuiū inciderit attere. Vale frater: & dilige amantē tui quia plurimū te diligo.

Sancti Ambrosij ad Sabinum: ex eo qđ illi complacuit usus epistolarum spondentis se frequentius eum scriptis suis præsertim cum solus sit uelle alloqui: solitudinēq; plurimū commēdantis atq; suadentis: Ep̄la. XLI.

Mbrosius Sabino. Quoniā tibi quoq; complacuit nostrarum usus epistolarum: in quib⁹ quidam inter absentes præsentium sermo est: pergam frequētius te in meis scriptis & cū solus sum alloqui. Nunq̄ em̄ min⁹ solus sum: qđ cū solus esse uideor: nec minus ociosus qđ cū ociosus. Certe pro arbitrio arcesso quos uolo atq; adiungo mihi quos magis diligo aut quos aptiores arbitror: nemo interpellat: nemo interpolat. Tunc ergo te magis teneo: & de scripturis confero: & plixiorē simul sermonē cædimus. Sola erat Maria & loquebatur cum angelo. Sola erat quando superuenit in eam spiritus sanctus: & uirtus altissimi obumbravit eam. Sola erat: & operata est mundi salutem: & concepit redemptionē uniuersorum. Solus erat Petrus: & totum per orbem consecrandæ gentiū cognouit mysteria. Solus erat Adam: & nō est præuaricatus: quia mens eius adhærebat deo. Postq̄ uero ei mulier adiuncta est: non potuit inhærere mandatis cælestibus: & ideo se abscondebat: quando deus deambulabat in paradiso. Et nunc deambulat in paradiso deus: quādo diuinas scripturas lego. Paradisus est Genesis liber: in quo uirtutes pullulant patriarcharū. Paradisus Deuteronomiū in quo germinant legis præcepta. Paradisus euangelium in quo arbor uitæ bonos fruct⁹ facit: & æternæ spei mandata diffundit per uniuersos populos. Audiēs itaq; Diligite inimicos: Audiēs: Dimitte omnia tua & sequere me: Audiēs: Qui te p̄cutit in maxilla: præbe ei alterā: & hæc nō faciens: & uix diligens eum qui me diligit: nō dimittens quæ habeo: iniuriā acceptā ulcisci uolens: & sublatum mihi extorquere: cū scriptura dicat etiā aliud: id est: plus qđ petatum aut ereptū est: concedendū: uideo me cōtra mandata dei facere. Et aperiens oculos cōscientiæ deambulare mihi deum præsentē recognosco: cupio me abdere: cupio ualere: sed nudus sum deo: apud quē nuda & intacta sunt omnia. Erubescens itaq; tegere pudenda facinora desidero quasi mēbra mei corporis: sed quia deus omnia uidet: folijs obumbratus: latebris tectus appareo. Puto me abscondi: quia corpore amictus sum. Ipsa est tunica pellicea cū qua Adam de paradiso eiectus est: nec a frigore tut⁹ nec tectus ab opprobrio: sed & iniuriæ & culpæ patens. Liquet igit̄ ex his quia soli cū sumus: tunc nos offerimus deo: tūc mētē ei nostrā aperimus: tunc amictū fraudis exuimus. Solus erat Adā: qñ in paradiso

Luc. 1. Act. 10. Gen. 2. et. 3. Matth. 5. Luc. 6.

constitutus est: solus erat & quādo ad imaginem dei factus est; sed nō erat solus qñ de paradiso eiectus est. Solus erat dñs Iesus qñ mundū redemit. Nō enim legatus neq; nūcius: sed ipse dominus solus saluum fecit populū suum. Et si nunq̄ solus est ille: in quo pater est semp̄. Vnde & nos soli simus: ut dominus nobiscum sit. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Sabinum: de paradiso quid alij senserint referētis: & quæ sua de mystico paradiso sit sentētia: pulchra expositione declarātis: Ep̄la. XLII.

Mbrosius Sabino. Lecto hexaemero utrum paradīsum subtexuerim: requirendū putasti: & quā de eo haberē sententiam significandū: idq; uelle te studiose cognoscere. Ego autem iam dudū de eo scripsi: nondū ueteranus sacerdos. Sententias autē de eo diuersas esse plurimorū comperi. Nam Iosephus utpote historiographus locū dicit refertum arboribus uirgultisq; plurimis: irrigari etiā flumine qui diuidatur in quattuor fluuios. Collecta & em̄ in unum cōgregatiōe aquarum non se penitus exinaniuit terra & fraudauit irriguis suis: sed hodieq; in fontes prumpit & deducit meatus fluminū: quibus pignora sua quasi pia mater plenis lactat uberibus. Alij alias. Omnes tamē cōgruunt in paradiso & lignū uitæ radicatum: & lignum sciētiae quæ discernat bonū & malū: cætera quoq; ligna plena uigoris: plena uiuificationis spirantia & rationabilia. Ex quibus colligitur paradīsum ipsum nō terrenū uideri posse: nō in solo aliquo sed in nostro principali qđ animat & uiuificatur animæ uirtutibus & infusione spiritus dei. Deniq; Salomon in spiritu paradīsum: in homine esse euidenter declarauit. Et quia mysteria exprimit uel animæ & uerbi uel christi & ecclesiæ: ideo ait: De uirgine anima uel ecclesia quam uolebat uirginē castam assignare christo. Paradisus cōclusus soror mea sponsa: paradīsus cōclusus: fons signatus. Paradisus græce: latine hortus dicitur. Deniq; Susanna in paradiso erat: & sic legitur latine. Et Adam in paradiso erat: & sic legimus. Ergo non te moueat qđ alij codices latini hortum habēt: alij paradīsum. Ibi ergo est casta uxor: ubi uirgo. Licet uirgo excepta habeat claustra & signacula sua: sed utraq; in paradiso: ut aduersum æstus corporis & carnis flagrantia refrigeretur uirtutū umbraculis. Ergo paradīsus in principali nostro est: siluescens plurimarū opinionum plantarijs: in quo principaliter lignum uitæ cōstituit deus: id est: pietatis radicem. Ea est em̄ uitæ nostræ substantia: si domino & deo nostro debitos cultus deferamus. Constituit etiā sciētiae boni & mali seminarium. Homo enim solus in cæteris animantibus terrenis habet sciētia boni & mali. Alia quoq; illic plantaria diuersa: quorum fructus uirtutes sunt. Sed quia sciētiae capax hominis affectus cognitus est deo: qđ citius ad astutiam inclinaretur: q̄ ad summū prudētia. Neq; em̄ iudicem qui fines certos in anima nostra cōstituit: operis sui qualitas latere poterat: eliminare uoluit astutiam de paradiso: quasi prouidus auctor nostræ salutis: & uitæ studium & disciplinā pietatis infundere. Ideoq; præcepit homini ab omni ligno qđ est in paradiso: gustandum: de ligno autem sciētiae boni & mali nō esse gustandū: sed quia creatura omnis passioni obnoxia. ideo delectatio sicut serpentino illapsu humanis irrepit affectibus. Itaq; nō immerito sanctus Moyses delectationē serpentis figurauit similitudini. Prona est em̄ in uentrē sicut serpens nō pedibus incedens: aut ullis eleuata cruribus: sed sinuoso flexu totius uelut corporis sui lubrica. Ei terra cibus est sicut serpenti: quoniā escam nescit cælestē. Corporalibus em̄ pascitur: atq; in uarias mutatur species cupiditatū & tortuosis angulatur anfractibus. Venenum in dentibus habet: quibus unusquisq; se euiscerat luxuriosus: belluo internecat: abliguritor perimit. Quantos ruperunt uina: dissoluit ebrietas: distendit cruditas. Nūc intelligo qua causa dominus deus insufflauit in faciē hominis. Ibi enim sensus omnis: ibi sedes atq; illecebra delectationis: in oculis: auribus: naribus atq; in ore: ut sensus nostros aduersus delectationem fortiores faceret. Hæc ergo nobis sicut serpens astutiam infudit. Non em̄ delectatio sed labor & diuturna meditatio: cū dei gratia dat pfectam prudentia. Tamē quia serpentis fraudibus inuoluta est hūani generis hæreditas: in eo astutia

Cant. 4.
Daniel. 13.
Seri. 2.

Ibidem.

serpētis sequamur: ut caput nostrū nō p̄iciam⁹ in pericula sed præ cæteris integrū custodiamus. Caput aut̄ nostrū christus est. Hoc maneat incolume: ut serpētis uenena nobis nō possint nocere. Bona est em̄ sapiētia cū hæreditate: id est: cū fide: qm̄ est hæreditas credentibus in dñm. Q̄ si primus ille hō qui cū deo loquebat̄ in paradiso posit⁹: labi tā facile potuit: ex terra creat⁹ uirgine: quæ ad uerbū dei formata & creata recenti fuerat exortu: nondū ea paricidali cædiūq; cōcreta sanguine: flagitij & dedecore polluta: nondū carne nostra damnata maledictō obnoxia hæreditatē: quāto facilius postea lubrica ad peccandū uia maius aduexit humano generi præcipitiū: cum deterior tolerabiliori p̄ uices generationis successerit. Etenim si magnetis lapis tantam naturæ uim habet: ut ferrum ad se trahat: & trāsfundat se in illius speciem: ita ut plæriscq; experiri uolentib⁹ cum plures anulos ferreos ad eū lapidem admouerint: omnes pari teneat modo: deinde si ei anulo cui adhæserit lapis alium admoueas anulū: & rursus p̄ ordinem singulis substituas: licet in omnes penetret p̄ ordinem ex illo lapide uis naturæ: tamē priores nexu uehemētiore constringit: posteriores remissiore: quātomagis humani generis cōditio atq; natura ex puriore statu in deteriore lapsa est: quādo nequiorē attigit. Nam si p̄ eas species minuitur natura quæ nō sunt culpæ capaces: quātomagis p̄ animos atq; artus labes pollutos scelerum uirtus eius hebetatur. Vnde quia excreuerat malicia: abolita innocētia fuerat: nō erat qui faceret bonitatē: nō erat usq; ad unū: uenit dominus: qui reformaret naturæ gratiā: immo auget: ut ubi supabūdauit peccatū supabundaret gratia. Ergo liquet & quia auctor hominis deus: & q̄ deus unus: nō multi dij: sed un⁹ qui mundū operatus est: & unū non multos mundos: ut dicūt philosophi. Primum igitur mundū creauit: deinde habitatorē mundi: cui totus mundus patria foret. Nā si hodie quocunq; accesserit sapiens: ubiq; ciuis est: ubiq; sua omnia intelligit: nusq; se peregrinū: nusq; hospite iudicat: quātomagis ille primus homo totius erat mundi incolā: & ut græci dicunt $\chi\omicron\sigma\mu\omicron\pi\omicron\lambda\iota\tau\eta\sigma$. opus dei recens: cōfabulator assiduus: ciuis sanctorū: complantatus uirtutibus: præposit⁹ omnibus terrenis animātibus: marinis: uolatilibus: totū mundū suam possessionē putabat: quem domin⁹ tuebatur ut opus suum: neq; ut bonus parens atq; auctor deserebat. Deniq; eousq; creatū fouit: ut abdicatū redimeret: eliminatū reciperet: mortuum passione filij sui unigeniti resuscitaret. Est ergo hominis auctor deus: & diligit opus suum operator bonus: nec derelinquit bonus pater: quē etiam sicut diues paterfamilias censu propriæ hæreditatē redemit. Caueam⁹ ergo ne hominē istum: id est: $\omicron\pi\omicron\upsilon\mu$. mulier illa: id est: passio sensuū nostrorum delectatione: & ipsa decepta atq; illusa effœminet & circūscriptum in leges suas & sententiā trahat. Fugiamus delectationē sicut serpentē: multas artes habet & maxime in homine. Nam alia animātia cibi auuiditate capiunt: homo quanto plures sensus oculorum auriūq; habet: tanto maiora pericula. Vale & nos dilige: ut facis: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Sisyinnium: pietatē illius cōmendantis q̄ filio ignouerit: qui eo incōsulto uxore acceperat: Ep̄la. XLIII.

a Ambrosius Sisyinnio. Q̄ filio nostro remisisti meo rogatu: quia te inconsulto uxorem acceperat: pietati magis tribuo q̄ nostro amori. Plus est enim pietatem ipsam de te impetrauisse q̄ cuiusce petitionem. Certe sacerdos tunc magis impetrat: cum uirtus præualet. Sacerdotis enim petitio doctrina pietatis est. Impetrauit igitur natura: impetrauit filius: eo plen⁹ quia postulati contemplatio temporalis solet esse: uirtutis autem diuturn⁹ habitus: & iugis animarum inductio. Pulchre itaq; gestum: ut te patrem recognosceres: simul quia iusta indignatio fuit. Malo enim culpam fateri: ut plus laudetur paterna indulgentia: sed & ipsa paterna offensio fuit: quoniā uenturam in locum filia tuæ debuisti eligere iudicio cui fieres pater. Nāque aut natura filios suscepimus aut electione. In natura casus est: in electione iudicium: magisque in adoptatis offendimus q̄ in genitilibus filijs. Quia genitales filios esse degeneres: ad naturam refertur: ascī

tos uel adoptione uel copula dedecores esse: nō nisi errori ascribitur. Fuit ergo q̄ succenseret filio: sed fuit etiā q̄ remitteret quia sibi uxorē elegit. Acquisisti filiā sine electionis periculo: si bonā duxit: tibi acquisiuit gratiā: si errauit: recipiendo meliores facies refutando deteriores. Maturiore quidem cōsilio puella filio a patre traditur: sed maiore obsequij p̄posito a filio ad patrē ducitur: & a uiro lecta ingreditur foceri domū: dum metuit & filius displicere iudiciū suum: & nurus ministeriū. Illum paternæ electionis prerogatiua attollit atq; erigit: istam offensionis humiliat metus: inclinatur uerecundia. Non habebit filius qd̄ in uxorē referat: q̄si exors culpæ: si quid fortasse offensum sit qd̄ habet usus: immo amplius elaborabit: ut in utroq; suū possit p̄bari: & in uxore iudicium & in se obsequiū. Fecisti igitur qd̄ boni parētes: ut cito ignosceres sed obsecratus. Nā anteq̄ rogareris: nō erat ignoscere sed factum p̄bare: Deinde diutius differre ueniam: & tibi acerbū & illis inutile. Neq; em̄ paterna uisce ra diutius tolerare possent. Summæ deuotionis p̄posito Abraam filiū suum s̄m *Sci. 22.* oraculū dei offerebat i holocaustū: & quasi exors naturæ exerebat gladiū: ne mora sacrificiū decoloraret: tamē ubi abstinere a filio iustus est: gladiū libenter recondit: & qui immolare unigenitū fidei intentione p̄perabat: maiore pietatis studio festina uit ouem subrogare sacrificio. Ioseph quoq; ut fratrem iuniorem teneret: simulabat iracundiā fratribus: & compositā se furti fraudē indignatus est: tamē cum aduolueret ad genua eius unus ex fratribus ludas: flerent alij: fraterno uictus & cōpassus affectu: diutius tenere nō potuit simulationē seueritatis: remotisq; arbitris aperuit fratribus: q̄ germani sui essent: & ipse esset ioseph quē uēdidissent: nec se memorē suæ esse iniuriæ: & nō fraternæ uenditionis acerbitatē fraterne excusare: atq; id qd̄ posset arguere: ad altiores causas referre: eō q̄ ita oportuisset fieri p̄curante deo: ut transiret in ægyptū qui gentē suam frugis externæ egentē pasceret: ut sterilitatis tēpore alendis patri & filijs subsidio foret. Quid autē de sancto Dauid loquar: qui de genere filii & fraterno oblitum sanguine ad unius mulieris petitionē paternis uisceribus mentē emollitū domo recipit: Ipse ille euangelic⁹ pater adoleſcētiorem filium qui p̄degerat omnē substantiā a patre acceptā uiuēdo luxuriose: regredientē tamē unius sermonis inflexus hūilitate: q̄ in patrē peccasse se fatebat: occurſu pio fouit: supra collū eius cecidit: primā illi stolam: anulū & calciamenta deferri iussit: atq; honoratū osculo: donatū munere: admirabili suscepit cōuiuio. Horum te imitatore m præbuiſti pietate patriā: qua p̄xime ad deū accedimus: & ideo ego p̄mpte filiā nostram adhortat⁹ sum: ut etiā byemali tēpore uix laborē exciperet cōmodius hibernatura nō solum in hospitiō sed etiā in affectu paterno: cū iam successerit indignationi gratia: q̄n̄ quidem ut plene te ad similitudinē atq; imitationē sanctorū referres: eos accusauiſti: quia cōpositis mendacijs animū tuum aduersum filios excitandū arbitratī sunt. Vale & nos dilige quia nos te diligimus. *2. Reg. 14.* *Ibidem. 44.* *Luc. 15.*

Liber septimus.

Sancti Ambrosij ad Constantiū: in suscepto ecclesiæ gubernamine illum confortantis: ac diligenti cōmonitione instituētis qualē se debeat coram plæbe domini exhibere: loquendo: docēdo: admonēdo: hortando: psuadendo: obsecrando: ut uitij & terrenis cupiditatibus renunciēt: uirtutes sectent: bonorūq; operū diuitias querant: & dño in sobrietate & gratia & tota mentis sedulitate seruiant: Demū eidē aliā quandā ecclesiam cōmendantis: Ep̄la. XLIII.

Mbrosius Cōstantio. Suscepisti mun⁹ sacerdotij: & in puppe ecclesiæ sedēs nauim aduersus fluct⁹ gubernas. Tene clauū fidei: ut te graues hui⁹ sæculi turbare nō possint p̄cellæ. Mare quidē magnū & spaciosū: sed noli uereris: quia ipse sup maria fundauit eā & sup flumina præparauit eam. Itaq; nō immerito inter tot mundi freta: ecclesia dñi tanq; supra apostolicam ædificata petrā immobilis manet: & incōcussio aduersum impet⁹ sæuitis salī p̄seuerat fundamine. Alluitur undis: nō quatitur: & licet frequēter elemēta *Ps. 23.*

mundi huius magno in ista resultent fragore: habet tñ quo laborantes excipiat: tu-
 tissimū portum salutis. Sed tñ & si in mari fluctuat: currit in fluminib⁹: & uide ne in
 Ps. 92. illis fluminibus magis de quibus dictū est: Eleuauerūt flumina uocem suam. Sunt
 em̄ flumina quæ de uentre eius fluent: qui potū a christo acceperit: & de spiritu dei
 sumpserit: Hæc ergo flumina cū redūdant spiritali gratia eleuant uocem suā. Est
 & fluuius qui decurrit in sanctos suos sicut torrens. Est & fluminis impetus qui lætifi-
 cat animā pacificam atq; tranquillam. Ex hui⁹ fluminis plenitudine quicūq; accepe-
 rit: sicut Iohānes euangelista: sicut Petr⁹: Paulus: eleuat uocem suā: & sicut apostoli
 euangelicæ prædicationis uocē usq; in totos fines orbis terrarū canoro diffuderunt
 præconio: ita & iste incipit euangelizare dominū Iesum. Accipe ergo a christo: ut &
 tuus sonus exeat. Mare est scriptura diuina habens in se sensus p̄fundos: altitudi-
 nem p̄pheticorū ænigmatū: in quod mare plurima introierunt flumina. Sunt er-
 go & fluuij dulces atq; perspicui: sunt & fontes niuei qui saliant in uitā æternā: sunt
 & sermones boni sicut faui mellis: & gratæ sententiæ quæ animos audientiu⁹ spiritus
 ali quodā potu irrigent: & præceptorū moralium suauitate mulceant. Diuersa igitur
 scripturarū diuinarū fluentia. Habes q; primū bibas: habes q; secundum: habes q;
 postremū. Collige aquā christi: illam quæ laudat dominū. Collige aquā de plurib⁹
 locis quæ effundunt nubes p̄pheticæ. Quicūq; colligit de montibus aquā: atq; ad
 se trahit: uel haurit e fontibus: & ipse rigat sicut nubes. Imple ergo gremiū mentis
 tuæ: ut terra tua humescat: & domesticis irrigetur fontib⁹. Ergo qui multa legit &
 Eccl. 11. intelligit impletur: qui fuerit impletus: alios rigat: Ideoq; scriptura dicit: Si impletæ
 fuerint nubes: pluuiā in terrā effundent. Sint ergo sermones tui p̄flui: sint puri &
 dilucidi: ut morali disputatione suauitatē infundas populorū auribus: & gratia uer-
 borum tuorum plebē demulceas: ut uolens quo ducis sequatur. Q; si aliqua uel in
 populo uel in aliquibus cōtumacia uel culpa est: sint sermones tui hmoi ut audientē
 Ibidē. 12. stimulent: cōpungant male cōsciū. Sermones em̄ sapientū tanq; stimuli. Stimulauit
 & dominus Iesus Saulū: cum esset p̄secutor: Q; salutaris fuerit stimul⁹: cōsidera: qui
 Act. 9. ex p̄secutore apostolum fecit dicendo: Durum tibi est ut aduersus stimulū calces.
 Sunt etiā sermones sicut lac quos ifudit Paulus Corinthijs. Qui em̄ fortiorē cibum
 epulari nō queunt: succo lactis: ingenij sui exercent infantia. Eloquia tua plena intel-
 lectus sint. Vnde & Salomon ait: Arma intellectus labia sapientis. Et alibi: Labia tua
 alligata sint sensu: id est: fulgeat sermonū tuorum manifestatio: intellectus coruscet:
 & alloquiū tuum atq; tractatus aliena nō indigeat assertiōe: sed sermo tuus uelut ar-
 mis suis sese ipse tueatur: nec ullum uerbū tuum inuanū exeat & sine sensu p̄deat.
 Est em̄ alligatura quæ cōstringere solet animorū uulnera: quā si quis reiicit: despe-
 ratam sui p̄dit salutem. Et ideo circa eos qui graui ulcere uexant: utere oleo sermo-
 nis quo foueas mentis duriciam. Appone malagma: adiunge alligaturam salutaris
 præcepti: ut uagos & fluctuantes circa fidem: uel erga disciplinæ obseruantiam: ne-
 quaquā soluto animo & remisso uigore patiaris perire. Admone igitur plebē do-
 mini atq; obsecra ut abundet in operibus bonis: renūciet flagicijs: nō accendat flam-
 marū incendia. Nō dicam in sabbato sed in omni tēpore: ne cōburat corpus suū for-
 nicatio: & imundicia nō sit in dei seruulis: quia immaculato seruiamus dei filio. No-
 uerit unusquisq; se: & uas possideat suum: ut subactō quodā sui corporis solo: fructus
 expectet debitos. Nec spinas & tribulos ei terra sua germinet: sed dicat & ipse: terra
 dedit fructus suos: atq; in hac dumosa quondā passionum fragilitate: insitiua uirtutū
 effloreat. Edoce etiam atq; institue ut faciant qd̄ bonū est: & unusquisq; nō inter-
 mittat opus p̄babile: siue a pluribus uideatur: siue sine arbitro sit. Abundat em̄ sibi
 locuples testis cōscientia. Fugiat etiā mala opprobria: etiā si se credat non posse con-
 uinci. Nam & si clausus parietibus sit: & opert⁹ tenebris: sine teste: sine cōscio: habet
 tamen facti arbitrum quē nihil fallat: ad quē facta clamāt omnia. Deniq; clamauit &
 uox sanguinis. Sibi ipsum unusquisq; animū suum seuerum sui iudicē: ultorē sceleris
 & uindicē criminis habet. Deniq; timens & tremens oberrabat Cain paricidalis fa-

LIBER VII EPISTOLA XLIII

cinoris luens pœnas: ut ei remedio sua mors fuerit: quæ uagum exulè formidato p̄ omnia momēta terrore mortis p̄ mortē exiit. Nemo igit̄ uel solus uel cū altero aliquid turpe aut improbū faxit: Et si quis sol⁹ est: seipsum præ cæteris erubescat: quæ maxime debet uereri. Nec cōcupiscat plurimā quia & pauca ei plurima sunt. Pauertas & opes: inopiæ & satietatis uocabula sunt. Nec diues est qui indiget aliquo: nec pauper qui nō indiget. Nec quisq̄ uiduam spernat: circūscribat pupillum: fraudet p̄ximum suū. Væ em̄ illi qui dolo congregatā habet substantiā: & in sanguine ædificat ciuitatē: id est: animā suam. Hæc est em̄ quæ ædificat̄ sicut ciuitas. Hanc ciuitatē non ædificat avaricia sed destruit: nō ædificat libido sed exurit atq̄ incēdit. Vis bene ædificare ciuitatē? Melius est exiguū cū dei timore q̄ thesauri magni sine timore. Diuitiæ hominis ad redemptiōnē animæ debent p̄ficere nō ad destructiōnem. Et thesaurus redemptio est: si quis eo bene utat̄: & iterū laqueus est: si quis uti nesciat. Quid em̄ homini pecunia sua: nisi quoddā uaticū est: Multa onerū: moderata usui. Viatores sumus uitæ hui⁹. Multi ambulāt: sed opus est ut quis bene transeat. Cum illo em̄ dominus Iesus: qui bene transit: Ideoq̄ legis: Si transeas p̄ aquā: tecū sum: flumina te nō cōcludent: nec ignis exuret uestimenta tua si transeas. Qui autē ignem alligat in corpore suo: ignem libidinis: ignem imodiciæ cupiditatis: nō transit sed exurit inuolucrū istud animæ suæ. Præclarior est bona existimatio q̄ pecunia: & sup̄ omnes argenti aceros bona est gratia. Fides ipsa sibi abundat: satis superq̄ cenlu suo diues. Sapiētī quoq̄ nihil alienū nisi qd̄ uirtuti incōgruum. Quocūq̄ accesserit: sua omnia: totus mūdus possessio est: quoniā toto eo quasi suo utitur. Quid igitur circūscribitur frater: quid fraudatur mercēnarius? Nō magna inquit lucra de mercede meretricis: id est: lubricæ istius fragilitatis. Meretrix ista non specialis sed publica est. Non una mulier: sed uaga omnis cupiditas meretrix est. Omnis perfidia: omnis fallacia meretrix: nō illa sola quæ corpus p̄stituit suum: sed omnis anima quæ spem suā uendit: quæ deformes quæstus & degenerem stipem quærit. Et nos mercēnarij sumus quia ad mercedē laboramus: & huius operis nostri mercedē speramus a domino nostro & deo. Si quis cognoscere uult q̄ mercēnarij sumus: audi dicentē. Quātis panibus mercēnarij patris mei abundāt: ego autē hic fame pereor. Et infra: Fac me inquit sicut unū mercēnariorū tuorum. Omnes mercēnarij: omnes operarij. Qui tñ fructū expectat laboris: cōsideret q̄ is qui alium mercede fraudauerit debita: & ipse fraudabit̄ sua. Fœneratū istud offendit: & postea cumulatione mēsurā exoluet. Ergo qui nō uult amittere qd̄ est perpetuū: nō eripiat aliq̄ tēporale est. Nemo etiā in dolo loquatur ad p̄ximū suum. Laqueus est in labijs nostris: & sæpe unusquisq̄ sermonib⁹ suis nō explicatur sed inuoluit̄. Fouea alta est os maliuolū: grande innocētīæ præcipitium: sed maius maliuolentiæ. Innocens dū credit facile: cito labitur: sed tamē iste elapsus resurgit: maledicus autē suis artibus præcipitatur: unde nunq̄ exiliat atq̄ euadat. Ponderet ergo unusquisq̄ sermones suos non cum fraude & dolo: Statera fallax improbabilis apud deū: non illā staterā dico quæ mercedem appendit alienā: & in uilibus quidē rebus raro cōstat fallacia: sed statera uerborū ipsa apud deū est execrabilis: quæ præterdit pondus grauitatis sobriæ: & subnectit uersutias faudentiæ. Hoc maxime condemnat deus: si decipiat aliquis p̄ximū suum p̄missorū benignitate: & subdola iniquitate defœneratū opprimat: nihil sibi p̄futurus astutiæ suæ artibus. Quid em̄ p̄dest homini si totius mūdi capiat opes: animā autē suam uitæ æternæ defraudet stipendio? Alia pijs mentibus cōsiderāda statera: qua singulorū facta trutinātur: in qua plerūq̄ ad iudiciū peccata p̄pendunt: aut bene gesta peccatis præponderant. Væ mihi si præcedant flagicia & ad mortis præiudiciū lætali uergant pondere: tolerabilius si subsequātur. Omnia tamē manifesta dño & ante iudiciū: nec bona possunt latere: nec ea quæ plena sunt offensionis abscondi. Q̄ beatus qui radicē uitiorum resecare potuerit auariā. Is p̄fecto stateram hanc nō reformidabit. Auaricia em̄ plerūq̄ sensus bebetat humanos: & puerit opiniones: ut quæstū pietatē putent: & pecuniā quasi mercedē prudentiæ. Mer-

Prover. 19.

Esa. 43.

Prover. 22.

Luc. 15.

Prover. 11.

Matt. 16.

ees autē magna pietatis est & quæstus sobrietatis: habere quæ usui est satis. Quid em̄ in hoc mundo p̄sunt diuitiarū superflua: cum in ijs & nulla adiuuenta nascendi sint nec impedimēta moriendi: Nam & sine integmēto in hoc mundo nascimur: & sine uiatico discedimus: sine hæreditate sepelimur. Pendet per singulos nostrorū statera meritorū: atq; exiguis uel boni operis: uel degeneris flagicij momētis huc atq; illuc sæpe inclinatur: si mala uergant: heu me: si bona: præsto est uenia. Nemo em̄ a peccato immunis: sed ubi p̄pendunt bona: eleuātur peccata: obumbrant: tegūtur.

Ergo die iudicij aut nostra nobis opitulabunt opera: aut ipsa nos in p̄fundū tanq̄ molari depressos lapide mergent. Grauis est em̄ utpote talento plūbeo suffulta iniquitas: intolerabilis auaricia atq; omnis superbia: tetra fraudulētia. Et ideo hortare plæbē domini: sperare magis in domino: abūdare in diuitijs simplicitatis: in quibus ambulet sine laqueo: sine impedimēto. Bona etiam puri sermonis sinceritas & locuples apud deū etiam si inter laqueos ambulet. Tamē quia alij nescit insidias aut uincula innectere: nō alligatur. Illud quoq; præcipuū: si psuadeas ut nouerint humiliari: sciant uerum humilitatis colorē: naturam nouerint. Multi habēt humilitatis speciem: sed uirtutē nō habent: multi eam foris prætedunt: & intus impugnant. Ad fucum præferunt: ad ueritatē abiurant: ad gratiam negāt. Est em̄ qui nequiter humilitate: & interiora eius plena sunt doli. Et est qui se nimiū submittit a multa humilitate. Nō est ergo humilitas nisi sine fūco: sine fraude. Ipsa est uera quæ habet piam mētis sinceritatē. Magna uirtus eius. Deniq; p̄ inobedientiā unius hominis mors introiuit: & per obedientiā unius domini Iesu christi: facta est uniuersorū redemptio.

Eccl. 19.

Sciuit humiliari sanctus Ioseph: qui cū esset a fratribus in seruitutē uenditus: uel a negociatoribus coemptus: humiliatus in cōpedibus: ut scriptura dicit: uirtutē humilitatis didicit: infirmitatē repudiauit. Itaq; emptus in ægypti partib; a seruo regio quorū præposito: non p̄sapia nobilis cōscientia: quasi germē abramidarū dedignatus obsequia uernacula fastidiuit degenerē conditionē: sed magis gnauū se & fidelem herili imperio præbuit: alto intendēs cōsilio nihil interesse in quo statu quis p̄babile se præstaret: sed illū esse finem honorū: ut in quocūq; statu p̄barentur: illudq; præcipuū: si magis mores cōmendarent statū: q̄ status mores. Etenim quo status inferior: eo uirtus em̄nētior. Talem itaq; se exhibebat tam sedulū: ut ei dominus suā totam domū suā crederet: ipsi omnia cōmitteret. Vnde & uxor eius oculos iniicit in eū capta formæ uenustate. Nihil em̄ ad nos si petulantib; oculis aut ætas expetitiæ aut pulchritudo. Ars desit: nullū ē crimē decoris illecebra facessat: inoffensa est species & formæ gratia. Itaq; percita atq; animi furens interpellat iuuenē: & cogente libidine uicta passionū stimulis crimen fatetur. Verū ille abiurat flagicium: dicēs nec moribus hebræorū cōuenire nec legibus: ut alienum uiolēt thorū: quibus cura est tuendi pudoris: ut integri nuptiarū integris socientur uirginib;: nec ulli conueniant foemina: quæ legitimi ulus thori nesciat: religionēq; sibi esse ne ebrius turpis intemperantia: ingratus herilis indulgētia: cui obsequiū deberet: ei graue inferret contumeliā. Nunquid erubescerat uilem illum dominū tamē dicere & se seruum fateri?

Scil. 37. et 39.
Ps. 104.

Quinetiā cū ambiret mulier obsecraret: etiā metu p̄ditionis uel amoris sui lachrymas funderet ad extorquendi necessitatē: nec misericordia flexus ad flagicij cōsentum: nec coactus metu & precibus restitit: nec minis cessit: præponēs præmijs periculofam honestatē: q̄ turpem remunerationē casto pudori. Iterū quoq; mulier maioribus adorsā tentamētis: cum inflexibilē aduertet: etiā secūdo immobilē passione: effera impudētia uires ministrante: iuuenē aggreditur: ueste apprehensa ad cubile trahens: cōplexū offerens: & pene cœperat: nisi exuisset Ioseph uestem qua tenebatur: ne exueret amictum humilitatis: indumentū pudoris. Sciuit igitur humiliari qui humiliatus est usq; ad carcerē. & cum sustineret calumniā: maluit crimen falsum subire q̄ uerum referre. Sciuit inquam humiliari qui humiliabat pro uirtute: humiliabatur in typo eius: qui se erat humiliaturus usq; ad morem mortē autē crucis. Qui uenturus erat: ut uita hanc de somno resuscitaret: & somniū esse hunc uiuendi

usum doceret: in quo diuersæ cōmutationū uices tanq̄ ebriæ: & nihil solidum: nihil firmū: tanq̄ dormientis somniū uidentes nō uidemus: & audientes non audimus: & manducātes nō satiamur: gratulantes nō gratulamur: currētes nō peruenim⁹. Vanæ spes hominū in hoc sæculo: qui ea quæ nō sunt tanq̄ quæ sint sequēda arbitrent. Itaq̄ inanes & uacuæ rerum species: tanq̄ in somno uenerunt: abierūt: astiterūt: euanuerunt: Circumfusæ & dispersæ sunt: teneri uidentur & nō tenentur. Deniq̄ ubi quis audiuit dicētē: Surge qui dormis: & de sæculi istius somno exurrexit: falsa hæc intellexit omnia: euigilauit & fugit somniū: fugit potestas: abiit cura patrimonij: formæ uenustas: honorum studium. Hæc em̄ somnia sunt quibus nō mouentur qui uigilant corde: sed dormientes exagitantur. Vadae hunc sermonē meū sanctus uir Ioseph: nō esse perpetua nec diurna quæ sunt hui⁹ sæculi: qui ab initio nobilis genere: censu diues: subito ignobilis seruulus: & q̄ ipsam seruitij uilitatem acerbat: de generis domini ære emptū mancipium. Minus em̄ uile putatur seruire libero: geminatur autē seruitus: ubi seruitur uernaculis. Seruus igitur ex genere præclaro: pauper ex patre diuite: de amore ad odium: de gratia ad suppliciū: rursus de carcere ad aulam: de reatu ad iudiciū traductus: neq̄ aduersis fractus est: neq̄ eleuatus secūdis.

Ep̄. 5.

Assitipulatur etiā momentarias esse uices rerum etiā sancti Dauid frequēter uariatus status: qui despectus patri: preciosus deo: triumpho nobilis: inuidia uilis: ascitus ad ministeriū regium: electus ad affinitatem: postremo faciē & ora mutatus: exul regni: fugitans paricidij: nunc sua offendicula deplorabat: & rursus aliena remouebat: conciliato hærede nobilior q̄ decolorato. Expertus igitur omnia: pulchre dixit: Bonum mihi q̄ humiliatus sum. Q̄ hoc ad eum possit referri: qui cū esset in dei forma: facilis inclinare cælos: descendit tamē & formam serui accipiens nostras portauit infirmitates: qui præuidens sanctos suos: non quasi rapinam sibi propriū honorē assumere: sed subijcere se æqualibus & alios sibi anteferre dixit: Bonum mihi est q̄ humiliatus sum: Bonum mihi est: q̄ me subieci: ut subiecta mihi sint omnia: & sit de⁹ omnia in omnibus. Hæc infunde humilitatē singulorum animis: & teipsum formā præbe omnibus dicens: Imitatores mei estote: sicut & ego christi. Discant bonorum operum diuitias quærere: & morū esse locupletes. Pulchritudo diuitiarū non in sacculis diuitum sed in alimentis pauperū est. In illis infirmis & egenis melius opes lucent. Discant itaq̄ pecuniosi nō sua sed ea quæ sunt christi quærere: ut illos & christus requirat: ut illis sua largiatur. Impendit p̄ illis sanguinē suum: effudit illis spiritū suum: offert illis regnum suū. Quid amplius dabit qui seipsum obtulit? Aut quid est q̄ nō sit daturus pater: qui p̄ nobis unicum filiū tradidit morti? Admone igit̄ illos seruire dño in sobrietate & gratia: & tota mentis sedulitate: erigere oculos ad cælestia: nihil ponere in lucro: nisi qd̄ uitæ æternæ sit. Nam iste omnis huiusce stat⁹ sæculi animarū dispendiū est. Deniq̄ omniū detrimentū passus est qui uolebat christū lucrari: qd̄ & si mirabiliter dixerit: minus tamē expressit q̄ acceperat. Hic em̄ de alienis locutus est: christus autē dixit: Qui uult post me uenire: abneget seipsum sibi: ut ip̄e suum detrimentū sit: quo fiat lucrum christi. Caduca hæc omnia: cum damno sine lucro: illud solum est lucrū: ubi fruct⁹ p̄petuus: ubi æternæ merces quietis. Cōmendo tibi fili ecclesiā quæ est ad forum Cornelij: quo eam de p̄ximo interuisas frequētius: donec ei ordinetur episcopus. Occupat⁹ dieb⁹ ingruētibus quadragesimæ: tam longe nō possum excurrere. Habes illic illyrios de mala doctrina arrianorum: caue eorum ḡgania: nō appropinquēt fidelibus: non serpent adulterina semina: aduertunt quid p̄pter suam perfidiā acciderit: sibi quiescant: aut ueram fidē sequantē. Difficile quidē imbuti animi infidelitatis uenenis: abolere possūt impietatis suæ glutinum: si tamē in ijs uirus infaustum inoleuerit: nec facile ijs credendū putes. Nerui em̄ sunt & quidā artus sapientiæ nō temere credere: maxime in causa fidei: quæ raro perfecta est in hominibus. Tamen si quis est: qui licet suspectæ sit infirmitatis: & annūciantis affectus: & purgare habitā de se opinionē uelit: permitte: ut satifficisse se putet: indulge aliquātulū. Cuius em̄ excluditur satisfactio: auertitur animus. Nā

Ps. 118.

1. Cor. 15.

Ibidē. 11.

Luc. 9.

etiam medendi periti cū uident notas ægritudines: ut ipsi appellant: medicinā quīdem nō adhibent: sed tamē medicinæ tempus expectāt: nec deserunt inualidū: sed leuioribus uerbis aut quibus possunt palpant delinimētis: ne aut intermissa ægritudo desperatione animi grauescat: aut crudelior medicinā respuat: eo q̄ ad maturitatē puenire nequeat: si indigeste insolens rerū hmōi medicus adhibeat manus. Siqui dem & pomū cū immaturū exagitur: cito deperit. Et quia de agro exemplū sūpsim⁹: præcipe illis inuolata cōfinij seruare iura: paternos custodire terminos quos lex tuetur. Supra fraternā charitatē frequēter est uicini gratia. Ille em̄ sæpe lōge: hic in pximo est: uitæ omnis testis: conuersationis arbiter. Delectet eum p̄ finitima spacia laxare liberum pecus: & in herba uiridi proiectum securo captare ocia. Seruos quoq; domin⁹ iure seruitij subditos habeat p̄ moderamine coertionis quasi animæ confortes. Paterfamilias em̄ dicitur: ut quasi filios regat: quoniā & ipse dei seru⁹ est: & patrem appellat dominū cæli: moderatorē potestatiū omniū. Vale & nos dilige ut facis: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Sabinū: causam reddentis: Cur post scripturā prius directam codicem apertius scriptū trāsmiserit: Cur etiam ppriam manū stilo suo affixerit: ad epistolarem inde ludum eū inuitantis: & usum illius exponētis: Ep̄la. XLV.

Mbrosius Sabino. Transmisi petitum codicē scriptum apertius atq; eno-
 a datius q̄ ea scriptura est quā dudum direxi: ut legendi facilitate nullum iudicio tuo afferatur impedimentū. Nam exemplaris liber nō ad speciem sed ad necessitatē scriptus est. Non em̄ dictamus omnia & maxime noctibus: quibus nolimus alijs graues esse ac molesti: tum quia ea quæ dictantur: impetu quodā prouunt & profluo cursu ferūtur. Nobis autē quibus cura est senilem sermonē familiarī usū ad unguem distinguere: & lento quodā figere gradu: aptius uidetur propriā manū nostro affigere stilo: ut nō tam deslare aliquid uideamur q̄ abscondere. Neq; alterū scribentē erubescamus: sed ipsi nobis conscij sine ullo arbitro: non solū a uiribus sed etiam oculis ea ponderemus quæ scribimus. Velocior est em̄ lingua q̄ manus: dicente scriptura: Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis. Sed forte dicas: quia uelocitatē ad scribentē rettulit. Non te fallit tamē id significari q̄ scribæ uelociter scribentis celeritas sola possit linguæ ppheticæ excipere sermones. Apostolus quoq; Paulus sua scribebat manu sicut ipse ait: Mea manu scripsi uobis: ille ppter honorificentia: nos ppter uerecundia. Tamē dum adhuc habes de libris iudiciū: interludamus epistolis: quarum eiusmodi usus est: ut disuncti locorū interuallis: affectu adhæream⁹: in quibus inter absentes imago refulget præsentia: & collocutio scripta separatos copulat: in quibus etiā cum amico miscemus animū: & mentem ei nostrā infundimus. Iam si ut hortaris aliquid & de ueteribus scriptis redoleat in epistolis. Non solū autē conglutinari uidetur per ueræ doctrinæ pfectum: sed etiā plenioris colloquij species & forma exprimit: ut inter quæredī & respondēdi mutuas uices: assumpta concertatio in unum cōducere: & coram uideatur amicos locare: qui tali se laceffunt & cōplectunt munere. Quid autē maiorū nostrorū exempla pferā: qui epistolis suis fidē infuderunt populorū mētibus: atq; ad integros & cōfertos scripserunt populos: & præsentēs se esse cū absentes scriberēt significarūt: dicēte sancto Ap̄lo: quia absens erat corpore sed præsens spiritu: nō solū cū scriberet sed etiā cū uideret. Deniq; absens p̄ epistolā condēnabat: & idē absoluebat p̄ epistolam. Epistola em̄ Pauli quædā effigies erat eius præsentia & forma operis. Nō em̄ ut aliorū epistolæ graues inquit & fortes: præsentia autē corporis infirma: & sermo cōtemptibilis talis & apostoli: sed talis huius epistola: ut talis esset forma præcepti: qualis esset operationis substantia: quia quales sumus inquit uerbo p̄ epistolas absentes: tales & præsentēs sumus in opere. Imaginē præsentia suæ in epistolis expressit: fructum & testimoniū in opere significauit. Vale & nos dilige ut facis.

Sancti Ambrosij ad Eusebiū: iocunditatē illius in filijs & filiorum benedictionem recensentis: Ep̄la. XLVI.

LIBER VII EPISTOLA XLVI XLVII

Mbrosius Eusebio. Faustinus uterq; tibi redditus est nobis utrūq; Ambrosium pignus refedit. Ipse habes qđ primū in patre: & quod iocundissimū est in filio minore: quia & uirtutis apicem tenes: & humilitatis exhibes gratiam nōs qđ medium inter patrē & iuniorem filium. Tecum summa totius domus & perpetuati uocabuli iugis successio. Apud nos parca mediocritas quæ & de summo pendat: & in posteriore subsistat. Tecum igitur requies utriusq; nostrū quæ cum inuicem nobis refunditur: omnē animi abstergit sollicitudinē. Tecum is qui & moribus & operibus suis: & sobole tali inuenit gratiā apud dominū nostrum. Tecum is qui inter mūdi huius pcellas spiritalem nutriuit columbam: quæ ei fructus afferat pacis uncta oliuo integritatis. Tecū is qui ædificauit aram deo: quē benedixit deus & filios eius dicens: Crescite & multiplicamini. Cum quo testamētum pacis statuit sūæ: ut sit ei & filijs eius in pgeniē æternam. Habes igitur hæredē diuinæ benedictionis: consortē gratiæ: participem iusticiæ. Sed uide quæso: ne iste nomine noster agricola: bonus plantator feracis uinæ: cum fuerit amoris & gratiæ tuæ inebriatus poculo: tanq̄ crapulatus a uino: diutius quieti indulgeat: ac si forte in dormierit: excitet eum Sem nostri desiderium. Est & ibi laphet iunior ex fratribus: qui pietatis reuerentia patrem induat: quē pater & dormiens uideat: nec unq̄ de pectore dimittat suo: quin semp oculis & complexu teneat: atq; euigilans intelligat: quæ ei fecerit filius suus iunior: qui latitudo latine dicitur: eo qđ in labijs eius diffusa gratia & sit in moribus propter qđ benedixit eum dominus: quia ipse tanq̄ bonus retrorsum rediens: patrem texit pio charitatis uelamine: & detulit pietati honorē: de quo & pater ait: Lætificet deus laphet in domibus Sem. Vnde & in enumeratione generationum præfertur seniori fratri: in benedictione substituitur. Præfertur ppter honorē nominis: substituitur ppter prærogatiuā senioris ætatis: & honorificentia naturæ debitam. Sem autē dicitur latine nomen. Et bene hic noster Ambrosius bonū nomen: in cuius domibus lætetur laphet: quia potius est nomen bonū: super multas diuitiarū copias. Sit ergo & iste benedictus & gratia eius super aurum & argentū: sit in portione eius seme Abrahæ: sint benedictiones in posteritate & omni familia iusti uiri. Sed maledictus nemo: benedicti omnes. Benedictus em̄ Saræ fructus. Salutant te Ambrosij: salutat Parthenius dulcissimus: salutat Valentinianus paratus ad humilitatem: qđ hebraice chanaan dicitur quasi puer fratris sui: cui & nomine suo cessit. Et ideo tanq̄ Nemroth gemini gigas nominis: uenator egregius super terram: de duo dictum est Tanq̄ Nemroth gigas uenator ante dominū. Namq; ingenio subrusticus: uiribus ualidus: quos ingenio æquare non potest: uiribus superat: ut comacinas rupes gestare secum: & faciem tauro propior uultu uideatur exprimere: posthabitu se indignatus: & paterno exutum uocabulo metropolitanū uirum bononiensi subditum: quia infantia nescit blanditias & de nutricis gremio se illæsus excussit. Vale & nos diligere: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Irenæum: confutatis errorem cuiusdam maledici apollinariæ: qui nō potest audire qđ dominus noster Iesus christus pro nobis seruitutem suscepit: Epistola. XLVII.

Mbrosius Irenæo. Quē scripsisti maledici seminatore sermonis: leuissimus est: qui iam ueneni sui mercedem recepit. Siquidem responsum est ei publice: & qđ priuatim seuerat: palam melluit. Ego autē uanum ante & inuisorē tantū habebam. At ubi iste sermo ad aures peruenit meas: statim respondendi qđ eū uirus infecerit apollinare: qui non potest audire qđ dominus noster Iesus p nobis seruitutem suscepit in istius corporis susceptione: cum Apostolus clamer: qđ formam serui acceperit. Hoc munimentū: hæc sepes ē fidei nostræ: qui hanc destruit: destruetur ipse: sicut scriptum est: Quia destruentē sepe mordebit serpens. Equidem primo leniter mandauit ei: qua ratione bonā rem malo animo facis? Ego em̄ beneficio annuero: si quis mea legēs scripta dicat mihi qđ uideatur moueri: Primū quia & in ijs quæ scio: falli possum. Multa iure prætereunt: multa quibusdā aliter sonant:

pulchrum est si fieri potest: cauere omnia. Deinde quia non debeo moleste ferre: si cum de apostolicis & ipsis euangelicis dominicisque uerbis plerique multas quaestiones ferant: etiam in meis scriptis reperiant de quo disputandum putet. Plerique enim studio indulgent suo: ut iste qui propterea orbem circuiuit ut quaereret quem reprehenderet non quem sibi imitandum arbitraretur. Hic igitur ut arroderet aliquid de meis scriptis: causam sibi amplam repperit: quoniam eo loci ubi dixit dominus Iesus: Confiteor tibi pater domine caeli & terrae: diximus ideo dictum: ut nos intelligamus patrem filii esse & dominum creaturam. Quod in psalmo euidenter dominum dixerit patrem filius. Viderunt me & mouerunt capita sua: adiuua me domine deus meus. Etenim secundum formam serui locutus dominum uocauit quem patrem nouerat: aequalis in dei forma seruus secundum carnis substantiam se praedicans. Seruitus enim carnis: dominatus autem diuinitatis est. Aduertis igitur primum pro tua admirabili prudentia ea quae in euangelio dicuntur: ad euangelij tempus referri: quo dominus Iesus inter homines humana specie conuersabatur: Nunc in secundum hominem iam non nouimus christum: sit ita uisus & cognitus ueteribus: iam transferunt uetera: & omnia noua facta sunt. Omnia tamen ex deo qui nos sibi per christum reconciliauit. Erasmus enim mortuus: & ideo unus pro omnibus mortuus & unus pro omnibus seruus factus est. Quid dicam seruus factus est: Peccatum: opprobrium: maledictum factus est. Dixit enim Apostolus: Quia pro nobis peccatum factus est: quia maledictum factus est dominus Iesus: Dixit quia cum sibi subiecerit omnia tunc & ipse subiectus erit. Dixit & Petrus: In nomine Iesu nazareni surge & ambula. Dixit quia glorificauit puerum suum Iesum: & nemo calumniatur de tempore. In Apocalypsi autem & psalmi. 21. agnus dictus est a Iohanne: dictus est in psalmo: uermis & non homo. Haec omnia factus est: ut nostrae obtunderet mortis aculeum: nostram seruitutem tolleret: maledictas peccata: opprobria deleteret. Haec & alia quae consuleanti cuidam & multo plura a te scripsisti relata: cum scriptura diuina habeat: quemadmodum quisque dubitabit dicere quae pie scripta sunt: quoniam ad gloriam christi spectant non ad imminutionem. Nam cum de dono eius: hoc est manna dictum sit: quia & qui minus collegit non deminuit: & qui plurimum: non ampliuit: unde potuit ipse uel minui uel augeri. Quid enim in eo imminutum est quod nostram seruitutem: nostras infirmitates suscepit. Erat humiliatus: erat in forma serui: sed idem in gloria dei patris. Erat uermis in cruce: sed idem dimittebat peccata etiam persecutorum suorum. Erat opprobrium: sed idem maiestas domini: sicut scriptum est: Et uidebitur maiestas domini: & uidebit omnis caro salutare dei. Quid amisit cui nihil minus est. Non habebat quidem speciem neque decorum: sed habebat plenitudinem diuinitatis. Infirmus existimabatur: sed non destiterat esse dei uirtus: uidebatur ut homo: sed fulgebat in terris maiestas diuina & patris gloria. Vnde pulchre Apostolus eiusdem uerbi repetitione usus est dicens de domino Iesu: Quia cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se aequali deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Quid est in dei forma: nisi in plenitudine diuinitatis in illa perfectionis diuinae expressione. Ergo cum esset in plenitudine diuinitatis: exinaniuit se: & accepit plenitudinem naturae & perfectionis humanae: sicut deo nihil deerat: ita nec hominis consummationi: ut esset perfectus in utraque forma. Vnde psalmi. 44. & Dauid dicit: Speciosus forma praefilijs hominum. Concluditur a pollinarista: nec quo se uertat habet: suis clauditur retibus. Ipse enim dixerat: Formam serui accepit: non seruus lectus est. Iterum ergo interrogo: quid est in forma dei. In natura dei. Sunt enim ait Apostolus: qui non sunt natura dei. Quaero quid sit formam serui accipiens. Sine dubio perfectionem naturae & conditionis (ut dixi) humanae: ut esset in hominum similitudine. Et pulchre non carnis sed hominum dixit similitudinem: quia in carne eadem. Sed quia sine peccato erat solus: omnis autem homo in peccato: in specie hominis uidebatur. Vnde & propheta ait: Et homo est & quis cognoscit eum. Homo secundum carnem: sed ultra hominem secundum diuinam operationem. Denique cum leprosum tangeret: homo uidebatur: sed ultra hominem cum emundaret. Et cum Lazarum fletet mortuum quasi homo flebat: sed supra hominem erat: cum mortuum uinctis iuberet pedibus

exire. Homo uidebatur cum penderet in cruce: sed supra hominē cum referatis tumulis mortuos resuscitaret. Nec sibi blandiatur uirus apollinare: quia ita legi: Et specie inuentus ut homo. Non em negatus est homo Iesus: cum alibi ipse Paulus de eo dicat: Mediator dei & hominū homo christus Iesus: sed cōfirmatus est. Id em est usus & moris scripturæ sic significare: Sic & in euangelio legimus: Et uidimus gloriā eius gloriā quasi unigeniti a patre. Sicut ergo quasi unigenitus dicitur: & non abnuitur unigenitus dei filius: ita ut homo dicitur: & perfectio fuisse in eo hominis nō negatur. Cum esset igitur in forma serui humiliatus usq; ad mortem: erat tamen in dei gloria. Quid ei igitur offuit seruitus? Seruus autem factus legitur: quia legitur factus ex uirgine & creatus in carne. Omnis enim creatura seruit: dicente ppheta: Quia uniuersa seruiunt tibi. Vnde & deus pater ait: Inueni Dauid seruum meū: oleo sancto unxi eum. Ipse uocabit me: pater me⁹ es tu: deus salutis meæ: & ego primogenitū ponam eum. Et in alio psalmo: Custodi animā meam quoniā sanctus sum saluum fac seruum tuū. Et infra in eodem psalmo: Da potestātē puero tuo: & saluū fac filium ancillæ tuæ. Congessi enim patris & filij uoces: ut ei non argumenta humana sed diuina responderēt oracula. Alibi inquit: In manus tuas cōmendo spiritum meū. Statuisti in loco spacioſo pedes meos: super omnes inimicos meos factus sum opprobrium. Et in eodem psalmo: Illustra faciē tuam super seruum tuum. Per Esaiam quoq; dicit ipse filius dei: Ex utero matris uocauit dominus nomen meū: & posuit os meum ut gladium acutū: & sub tegmento manus suæ protexit me. Posuit me sicut sagittam electam: & phœretra sua texit me & dixit mihi: Seruus meus es israel. Dicitur enim dei filius & israel: sicut alibi: Iacob puer meus: israel dilectus meus. Solus em uere deum patrem nō solum uidit sed etiā enarrauit. Et sequitur: In te glorificabor. Et ego dixi: in uacuum laboraui: & in nihilum dedi uires meas: ideo iudicium meum ante dominū: & dolor meus ante deum meū. Et nunc sic dicit dominus: Qui finxit me seruum ex utero sibi ad congregandū Iacob & israel. Quis cōgregauit dei populū nisi christus? Quis glorificatus est ante dominū? Quis est dei uirtus? Cui dixit pater: Magnū tibi est uocari te puerū meum? Et cui dicit: Ecce posui te in testamentū generis mei in lucem gentiū: ut sis in salutē usq; ad extremū terræ.

De quo etiam per os Ezechiel locutus est dicēs: Suscitabo super eos pastore unū: & reget eos seruus meus Dauid: & erit eorum pastor: & ego domin⁹ ero illis in deum: & Dauid in medio eorum princeps. Dauid utiq; rex iam defunctus erat: & ideo uerus Dauid: uerus humilis: uerus mansuetus: uerus manu fortis dei filius hoc annunciat nomine. Qui etiā in Zachariæ prophetæ libro significat dicēte deo patri: Ecce ego mittam seruū meū: oriens nomē est ei. Nūquid quia habebat uestimēta sordida: ideo fulgorem diuinitatis suæ sol iusticiæ non habebat? Et quid plura? An infirmius putamus seruitū esse q̄ peccatum: q̄ maledictū: q̄ opprobrium: q̄ infirmitates: quas p nobis suscepit: ut a nobis auerteretur? Factus est enim hæc omnia: ut uniuersa uacuaret. Sed hæc ideo nō recipiūt q̄ seruus: opprobriū: peccatū: maledictū factus sit: quia uerbū & carnem unius asserunt esse substantiæ: & dicunt: ergo qui nos redemit: seruus dictus est: & peccatū debuit dici. Nec aduerterunt q̄ hæc christi gloria sit: quia seruitutē suscepit in corpore suo: ut libertatē omnibus redderet: peccata nostra portauit: ut mūdi peccatū tolleret: Seruus: peccatum: maledictū factus est: ut tu peccati seruus esse desisteres: te diuinæ sententiæ maledictō absolueret. Ille ergo maledictum suscepit tuū. Maledictus em omnis qui pendet in ligno: Ille maledictum in cruce factus est: ut tu benedictus esses in dei regno: Ille de honestat⁹ & depreciatus est nec aliquid existimatus: Ille dicebat: In uacuum laboraui: p quē meruit Paulus dicere: Nō in uacuum laboraui: ut boni operis fructum & euangelicæ præ-

Phil. 2.

1. Timoth. 2.

Job. 1.

Ps. 118.

Ps. 88.

Ps. 85.

Ps. 30.

Esa. 49.

Ezech. 34.

Zacharie. 5.

Deut. 21.

Phil. 2.

LIBER VII EPISTOLA XLVIII

Sancti Ambrosij ad Irenæum: psequētis illud quod in Hieremia scriptum est: Clamauit perdix: congregauit quæ non peperit: naturam istius auis describendo: & eum diabolo ac membris suis adaptando: Epistola XLVIII.

Diere. 17. Ambrosius Irenæo. Clamauit perdix: congregauit quæ non peperit. Licet enim mihi de superioris sine epistolæ sequentis mutuari exordium. Celeberrima quaestio: & ideo ut possimus eam absolueret quid de natura auis istius habeat historia: consideremus. Nam & hoc considerare: non mediocris prudentiæ est: Si quidem & Salomon naturas cognouit animalium: & locutus est de pecoribus: & uolatilibus: & de reptilibus: & de piscibus. Dicit itaque auis ista plena esse doli: fraudis: fallaciæ: quæ decipiendi uenatoris uias calleat: atque artes nouerit: ut eum a pullis auertat suis: omniaque tentamenta uersutiæ non prætermittit: quo possit uenantem abducere a nido & cubilibus suis. Certe si insistere aduerterit: tamdiu illud: quod diu soboli fugiendi signum tribuat & potestatem. Quam ubi euasisse senserit: tunc se & ipsa subtrahit: & lubrica arte deceptum insidiantem relinquit. Fertur etiam promiscuæ esse permixtionis: ut feminas cum summo certamine mares irruant: & uaga calescant libidine. Unde impurum & maliuolum & fraudulentum animal: aduersario & circumscriptori generis humani: fallacissimoque & impuritatis auctori conferendum putatur. Clamauit ergo perdix: quia a perdendo nomen accepit: sathanas ille qui latine contrarius dicitur. Clamauit in Eua primum: clamauit in Cain: clamauit in Pharaone: Dathan: Abiron: Chore: Clamauit in iudæis: quando petierunt sibi fieri deos: cum Moyses legem acciperet: Clamauit iterum: quando de saluatore dixerunt: Crucifigatur: crucifigatur: Sanguis eius super nos & super filios nostros: Clamauit quando sibi regem fieri postulerunt: ut recederent a domino deo rege: clamauit in omni uano & perfido. His uocibus congregauit sibi populos quos non creauerat. Deus enim hominem ad imaginem suam fecit: & diabolus sibi hominem uocis suæ fraude sociauerat. Congregauit sibi nationum populos faciens diuitias non cum iudicio. Unde in prouerbio est de diuite avaro: Quia perdix iste congregat diuitias non cum iudicio. At uero meus Iesus quasi iudex bonus: cum iudicio omnia agit: qui uenit sicut scriptum est dicens: Ego loquor iusticiam & iudicium salutis. Ea igitur gratia deprædatus est perdicem illum diabolum: abstulit ei male congregatas diuitias multitudinis: reuocauit ab errore animas gentium: mentesque nationum deuiantium. Et quia diaboli uoce deceptos sciabat: & ipse ut uincula nexuque ueteris erroris solueret: clamauit primum in Abel: cuius clamauit uox sanguinis: Clamauit in Moysen cui dixit: Quid clamas ad me? Clamauit in Iesu naue: Clamauit in David: qui ait: Clamaui ad te salua me: Clamauit in omnibus prophetis. Unde & ad Esaiam dicit: Clama: & ille ait: Quid clamabo? Clamauit in Salomone conuocans cum altissima prædicatione ad sapientiam: Venite edite de meis panibus & bibite uinum quod miscui uobis. Clamauit etiam in corpore suo sicut Scarabæus in ligno. Clamauit ut insidiatorem falleret & circumueniret dicens: Deus deus meus quare me dereliquisti? Clamauit ut despoliaret respondens latroni: Amem amem dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Itaque ubi clamauit Iesus: continuo perdix ille a congregatis in dimidio dierum suorum derelictus est. Unde & quidam naturæ perdicis etiam istud aptandum putarunt: eo quod aliena diripiat oua: & foueat suo corpore: atque hac sua fraude partus alienos studeat acquirere. Sed (quod aiunt cornicis oculum: habent enim & uolatilia suas artes) ubi istud aduerterit cuius aut singula oua direpta aut cubile fuerit inuasum: sollicitata soboles erroris similitudine: speciei simulatione decepta: & si infirmior uiribus: induit se atque armat uersutiæ: & cum labor omnis impensus nutrimentorum educantem exhausserit: atque adulescere pulli coeperint: tunc uocem emit: & quadam pietatis tuba plene aduocat. Quæ naturali quodam auditu excitata agnoscit parentem & simulantem deserit. Ita cum uult congregare quæ non peperit: amittit quos nutriendos putauit. Non superfluo igitur & Iesus clamauit: ut quia totius mundi populus uoce perdicis blanditijs arte specie deceptus ab auctore proprio deuiauerat lubricas artes secutus: ueri parentis uoce reuocatus fallacem relinqueret: atque in dimi-

LIBER VII EPISTOLA XLIX L LI LII

dio dierum eius fraudulentū desereret: id est: ante hui⁹ finem sæculi: cui nos eripu-
it dominus Iesus: & ad uitam æternā uocauit. Itaq; nunc mortui mundo: uiuim⁹ deo.

Cū igitur perdix iste penitus a falsis filijs derelictus fuerit: tunc erit stultus ille quē
elegit deus: & sapientē confudit: saluus. Quoniā quæ stulta sunt mūdi: elegit deus. *1. Cor. 1.*
Ideo si quis uidetur sapiens esse in hoc sæculo: stultus fiat ut sit sapiens. Vale fili & *Ibidem. 3.*
nos dilige ut facis: quoniā nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Syriciū: narrātis illum Prisco aduenienti litteras dedisse: & se
eidem reuertēti alias reddidisse: Et quia utrūq; eorū officio remuneratus sit: etiā ei⁹
officij preciū incrementa debere adipisci gratiæ: Ep̄la. XLIX.

Mbrosius Syricio. Prisco amico & æquæuo meo dedisti aduenienti litte-
a ras. Ego quoque reuertenti reddidi: quas & pro officio & pro amore debuī.

Vtrūq; igitur nostrum suo officio remunerat⁹ est: qđ & mihi tuas & meas
tibi restituit. Ideo eius officij preciū incrementa debet adipisci gratiæ. Vale & nos
frater dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Atticū: scribētis litteras suas Priscū sibi: & se illi alias reddidisse:
se: Priscum dilectioni suæ ampli⁹ cōmendantis: Ep̄la. L.

Mbrosius Attico. Prisco meo dedisti litteras: Priscus meus mihi reddidit:
a & ego Prisco. Tu Priscū ut soles dilige: & plus etiā q̄ soles: q̄ eo suadeo: q̄
& ipse Priscū meū facio plurimi. Est em̄ erga eum Priscus hic noster amor:
qui a puericia iam inde nobis cū ætate accreuit simul: sed eum multo post uidi tem-
pore: ut uere mihi non solū nomine sed etiā tanti interuallo temporis Priscus adue-
nerit. Vale & amantes tui dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Fœlicē: significātis tuberū sibi missorū partē amicis direxisse:
Et illum q̄ se tā diu nequaq; reuifarit arguentis: Ep̄la. LI.

Mbrosius Fœlici. Misisti mihi tubera & quidē miræ magnitudinis: ut stu-
a pori forent ea tā grandia: nolui in sinu: ut aiunt: abscondere: sed alijs quoq; de-
monstrare malui. Itaq; partē direxi amicis: partē mihi reseruauī. Suaue mu-
nus: nō tamē ita præpotēs: ut cōprimeret querelā meam iure excitatā: qđ nos tam-
diu amantes tui nequaq; reuifas. Et caue posthac ne maiora inuenias doloris tubera.

Nam huius nominis diuersa ratio. Vt enim grata in munere: ita in corpore atq; in
affectu molesta sunt. De te impetra quo minus te abesse doleam. Nam causa com-
motionis meæ desideriu est tui. Effice si potes: ut minus gratus sis. Rem exposui:
causam pbauī. Intorquēda est amentata illa non manipularis sentētia: metuisti cer-
te: sed uide q̄ mouear: ut deleat iocari: postea tamē ne excusaueris. Etem̄ quis tua
hæc uectigalis mihi sit excusatio: male de te iudicat: nec de me melius: si aut tuā ab-
sentia muneribus cōpensandam: aut me munerib⁹ redimendū putes. Vale & nos
amantes tui dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Romulū: quæstioni illius: Cur uidelicet deus dixerit: Ponam
cælū æreum: & terrā ferream: satisficientis: Ep̄la. LII.

Mbrosius Romulo. Cum sis in agro: miror qua ratione de me quærēdum
a putaueris: cur dixerit deus: Ponam cælum æreum: & terrā ferreā. Nā spe-
cies ipsa agri & præsens fertilitas docere nos potest quanta clementia sit æ-
ris & cæli indulgentia: quādo dignatur deus ubertatem dare: quādo autē sterilitas:
quemadmodū clausa omnia: spissus aer: ut in rigorem æris solidatus putetur. Vnde
alibi habes: quia in diebus Helix clausum est cælū annis tribus & mensibus sex. Si
gnificatur igitur clausum cælū æreū esse: usum sui terris negare. Terra quoq; ferrea
est: cū puentus abnuī: & iacta sibi semina tanq̄ hostili duricia genitali excludit aluo:
quæ gremio solet blandæ matris fouere. Quādo em̄ ferrum fructificat: Quando æs
imbres relaxat: His igit̄ miserandā famem minatur impijs: ut qui pietatē filiorum
cōmunium domino & patri exhibere nesciunt: careant nutrimento paternæ indul-
gentiæ: sit illis cælū æreum concreto aere & solidato in metalli rigorem: sit illis terra
ferrea partus suos nesciens & qđ plærumq; impia habebat: discordias serēs. Raptū

Leuit. 26.
Deut. 28.

Luc. 4.

em utuntur qui uictu indigent: ut alienis dispendijs famē suam ableuent. Iam si & of-
fensa inhabitantiū huiusmodi sit: ut diuina cōmotione ijs inferant praelia: uere ter-
ra est ferrea telorū segetibus inborrens: & suis nuda fructibus: fœcunda ad pœnam:
sterilis ad alimoniā. Vbi autem abundantia: Ecce ego pluo uobis panes: dicit domi-
nus. Vale & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Titianū: illi cōgaudentis q̄ a Rufino liberat⁹ sit: quē sibi gra-
uiorem iudicē in negotio cū nepte sua arbitrabat⁹: Ep̄la. LIII.

Mbrosius Titiano. Venit tibi innocens uictoria: ut sine uoti amaritudine
a potiaris uictoriæ securitate. Rufinus em̄ ex magistro officiorum factus est
in consulatu præfectus prætorio: ac per hoc plus posse cœpit: sed tibi iam ni-
hil obesse. Est enim aliarum præfectus partium. Q̄ gaudeo uel illi ut amico: quia
honore auctus inuidia leuatus est: uel tibi ut filio: quia liberatus es ab eo: quē tibi gra-
uiorem iudicem arbitrabare: ut si de negotio definiueris cū tua nepte: pietatis tuæ
sit nō formidinis. Ideoq̄ p̄mptior esto decisioni: cuius & spes potior & fructus est.
Spes quia pater neptis tuæ: quid de illis sentias: sibi plurimū blandiebat⁹: iam qd̄ de
eo speret nō habet. Ille em̄ alia curat: præterita negligit: uel cū illud qd̄ tunc gerebat
deposuit officium iste negocij sui meritū: nō sententiæ patronū considerat. Et fru-
ctus iocundior est: ut tibi referatur decisionis gratia: qui potueris iā spernere & non
spreueris: pietatē spectans necessitudinis: nō stimulū offensionis. Vale & nos dili-
ge ut filius: quia nos te ut parentes diligimus.

Sancti Ambrosij ad Syricium: gratum sibi asserentis cū & ab ipso litteras accipi-
at: & ille aliquos de conseruitio suo dirigat: eosq̄ se diligere contestantis qui non pa-
tiuntur se a suo munere diutius abesse: & ad sequendum dominum Iesum suaden-
tis: Ep̄stola. LIIII.

Mbrosius Syricio. Gratum est mihi cū litteras accipio tuas. At cum de cō-
a seruitio nostro aliquos dirigis: ut fratrem nostrū & cōpresbyterū Syrum tu-
is es p̄secutus litteris: geminatur læticia. Sed utinam fructus fuisset iste diu-
turnior. Nam statim ut uenit: recurrendum putauit: qd̄ quidem ad desiderium me-
um plurimū minuit: ad sui gratiam multum addidit. Nam ego diligo eos uel pre-
sbyteros uel diaconos qui cū aliquo processerint: nequaquā se patiunt⁹ a suo diutius
abesse munere. Dicit em̄ p̄pheta: Non laboraui sequens post te. Quis autē potest
laborare sequens Iesum: cū ipse dicat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati
estis: & ego uos reficiam⁹. Sequamur ergo Iesum semp̄ nec desinamus. Q̄ si sem-
per sequamur: nunq̄ deficiam⁹. Dat em̄ uires sequētibus se. Itaq̄ quo p̄pior uirtuti fu-
eris: eo fortior eris. Plærūq̄ cū sequimur: dicite nobis ab aduersarijs: Vbi est uerbū
domini: ueniat. Sed nos nō fatigemur sequendo: nō auertamur subdolæ interroga-
tionis impedimēto. Dicebat hoc p̄phetæ cū mitteretur in carcerē: cū demerge-
retur in uoraginē luti. Vbi est uerbum domini: ueniat. Sed ille multo magis secut⁹
est: & ideo ad brauiū puenit: ideo accepit coronam: quia nō laborauit qui sequebat⁹
Iesum. Nō est em̄ labor in Iacob: nec dolor uidebit⁹ in Israel. Vale & nos dilige: q̄
& nos amantē nostri ut parentē diligimus.

Sancti Ambrosij ad Fœgadiū & Delphinū episcopos: insinuantis Polibiū ut utriq̄
eorum scriberet poposcisse: ac post datam ep̄istolā utriusq̄ nomine conscriptā alte-
ram exegisse: & ei se illam dedisse: Ep̄stola. LV.

Mbrosius Fœgadio & Delphino episcopis. Polibius filius noster cum de
a africanis regressus partib⁹ in quibus proconsularem iurisdictionem egregie
repræsentauit: aliquantulos nobiscum exegisset dies: summa gratia se meis
uisceribus infudit. Deinde cum abire hinc & demearē uellet: poposcit ut utriq̄ ue-
strum scriberem. Promisi futurum. Itaq̄ dictaui ep̄istolam: & utriusq̄ conscriptā no-
mine dedi. Postulauit alteram. Dixi ad utrūque uestrum datā more usq̄ nostro:
eo q̄ sancta mens uestra nō ep̄stolarum numero sed coniunctione nominū delecta-
retur. Nec perpeti posset ut fieret uocabulorū separatio: quorū affectus cōueniret:

Ideoq; præscriptum nostro muneri ut uteremur charitatis cōpendio. Quid plura? Exegit alteram: dedi: ut neq; illi negarē quod posceret: nec mihi immutarē quod in usum uenerat. Ita & ille habet quod utriq; reddat: quia id solū prætendit: ne cum alteri reddidisset: alteri uacuus foret. Et ego uobis indiuisæ gratiæ munus sine ullo dependā offensionis periculo: & diuisionis scrupulo. Cū præsertim etiā hæc forma scriptiōnis apostolicæ sit: ut & unus ad plures: ut Paulus ad galatas: & duo ad unum possint scribere: sicut est scriptū: Paulus uinctus Iesu christi & Timothæus frater: Pbi-
 lemoni. *Ad philemonē*

Salutē uobis dico: diligite nos & orate p nobis: quia ego uos diligo.
 Sancti Ambrosij ad Romulum: de eo q; Aaron populo poscenti sibi deos fieri aurum detraxerit: et q; eo auro figuratum sit uituli caput: & q; Moyses tam dure indignatus sit ut iuberet quēque insurgere in necem p ximi sui: quid ipse sentiat exprimentis: Epistola. LVI.

Mbrosius Romulo. Epistolarū genus ppterera repertum: ut quidā nobis cū absentibus sermo sit: in dubium nō uenit. Sed fit hoc usu exēploq; pulchrius: si inter parentē ac filios crebra & iocūda alloquia cædantur: ut uere inter disiunctos corpore quædā imago referatur præsentia. His em̄ adolefcit officijs amor: sicut tuis ad me aut meis ad te augeſ litteris. Sed hoc multo locupletius p ximis tuæ dilectionis experiri cœpi affatibus: quibus me consulendum putasti: quid sibi uellet q; Aaron aurū detraxerit populo poscenti sibi fieri deos: Et q; eo auro figuratū sit uituli caput: uel q; Moyses tam dure indignatus sit: ut iuberet proximū quēq; insurgere gladijs in necem p ximi sui. Magnū est enim nulum pati absentibus damnū irrepere non solū suauitatis sed etiam collationis & liberalis scientiæ. Quid igitur de eo sentiam quoniā exposcis: conferendi magis q; exponendi studio loquar. Cū Moyses in monte syna legem acciperet: populus erat cum Aaron sacerdote. Et quis frequenter ad culpam lubricus: tamē q̄diu lex dabatur: sacrilegio errasse non p̄ditur. Verum ubi diuinū conticuit oraculum: peccatum irrepsit: ut peterent sibi fieri deos. Coactus Aaron petit anulos eorum & in aures mulierū: quæ tradita in ignem misit: & conflatū est uituli caput. Neq; excusare tantum sacerdotem possumus neq; cōdemnare audemus. Non imprudēs tamē qui anulos iudæis & in aures abstulit. Etenim qui sacrilegium moliebantur: nec fidei signaculū habere poterant: nec ornamenta auriū. Deniq; & patriarcha iacob abscondit in aures cum simulacris gentium: quādo in sichimis abscondit: ut nullus audiret superstitiones gentilium. Pulchre autē dixit: Deponite anulos & in aures aureas: quæ sunt in aures mulierum uestrarum. Non quo uirorū in aures relinqueret: sed q; uiros non habere manifestaret. Congruē quoq; in aures auferuntur mulieribus ne iterum Eua uocem serpentis audiret. Et ideo quia sacrilegiū audierant: conflatis earum inauribus conflata est imago sacrilegij. Qui enim male audit: cōflare sacrilegium solet. Cur autē caput uituli exierit: sequētia docent. Quia significabatur futurum qd̄ Hieroboam posteriore tempore hoc gen^o sacrilegij induceret: ut populus hebræorū adoraret uitulos aureos: siue q; omnis p̄fidia similis immanitatis atque insipientiæ bestialis sit. Cuius rei indignitate percitus fregit tabulas Moyses: & cōminuit uituli caput atq; in puluerem redegit: ut omnia impietatis aboleret uestigia.

Fractæ sunt enim primæ tabulæ ut pararentur secundæ: quibus p euangelij prædicationē perfidia cōminuta euauit. Sic Moyses typū illum dissipauit ægyptiū: & altitudinem extollētem se compressit æternæ legis auctoritate. Vnde & David ait: Et confringet dominus cedros libani: & comminuet eos tanquam uitulum libani.

Itaque absorbit populus omnē perfidiam ac superbiam: ne eum absorberet impietas & arrogantia. Melius est enim ut unusquisq; præualeat carni & uitijs eius: ne dicatur de eo quia deuorauit eum mors præualens: sed dicat magis: Deuorata est mors in uictoria sua. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Et de domino dictum: De torrente in uia bibet. Quia acetum accepit: ut absorberet uniuersorum tentationes. Quæ autem occidi fecit a p ximis proximos: filios a parentibus:

*Ad philemonē**Exo. 32.**3. Reg. 12.**Ps. 28.**1. Cor. 15.**Ps. 109.*

a fratribus fratres: præceptum euident: quia præferenda est religio necessitudini: pietas propinquitati. Ea est enim uera pietas quæ præponit diuina humanis: perpetua temporalibus. Vnde & ipse Moyses ad filios Leui dixit: Qui paratus est a domino: ueniat ad me. Et dixit illis: Hæc dicit dominus deus israel: imponite unusquisque gladium suum in fæmore suo: & pertransite: ut cōtemplatione atque amore reuerentiæ diuinæ perimeret omnis affectus necessitudinis. Et occisa quidē scribuntur tria milia hominū. Nec numeri inuidia mouemur: quia melius est paucorū supplicio uniuersos exui quæ in omnes uindictari. Neque uero aliquid durū uidetur pro uindicta iniuriæ celestis. Denique sanctiora cæteris ad hoc munus eliguntur ministeria leuitarū: quorum portio deus. Nesciunt enim suis parcere: qui nihil suum norunt. Quoniam sanctis omnia deus est. Et etiam ille leuita uerus: ultor & uindex: qui carnem interimit ut seruet spiritum: qualis erat ille qui ait: Castigo corpus meum & seruituti redigo. Quid autem tam proximum quam caro animæ? Quid tam proximum quam sunt passionis corporis? Eas in se leuita bonus interimit spiritali gladio: qui est uerbum dei bis acutum & ualidum. Est & gladius spiritus qui pertransit animam: sicut ad Mariam dictum est: Tuam ipsius animam pertransibit gladius: ut reuelentur multorum cordium cogitationes. Nonne caro animæ fraterno quodam copulatur consortio? Nonne etiam meti nostræ affinis propinquus sermo est? Cum igitur comprimimus sermonem ne multiloquio peccatum incidamus: ius germanitatis abrumpimus: & fraternæ uinculum propinquitatis dissoluimus. Irrationabile quoque suum anima tanquam cognatum rationabili uigore dissociat.

Sic ergo Moyses docuit populū insurgere in proximos suos: per quos fides reuocaretur: uirtus impediretur: ut desecaretur in nobis quicquid a uirtute deuium foret: confusus erroribus: uitijs innexum. Hac institutione populi meruit: ut non solum deliniret indignationem diuinam: atque offensam auerteret: uerum etiam conciliaret gratiam. Pro captu itaque nostro quid sentiremus: quoniam consulisti expressimus. Ipse si quid melius habes: nobis comparticipato: ut ex te & ex nobis discamus quid potius eligendum & sequendum sit. Vale & ut filius nos dilige: quoniam & nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Seuerum episcopum: scribentis cōpresbyterum suum Iacobum Campaniæ sibi ad requiescendum littora ubi orationi uacet & deo seruiat elegisse: se uero in medio omnium molestiarum freto uersari cōquerentis: Epistola LVII.

Ambrosius Seuero episcopo. Ex ultimo persidis profectus sinu: Iacobus frater & cōpresbyter noster campaniæ sibi ad requiescendum littora & uestras elegit amenitates. Aduertis quibus in locis quasi ab huius mundi uacua tempestatibus suppetere sibi posse præsumpserit securitatem: ubi post diurnos labores reliquum uitæ exigit. Remota enim uestri ora littoris: non solum a periculis sed etiam ab omni strepitu tranquillitatem infundit sensibus: & traducit animos a terribilibus & sæuis curarum æstibus ad honestam quietem: ut illud commune omnium specialiter uobis uideatur congruere & conuenire quod ait Dauid de sancta ecclesia: Ipse super maria fundauit eam: & super flumina præparauit eam. Etenim liber animus a barbarorum incurribus & præliorum acerbitatibus uacat orationibus: inseruit deo: curat ea quæ sunt domini: fouet illa quæ pacis sunt & tranquillitatis. Nos autem obiecti barbaricis motibus & bellorum procellis in medio uersamur omnium molestiarum freto: & per his laboribus & periculis grauiora colligimus futuræ uitæ pericula. Vnde de nobis propheticum illud concinere uidetur pro laboribus: Vidit tabernacula æthiopum. Etenim in istius mundi tenebris quibus obumbratur ueritas futuræ perfectionis: cum annum tertium & quinquagesimum iam perduxerim in hoc corpore situs: in quo tam graues iam dudum sustinemus gemitus: quomodo non in tabernaculis æthiopum tendimus & habitamus cum habitantibus madian? Qui propter tenebrosi operis conscientiam: diiudicari etiam ab homine mortali reformidant. Spiritus enim diiudicat omnia: ipse autem a nemine diiudicatur. Vale frater & nos dilige ut facis: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Studium: pia illi p̄suasione respondētis: quid in causa cuiusdā criminosi potius agere debeat: Ep̄la. LVIII.

Mbrosius Studio. Recognosco puræ affectū mētis: & fidei studium: & domini nostri Iesu christi timorē. De quo etiā ego uererer responsum referre: constrictus altero qđ est cōmissum uobis, p̄pter custodiā legum: altero autem p̄pter misericordiā & gratiam: nisi de hoc apostolicā haberes auctoritatē: quia non sine causa gladium portat qui iudicat: dei em̄ uindex est in eos qui male agunt. Ro. 13.

Qđ tamen & si cognitum tibi foret: nō ociose sciscitandū putasti. Nam non sunt extra ecclesiam tamen: qui in aliquos capitalem sententiā ferendam existimauerūt.

Plarīq; etiam sponte se abstinēt & laudantur quidē: nec ipsi eos possumus nō prādicare: quia auctoritatē apostoli eatenus obseruamus: ut ijs cōmunionem nō audeamus negare. Vides igitur quid auctoritas tribuat: quid studeat misericordia. Excusationē habebis: si feceris: laudem si nō feceris. Sed si non potueris facere: nec tamen innocētes atterere squalore carceris & absoluere: plus quasi sacerdos p̄babo. Potest em̄ fieri ut causa cognita recipiatur ad sententiā reus qui p̄. tea aut indulgentiam sibi petat: aut certe sine graui seueritate (qđ quidā ait) habitet in carcere. Scio tamen plerosq; gentilium gloriari solitos qđ in cruentā de administratione quincialī securim reuexerint. Si hoc gentiles: quid christiani facere debent? Ad omnia tamē accipe responsum saluatoris. Nam cum adulteram repperissent iudæi: obtulerunt eam saluatori captātes: ut si absolueret eam: uideret legē soluere: qui dixerat: Non ueni legem soluere sed implere: si dānaret: uideretur aduersum finē uenisse p̄positi sui. Job. 8.

Hoc igitur prāuidens dominus Iesus: inclinato capite scribebat in terra. Matt. 5.

Quid scribebat nisi illud p̄pheticū: Terra terra scribe hos uiros abdicatos: qđ de Iechonia lectum est in Hieremia p̄pheta. Cum iudæi interpellant: in terra scribunt nomina iudæorū. Cum aduent christiani: nō scribunt in terra fidelium nomina: sed in cælo. In terra autē scribunt abdicati a patre proprio: qui patrē tentant: & contumelias irrogant auctori salutis. Cū interpellant iudæi: inclinat caput Iesus: & quia nō habet ubi reclinet caput suum: iterū erigit quasi dicturus sententiā: & ait: Qui sine peccato est: prior lapidet eam. Et iterū inclinato capite scribebat in terra. Job. 8.

Audientes illi exire cœperunt singuli incipiētes a senioribus: uel qđ ipsi plura haberent crimina qui diu uixerant: uel quia priores uim intellexerūt sententiæ: quasi prudentiores: & cœperunt sua magis peccata deslere: qui alieni criminis uenerāt accusatores. Ibidem.

Recedentibus ergo illis remāsit solus Iesus: & eleuans caput ad mulierem ait: Vbi sunt qui te accusabant: nemo te lapidauit? Et illa respōdit: nemo. Dicit ei Iesus: Nec ego te damnabo: uade & amodo uide ne pecces. Nō damnat quasi redemptio: corrigit quasi uita: quasi fons abluuit. Et quia qñ se inclinat Iesus: ideo inclinat ut iacentes eleuet: ideo ait remissio peccatorū: Nec ego te damnabo. Habes qđ sequaris. Pōt em̄ fieri ut ille criminofus possit habere spem correctōis: si sine baptismo est: ut possit accipere remissionē: si baptizatus ut pœnitentiā gerat: & corpus suū p̄ christo offerat. Quantæ sunt ad salutē uia: Et ideo maiores maluerunt indulgentiores esse circa iudices: ut dum gladius eorū timere: & reprimere scelerū furor: nō incitaretur. Qđ si negaretur cōmunio: uideret criminoforū uindicata pœna. Maluerūt igitur priores nostri: ut id in uoluntate magis abstinētis q̄ in necessitate sit legis. Vale & nos dilige: quia nos quoq; te diligimus.

Sancti Ambrosij ad sacerdotes quosdam & omnem clerum plæbis Thessalonicē sum: de obitu: uita: uirtutibus & conuersatione sancti uiri Acholij. Ep̄la. LIX.

Mbrosius Anatolio: Numerio: Seuro: Philippo: Macedonio: Amyano: Theodosio: Eutropio: Claro: Eusebio: & Timothæo dominis sacerdotib; & omni clero plæbis thessalonicensium dilectis salutem. Dum semper affixum tenere animo desidero uirum sanctum: atque omnes actus eius quasi in specula positus exploro: hausi nimia indagine sollicitudinis amaritudinem nunciū celerioris: & qđ adhuc mallet nescire: cognoui: in cælestibus iam requiesce-

re uirum sanctum Acholium quem in terris requirebamus. Quæritis quis hoc annunciauerit: cum uestræ sanctitatis nondum uenissent litteræ? Non teneo auctorem nunciij: & usu quidem uenit: ut non libenter teneamus nuncium mœstitudinis: sed tamen clauso mari: occupatis terrarum barbarica infestatione regionibus: cum deesset qui aduenire potuerit: nō defuit qui nunciaret: ut mihi uideatur ipse sanctus annūciasse se nobis: eo quod iam perpetuo laboris sui potiret stipēdio: & solutis uinculis corporis inter angelorū ministeria christo adhæreret: cupiens amantis sui errorem absolueret: ne illi longæuitatē uitæ huius deprecaremur: cui uitæ æternæ iam præmia deferebant. Abijt ergo: non obiit: & emigravit a nobis ueteranus christi lesu

Ps. 54. cælo: terræque istius solū mutans: & plaudens alis atque remigijs spiritualib⁹ dicit: Ecce elongaui fugiens. Cupiebat em̄ apostolico spiritu iam dudū terras relinquere: sed tenebatur uotis uniuersorum: sicut de Apostolo legimus: quia remorari eū diutius in carne erat ecclesiæ necessariū. Viuebat em̄ nō sibi sed omnibus: & populis erat uitæ æternæ minister: ut prius eius fructum etiā in alijs quā in se adipisceretur. Est igitur iam superiorū incola: possessor ciuitatis æternæ illius hierusalē quæ in cælo est.

Ps. 47. Videt illic urbis eius mensurā immensam: purū aurum: lapidē preciosum: lumen sine sole perpetuū: & hæc omnia iam dudū quidem sibi comperta: sed nunc facie ad

Baruch. 3 faciē manifesta uidens dicit: Sicut audiui mus: ita & uidemus in ciuitate domini uirtutū: in ciuitate dei nostri. Ibi ergo positus appellat populū dei dicēs: O israel quæ magna est domus dei: & quæ ingens locus possessionis eius: magnus & nō habens finem. Sed quid hoc est? Dum merita uiri considero: & quasi discedentē spiritu sequor: & sanctorum choris deducētib⁹ intermiscor: nō merito ullo sed affectu pene sum oblitus mei: Ita ne ergo raptus est nobis murus fidei gratæ & sanctitatis quem totiens ingruentibus gothorum cateruis: nequaquā tamen potuerunt barbarica penetrare tela: expugnare multarum gentium bellicus furor? Denique in cæteris populatoribus locis: illic pacē rogabant: mirantibusque quod sibi sine milite ullo obstitere: a prudentioribus intimabatur Helisæi intus imitatorē degere: ætate supparē: nō imparē spiritu: cauerent ne exemplo syriaci agminis sibi quoque cæcitas offunderet. Et tamen circa discipulos suos diuersa dona christi sunt. Helisæus quidē in samariā captiuas aries induxit syrorum: Sanctus autē Acholius precibus suis fecit ut de partibus macedoniæ uictores fugaret. Nōne & hoc intelligimus uirtutis superioris fuisse: ut ubi miles nullus aderat: illic pellerentur sine milite? Nōne & hoc cæcitatē est ut fugerent: quos nullus urgebat: sed urgebat & præliabatur sanct⁹ Acholius: nō gladius sed orationibus: nō telis sed meritis? An incognitum nobis est dimicare sanctos etiā cum ferient? Nōne ociosus erat Helisæus? Ociosus scilicet corpore sed uibrabat spiritu: & orationibus præliabat: quādo in castris syriæ uox equitū & uox uirtutis magnæ audiebatur: adeo ut putarent syri aliorū regum aduersus se uenire exercitus: qui populo israel adiuuato forent. Unde percussi magno fugerūt pauore: ita ut leprosi quattuor qui mortis egressi fuerāt desiderio: castra hostium deprædarent.

4. Reg. 6. et 7 Nōne in macedonia similia dñs per orationes sancti Acholij fecit mira: aut prope maiora? Nō em̄ inani metu nec supflua suspitione: sed sæuiente lue & ardenti pestilentia perturbati gothi ac territi sunt. Denique tunc fugerūt ut euaderent: regressi postea pacē rogarūt ut uiuerent. Vidimus itaque in tantū uiri meritis superiora sæcula: & opera prophetarū quæ legebam⁹ aspexim⁹. Quasi Helisæus inter arma: inter acies: dū uixit uersat⁹ est: meritis suis componens prælia. Denique ubi securitas cohabitanti⁹ reddita est: quod ipso fuit dur⁹ bello: sanctū exhalauit spiritū: & quasi Helias usque ad cælum eleuatus est: nō curru quidē igneo: nec equis igneis: nisi forte illa nō uidimus: nec in cōmōtione aeris: sed in uolūtate & placiditate dei nostri: & sanctorū angelorū læticia: qui ad se tantū uirū trāsisse gratulabant. Certe dubitare illa nequaquā possum⁹: quā quidē reliqua cōgruerūt. Siquidē eodē momēto quo ille adhuc eleuabat: uelut quodā melotidis suæ dimisso amictu: sanctū Anysiu discipulū suū iduit: & sui uestiuit infulis sacerdotij: cui⁹ meritū & gratiā nō nunc primū audio: nec in uestris epistolis

didici: sed in uestris litteris recognoui. Nam quasi præsciis successurū sibi: & si pmissis tegebat: tamē indicijis designabat: adiutum se eius cura labore officio memorans: ut iam declarare consortē uideret: qui nō quasi nouus ad summū sacerdotium ueniret: sed quasi uetus sacerdotij executor accederet. Cui pulchre conuenit dictum illud euangelicū: Euge bone serue & fidelis: quoniam super pauca fidelis fuisti supra multa te constituā. Hæc mihi de sancto Acholio uobiscū cōmunia. Illud tamē speciale: quo deuinctus sum beatæ memoriæ uiro: quia tribuit mihi ut eum nō ignorarem. Nam cū eo ueniente ad italiā ægritudine cōfectus tenerer: ut nō possem occurrere: ipse ad me uenit & uisitauit. Quo studio: quo affectu ipse in me & ego in eum irruimus? Quo gemitū mala istius sæculi & ea quæ hic acciderēt deplorauimus: ita ut lacrymarū pluuio ueste infunderem? Dū salutatione exoptatissima mutuo desiderio & expetito diu fruimur: adhæremus amplexu. Itaque quod uoti mei erat: illi bñficiū fuit: quia potui illum uidere. Nā & si maior portio & plenior cognitio sit in spiritu uidere quos diligimus: tamē etiam in figura corporis uidere desideramus. Sic aliquando reges terræ quærebant faciē Salomonis uidere & audire eius sapientiā. Discessit igitur a nobis: & nos in hoc reliquit salo: sed quod illi utile: id multis ipso barbarico furore est grauius: quia illum iste depellebat. Hunc nobis quis poterit repræsentare? Sed repræsentat dominus: & seipsum in discipulo repræsentat: Repræsentat iudicia uestra: quibus dictū est: Date Leui manifestos eius & ueritatē suam. Viro sancto dedistis manifestū eius: utpote eius institutione fundatum: dedistis imitatore[m] uiri eius qui dixit patri suo & matri suæ: non uidi te: & fratres suos nō sciuit: & filios non recognouit: custodiuit uerbū domini: & testamentū eius obseruauit. Narrabunt populi iusticiā eius. Talis uiri uita: talis hæreditas est: talis conuersatio: talis successio. Ille se monasterijs puer dedit: & intra Achaiam angusto clusus tugurio: gratia tamen multarū terrarum peragrauit diuortia: ad summū sacerdotium a macedonicis obsecratus populis: electus a sacerdotibus: ut ubi ante fides per sacerdotem clauderetur: ibi postea per sacerdotē muralia fundamenta fidei cōfirmarentur. Nō aliter etiam eius discipulus imitatione: qui & ipse dixit patri suo & matri suæ: non uidi te. Non uidit eum studio: nō uidit affectu: & fratres suos non sciuit: quia deum scire desiderauit. Et hic recognouit uerbum domini: & custodiuit testamentum eius: & imponit honorē in ara eius semper. Benedic domine fidem eius: sanctitatem: sedulitatem. Benedictio tua ueniat super caput eius & super uerticē ipsius. Sit honorificus inter fratres suos: sit in eo tauri species: ut uentilet corda inimicorū: & sanctorū mentes demulceat: & iudicium sacerdotū tuorum in eo sicut lilium floreat. Valere fratres & diligite me quia ego uos diligo.

Sancti Ambrosij ad Anysium: sancti Acholij successorem: de successione eius congaudentis: uitæque sancti Acholij cōmendantis: & illius adolescentiæ: iuuentutē atque senectutē benedicētis: Ep̄la. LX.

Mbrosius episcopus Anysio fratri. Iam dudū te teneo: & si nunc primū lego: meritisq; cōpertū habeo quē oculis nō uideram. Doleo quidē illud accidisse sed hoc successisse gaudeo. Quia licet superstitē me non optauerim illud cōtingere: speraui tamen post illius sancti uiri exitū: hoc solū posse merito succedere. Tenemus ergo te sanctæ memoriæ Acholij dudū discipulū: nūc successorem hæredēq; eius uel honoris uel gratiæ. Magnum meritū frater gaudeo tibi ne uno quidē momēto de successore tanti dubitatū uiri: & magnū onus frater tāti nominis pondus subisse: tantæ libræ tātiq; examinis. Quærit in te Acholius: & sicut erat in affectu tuo: ita in officijis desiderat illius uirtutis: illi disciplinæ effigies: illi fortitudo animi in tā senili corpore. Vidi fateor uirū: nā & hoc meritis illius debeo quod illū uiderim. Vidi ita illū esse in corpore: ut extra corpus putarē. Vidi imaginē illius qui se siue in corpore siue extra corpus nesciens: raptū ad paradysum uiderat. Ita em̄ pcurabat oia ex cursu frequēti cōstātinopolim: achaiam: epirū: italiā: ut iuniores eū nō possent cōsequi. Cedebāt fortiores corpore: quia eū sine impedimēto esse corporis

nouerāt: ut eo tantū p uelamine uteretur nō p officio: certe ad seruitium nō ad sub
 sidium. Ita enim affecerat corpus suum: ut in eo mundū crucifigeret: & mundo se
 metipsum. Benedictus dñs & benedicta adolefcētia eius quā exegit in tabernacu
 lis dei iacob: positus in monasterijs: in quibus cū quæreret a parentibus uel p̄ximis
 Mattb. 12. dicebat: Qui sunt fratres mei: aut quæ mater mea? Non noui patrem uel matrē uel
 fratres meos: sed eos qui audiūt uerbū dei & faciunt. Benedictus p̄cessus etiā iu
 uentutis ipsi⁹: in qua ad summū electus est sacerdotiū: maturo iam p̄bat⁹ uirtutū sti
 pēdio. Venit em̄ tanq̄ Dauid ad pacē populi reformandā: Venit tanq̄ illa nauis au
 rum secū intelligibile uebens & ligna cedriua & lapides preciosos: ut illas columbæ
 pennas deargētatas: quib⁹ inter medias sortes somno pacis & trāquillitatis sopore
 dormiuit. Est em̄ sanctorū etiā somnus operarius: fm̄ q̄ scriptū est: Ego dormio: &
 Cor meū uigilat. Et fm̄ q̄ iacob sanctus diuina dormiens uidebat mysteria: quæ uigi
 lans nō uiderat: de cælo ad terras aerem peruiū sanctis respicientē dominū & polli
 centē terræ eius possessionē. Itaq; breui somno dormiens impetrauit qd̄ magno la
 bore postea acquisiuit. Hæreditas eius est em̄ somnus sanctorū: feriat⁹ ab omnibus
 corporis uoluptatib⁹: ab omni animi pturbatione: trāquillitatē menti inuehēs: placī
 ditatem animæ: tanq̄ soluta nexu corporis se ableuet & christo adhæreat. Hic est
 somnus uita sanctorū: quā uiuebat sanctus Acholius cui⁹ benedicta etiā senectus ip̄a
 est. Vere senectus illa uenerabilis quæ nō canis sed meritis albescit. Ea est em̄ reue
 renda canicies: quæ est canicies animæ in canis cogitationib⁹ & operibus effulgens.
 Quæ est em̄ uere ætas senectutis: nisi uita immaculata: quæ nō diebus aut mensibus
 sed sæculis ppagatur: cui⁹ sine fine est diuturnitas: sine debilitate longæuitas: Quo
 em̄ diuturnior: eo fortior (eo q̄ diutius eam uitā uixerit) in uirum p̄fectum excrescit.
 Huius igitur successorē te dñs non solū honore sed etiā moribus p̄bet: & summa
 fundare dignet̄ gratia: ut ad te quoq; populi cōcurrant: de quibus dicas: Qui sūt isti
 qui sicut nebulæ uolant: & sicut colūbæ cum pullis suis? Veniant quoq; sicut naues
 tarlis quæ accipiant frumentū: qd̄ Salomon uerus impartiuit uiginti mensuras triti
 ci. Accipiant oleū & sapientiā Salomonis: & sit pax inter te & populū: & testamen
 tū pacis custodias. Vale frater & dilige nos: qa nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Candidianū: splendore sermonis & fulgore affectus eius cō
 mendantis: illiq; benedictionē optantis: Epistola. LXI.

Mbrosius Candidiano fratri. Summ⁹ quidē splendor in sermone est tuo:
 a sed magis in affectu elucet mihi. Nam in epistolis mentis tuæ aspicio fulgorē
 dilectissime frater ac beatissime. Dñs te benedicat: & det tibi sui gratiā. Nā
 & ipse in epistolis tuis uota magis q̄ mea merita recognosco. Quæ em̄ merita mea
 tantis tuis æquetur sermonib⁹? Dilige nos frater: quia nos te diligimus.

Liber Octauus.

Sancti Ambrosij ad Irenæum: quæstionē: Cur dñs deus māna pluerit pp̄lo patrū
 & nunc nō pluat: dissoluentis: Ep̄la. LXII.

Mbrosius Irenæo. Quæris a me: cur dñs deus manna pluerit populo
 patrum & nunc nō pluat. Si cognoscis pluit: & quotidie pluit de cælo
 a māna seruiētibus sibi. Et corporeū quidē illud manna hodie plæriscq; in
 locis inuenitur: sed nunc nō est tanti res miraculi quia uenit qd̄ p̄fectum
 est. Perfectū autē panis de cælo: corpus ex uirgine: de quo satis euange
 lium te docet. Quāto præstantiora hæc superioribus: Illud em̄ manna: hoc est panē
 illū qui māducauerunt: mortui sunt: hunc autē panē qui manducauerit uiuet in æter
 nū. Sed est spirituale māna: hoc est pluuia sp̄ualis sapiētiae: quæ ingeniosis & quærē
 tib⁹ de cælo infunditur: & irrorat mentes pioꝝ: & obdulcat fauces eorū. Qui igi
 tur intellexerit infusionē diuinæ sapiētiae delectat: nec aliū cibum requiret. Nec in
 Mattb. 4. solo pane uiuit sed in omni uerbo dei. Qui curiosior fuerit quærat qd̄ sit istud quod
 melle dulcius sit. Respondet illi minister dei: Hic est panis quē dedit tibi deus man

dūcare. Qui sit iste panis: audi. Sermo inquit quē ordinauit deus. Hæc ergo ordinatio dei: hæc alimonia alit animā sapientis: & illuminat atq; obdulcat: resplicēs ueritatis corusco: & mulcens tanq; fauo quodā diuersarum uirtutū suauitate & sermone sapiētīæ. Fauis em̄ mellis sermones sunt boni: sicut scriptū est in Prouerbijis. Cur aut̄ minutū sit: causam accipe. Quia & granū synapis minutū est: qđ cōparat̄ regno cælorū: & fides quæ sicut granū est synapis: potest montes tollere & iactare in mare. Et fermēto simile est regnū cælorum qđ abscondit mulier in farina mēsuris tribus donec fermentet̄ totum. Et Moyses caput uituli aurei cōminuit sicut puluerē & misit in aquā & dedit populo bibere. Incraslatū em̄ erat cor eorū perfidiæ immunitate: ut emolliret̄ & fidei sumeret subtilitatē. Deniq; illa mulier quæ bene emoluerit assumetur: ea autē quæ male emoluerit derelinquet̄. Emole ergo & tu fidem tuā: ut sis sicut illa anima: quæ christi in se charitatē excitat: quā mirantur ascendentem uirtutes cælorū qđ sine offensione ascendat: & ex hoc mundo ascendat cū læticia & iocunditate sicut uitis p̄ pago: & sicut fumus se ad supna subrigat fragrans odorem resurrectionis piæ & suauitatē fidei: sicut habes scriptū: Quæ est hæc quæ ascendit a deserto sicut uitis p̄ pago: fumo incensa: odorificata mirra & thure ab omnib; pulueribus unguētis. Pulchre subtilitatē eius expressit pulueris cōparatione & unguenti cōmemoratione: quia in Exodo subtile legimus & ex multis cōpositum thymiamata: illud esse incensum p̄pheticū qđ est sanctorū oratio: ut dirigatur in conspectu dñi: sicut & Dauid dicit: Dirigat̄ oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Deniq; græcus κατέθειω θώ η̄ προσευχη μου σωθύ μιάμα ερωπιου σου dixit. Et in Apocalypsi Iohannis legim;: Quia stetit angelus ante altare habens thuribulum aureum & data sunt ei thymiamata multa de orationibus sanctorū omniū. Et ascendit fumus inquit thymiamatū orationū sanctorum de manu angeli in cōspectu dei. Et umbilicus animæ ac uenter subtilis est illius quæ ascendit ad christū: Ideoq; laudatur uocē sponsi dicentis: Umbilicus tuus crater tornatilis nō deficiens musto: ueter tu; aceruus tritici minuti inter lilia. Est em̄ in omni doctrina tornatus: & potus spiritalis nō deficiens plenitudine: & cælestiū secretorū cognitione. Vēter quoq; animæ mysticus sicut umbilicus: quo uentre non solum fortē cibum sumit quo corda firman;: sed etiā suauem ac florulentū quo delectant̄. Et fortasse hoc docuit Moyses multis orationibus & pijs illud mitigandū sacrilegium. In libro quoq; Regnorū cum se dñs sancto reuelaret Helix: uox auræ tenuis præcessit: & statim se ei dñs reuelauit: ut cognoscamus ea quæ corporea sunt: crassa esse & pingua: & quæ spiritalia: mollia & subtilia: ut nō possint cōprehendi oculis. Deniq; & spiritus sapiētīæ subtilis & mobilis legi; in libro Sapientīæ: Quia est in illa spirit; intelligentiæ: sanctus: unicus: multiplex: subtilis & mobilis: qui sermones suos molat prius ne quid offendat uel in sensu uel in alloquio. Deniq; illi babyloni: cum destruet̄: dicitur: Et uox molæ nō audietur in te amplius. Hoc igi; manna subtile erat: & ad diem colligebat̄: in diē alterum nō seruabat̄: eo qđ inuenta sapiētīæ in tēpore sint gratiora: nec tam mirāda quæ spacio tēporis reperiūtur: q̄ illa quæ præsentis fundunt̄ ingenij uiuacitate: siue quia futura reuelantur mysteria: eo qđ seruatū manna usq; ad solis exortum: esui iam esse non posset: id est: usq; ad christi aduentū habere gratiā. Oriente autem iusticiæ sole & splēdidioribus christi corporis & sanguinis sacramētis refulgētib; cessaret̄ inferiora: p̄fecta illa sumēda pp̄lo forēt. Vale & nos dilige: qa nos quoq; te diligim;.

Sancti Ambrosij ad Iustū: disserētis qđ ueteres quos plariq; fm̄ artem scripsisse negant fm̄ gratiam quæ super omnē artem est scripserint: de quorū tamē scriptis ij qui de arte scripserunt artē inuenerunt: Ep̄la. LXIII.

Mbrosius Iusto. Negant plariq; nostros fm̄ artē scripsisse. Nec nos obnitimur: nō em̄ fm̄ artem scripserunt: sed fm̄ gratiā quæ sup̄ omnē artem est. Scripserunt em̄ quæ spiritus ijs loqui dabat. Sed tamē ij qui de arte scripserunt: de eorū scriptis artē inuenerūt: & condiderunt cōmenta artis & magisteria. Deniq; in arte requirunt̄ præcipue: ut sit αἴτιον ὕλη ἀποτέλεσμα. Cum igitur

Prouer. 16.

Luc. 13.

Ibidem. 17.

Luc. 13.

Exo. 32.

Matt. 24

Cant. 3.

Exo. 30.

P̄s. 140.

Apoc. 8.

Cant. 7.

Exo. 32.

3. Reg. 19.

Sap. 7.

Exo. 16.

K

- Gen. 22.** legamus sanctū Isaac patri dicere: Ecce ignis & ligna: ubi hostia? Quid horū deesse? Nam qui quærit dubitat: qui respondet quærētis: pronunciat & dubitationē absoluit. Ecce ignis: id est: αἴτιον: & ligna: id est: hyle: quæ latine materia dicitur. Tertiū quid supeest nisi αποτέλεσμα: quod filius quæsiuit: pater rettulit dicētis: ubi hostia? Deo inquit: pvidebit sacrificiū fili. Differam? paulisper mysteriū. Ostēdit deo pēdentē arietem cornibus. Aries autē est uerbum plenū tranquillitatis & moderationis atq; patientiæ: quo ostēditur bonū sacrificium iusticiæ etiā sapientiā & prudenter emergendi ac ppitiandi rationē cognoscere. Vnde & ppheta ait: Sacrificate sacrificium iusticiæ. Itaq; iusticiæ: ita ut sapientiæ sacrificiū est. Ecce ergo mens calida & feruens ut ignis quæ operatur: Ecce & intelligibilia: id est materia: ubi est tertiū intelligere. Ecce color: ubi est uidere: Ecce sensibilia: ubi est sentire. Materia em̄ nō ab omnibus uidetur: ideoq; deus dat munus intelligendi: & sentiendi: & uidendi. Verbū ergo dei αποτέλεσμα est: id est definitio & cōsummatio disputationis: quæ infunditur prudentioribus: & dubia cōfirmat. Pulchre autē etiam ij qui in aduentū christi nō crediderunt: se ipsos reuincunt: ut cōfiteantur quod negandū putant. Dicunt enim arietē uerbum dei: & nō crediderunt passionis mysterium: cū in illo mysterio uerbum dei sit: in quo impletū est sacrificium. Ergo primū accendamus in nobis ignem mētis ut operet in nobis. Quæramus subiiciētes materiā quid sit quod nutriat animā: tanq̄ in tenebris requiramus eam. Neq; em̄ uel patres sciebant quid esset manna. Inuenerunt inquit manna dicētes ipsum esse sermonē & uerbum dei: unde omnes discipulī fonte iugi ac perpetuo fluūt ac deriuant. Hæc est esca cælestis. Significatur autē ex persona dicētis: Ecce ego pluam uobis panes de cælo. αἴτιον ergo eo quod operatur deus: qui irrigat mentes rore sapientiæ: hyle quia uidētēs animā & gustantes delectantur: & requirūt unde sit illud splendidius luce: dulcius melle. Respondetur eis scripturæ serie: Hic est panis quē dedit uobis dominus manducare: & hoc est uerbum dei quod disposuit deus uel ordinauit quo pascitur anima prudentiū & delectat: Est candidū & suaue ueritatis splendore illuminans: & uirtutū suauitate demulcens audientiū animas. In se enim didicerat ppheta quid esset cōsummandæ rei αἴτιον.
- Ibidem. 3.** Nam cū mitteretur ad populū dei liberandū: ad regem ægypti ait: Quis sum ego ut uadam: & educā populū a regis potestate? Respondit dominus: Ego ero tecum. Interrogabat iterū Moyses: Quid dicam illis si requirāt quis est dominus qui misit te: & quod nomen est illi? Dixit dominus: Ego sum qui sum. Dices qui est: misit me. Hoc est uerum nomē dei esse semper. Vnde & apostolus de christo: Dei em̄ filius Iesus christus qui in nobis est: qui p nos prædicatus est: p me & Siluanū & Timothæū nō fuit in illo: inquit: est & nō: sed est i illo fuit. Respōdit Moyses: Si nō crediderint mihi neq; obediēti uoci meæ: dicētēs: quia nō apparuit tibi deus: quid dicā illis? Dedit illi signa facere: ut crederetur quia a domino missus est. Tertio ait Moyses: Non sum dignus: & gracili uoce sum & tardiori lingua: quomō me audiet Pharaos? Responsū est ei: Vade & ego aperiā os tuum: & instruā te quid debeas loqui. Interrogationes ergo illæ in medio & respōsiones habent sapiētiae semina & theoriam. Gratū tamē αποτέλεσμα est: quia ait: Ego ero tecū. Et quis dederit ei signa facere: tamē dubitanti iterū (ut scias quia signa nō credentibus: promissum autē credentibus) respōdit ad infirmitatē: uel meritū: uel uoti: Ego aperiā os tuū: & instruā te quid debeas loqui. Perfectum ergo αποτέλεσμα seruatū est. Habes hoc & in euāgelio: Petite & dabitur uobis: quærite & inuenietis: pulsate & aperiet uobis. Pete απο του αιτιου: id est: ab auctore quære. Habes hylem: intelligibilia: quib⁹ quæras: pulsa & aperit tibi deus uerbū. Quæ petit: mens est: quæ operat sicut ignis intelligibilia: in quib⁹ mentis ardor operatur sicut ignis in lignis: aperit uerbū tibi deus quod est αποτέλεσμα. Habemus & alibi in euāgelio dicēte domino: Cum autē tradēt uos: nolite cogitare quomō aut quid loquamini: dabitur em̄ uobis in illa hora quid loquamini. Non em̄ uos eritis qui loquamini: sed spiritus patris uestri qui loquit in uobis.
- Gen. 27.** Habes hoc & in Genesi dicente Isaac: Quid est quod tam cito inuenisti fili? Qui dixit:

LIBER VIII EPISTOLA LXIII

Qd tradidit dominus deus tuus in manus meas. ἀποτέλεσμά dominus est: qui per dominum quærit inuenit. Laban denique qui per dominum non quæsiuit: quia quærebat idola: non inuenit. Pulchre autem quod dicunt horos seruaui. Primus est horos: Vade affer mihi de uenatione tua ut manducem. Excitat atque adolet: uelut igitur quodam adhortationis suæ mentem eius ut operetur & quærat. Secundus horos: Quid est quod tam cito inuenisti? Hic in interrogatione est. Tertius horos in responsione: Qd tradidit dominus deus tuus in manus meas. ἀποτέλεσμά deus est: qui concludit & consummat omnia de quo dubitandum non est. Est & ille horos de spontaneis: Si non seminaueritis non metetis. Nam & si cultura puocet semina: tamen natura spontaneo quodam ut surgat in ijs operatur ingenio. Vnde Apostolus: Ego platau inquit: Apollo rigauit: sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui platat est quicquam: neque qui rigat: sed qui dat incrementum deus. Dat tibi deus in spiritu: & in corde tuo seminat dominus. Age ergo ut inspiret: & seminet ut metas: si non seminaueris non metes: quasi admoneris ut semines: non seminasti: non metes: quasi admoneris ut semines sententia est. Principio finis conuenit: principium semen est: finis messis. Disce inquit ex me: natura adiuuat discere: deus autem auctor naturæ est. Dei quoque: ut benedicemus quia hoc naturæ est: percipere. Duri enim corde non discunt. Incrementa per naturam quæ diuini habet gratiam muneris: consummationem & perfectionem deus dat: id est: illa præstantissima & diuina trinitatis natura & substantia. Vale & nos dilige ut facis: quia nos te diligimus.

Gen. 31.

Ibidem. 27.

1. Cor. 3.

Sancti Ambrosij ad Syagrium Veronensis ecclesie episcopum: litteris illius respondentis: eumque uehementer arguentis de iudicio attemptato in causa cuiusdam uirginis per turpes quasdam personas accusatae: Et cur causam istam ad se reuocauerit: & quale in ea sententiam pronunciauerit exponetis: Epistola. LXIII.

Mbrosius Syagrio ueronensis ecclesie episcopo. Prospiciendum esse ne de nostro obloquantur iudicio charissimi nostri ueronenses proprijs texuisti litteris.

Non arbitror fore: certe non solent. Aut si obloquantur: de quo obloqui solent: haud dubie liquet: cum exasperati huc ueniant: pacifici ad te reuertantur: presertim cum hoc iudicium nostrum cum fratribus & consacerdotibus nostris participatum processerit. Tu autem sine alicuius fratris consilio hoc iudicium tibi solus iudicandum putaris: in quo tamen ante iudicium præiudicium feceris: ut puellam Zenonis sanctæ memorie iudicio probatam eiusque benedictione sanctificatam: post tot annos sine auctore criminationis: sine accusatore: sine pfectore delationis: in periculum reatus deducendam arbitrare. Cui inuidia esset a uanis: ab hæreticis: ut ipsi uolunt: a turpibus personis conflata per scelus: per auariciam: per intemperantiam: quæretibus propriam libertatem flagitij: ab ijs postremo qui domo eius eieci atque eliminati forent: quod discolora opera subtexerent: quam prima fronte suæ pfectionis prætenderant. Huiusmodi accusatores: huiusmodi testes in tuo constituebas iudicio: qui neque accusare audebant: neque delationis se nexu obligare: atque ita inspectioni adiudicandam constituebas uirginem: quam nullus argueret: nullus deferret. Vbi hæc cognitionis sollemnitas? Vbi talis iudicandi formula? Si leges publicas interrogemus: accusatorem exigunt: si ecclesie: duobus inquit & tribus testibus stat omne uerbum: sed illis testibus qui ante hæsternum & nudius tertius non fuerint inimici: ne irati nocere cupiant: ne læsi ulcisci sese uelint. Inoffensus igitur affectus testium quæritur: ita tamen ut accusator prius in medium procedat. Ipsi illi presbyteri iudæorum manus suas prius supra caput imposuerunt Susannæ: & accusationem pfecti sunt: & pariter addiderunt testimonij auctoritatem: quam imprudenter populus sub errore positus acceperat. Sed diuino iudicio prophetam retexit & redarguit omnipotens deus: ut liqueret omnibus eos uelle in inuidiam præseminare aduersum innocetis periculum qui deficeretur accusationis argumento & firmamento probationis: uidelicet conijcietes: quod si præoccupatis uulgi auribus inuidia mentem incesseret: præiudicium examinandæ ueritatis inferret. Etem cum audita præueniunt: aurem obstruunt: animum occupant: ne probatio desideretur: ut rumor pro conuictio tenetur crimine. Nos igitur accusatorem exegimus: & auctorem

Deut. 17.

Matth. 18.

Daniel. 13.

totius scænæ maximū perurgendū arbitrati sumus. Verū ille accusationem quā studio informauerat: uerbo detulerat: deseruit p̄fessione: & tamen affectu urgebat: arte exequabatur: sed refugiebat nomine q̄ diffideret p̄bationi. Deniq; sparsis rumoribus: sed etiā epistolis cōpositis & destinatis: quæsiuit acerbare inuidiā delationis: sed nequaquā opprimi potuit integritas & circūueniri. Nam si habuisset p̄bationes: nunq̄ inspectionē tua sententiā flagitauisset. Quid igit̄ sibi uelit: & quo spectet: q̄ obstetricē adhibendam credideris: non possum aduerrere. Itane ergo liberū erit accusare omnibus: & cum p̄batione destiterint patebit: ut genitalium secretorum petant inspectionē: & addicentur semp̄ sacræ uirgines ad huiusmodi ludibria: quæ & uisu & auditu horrore & pudori sunt. Deniq; nō minima etiā in tuis litteris tentatæ expressionis uerecūdia est. Quæ ergo sine damno pudoris in alienis auribus resonari nō queunt: ea possunt in uirgine sine eius tentari uerecūdiā. Inuenisti tibi uile mancipiū: p̄cacē uernulam: cur nō abutaris pudibūdo ministerio: & exponas eius modestiā: cū præsertim nihil sancti in uirgine sit q̄ uerecūdiā. Non em̄ sacra uirgo ut corpore tantūmodo integra sit quærēt: & nō ut in omnib; ei inoffensus maneat pudor. Virgo domini suis est nexa fulcris ad sui p̄bationē: nec alienis dotibus eger: ut se uirginē probet: & nec abditorū occultorūq; inspectio sed obuia omnibus modestia astipulat̄ integritati. Non placet deo: quā nō suoz grauitas morum p̄bat. Nō p̄batur domino: quæ uni obstetricis indiget testimonio: qđ plærūq; quæratur precio. Ea ergo tibi locuples uideat̄ ad fidem quæ & redimi & falli pōt: ut excuset ream: & crimē tegat aut nesciat: & nō possit flagicium deprehēdere. Neq; uero illud iustū arbitror qđ tuis cōprehēdisti litteris: quia nisi inspecta fuerit integritas periclitet̄: & incerto sui fluctuet. Ergo omnes quæ inspectæ nō sunt: periculū subierunt pudoris. Ergo & quæ nupturæ sunt: prius inspiciant̄ ut nubāt. Probatiores ergo & quæ ualēdæ sunt: prius subiiciendæ sunt hmōi attrectationi. Non em̄ uisitat̄ sed attrectant̄: & rectius fm̄ tuam sententiā inspiciēt nō p̄bata q̄ consecrata. Quid q̄ etiā ipsi archiaci dicunt nō satis liquido cōprehēdi inspectionis fidē: & ipsis medicinæ uetustis doctoribus id sententiæ fuisse. Nos quoq; usu hoc cognouimus: sæpe inter obstetrices obortam uarietate & quæstionē excitatam: ut plus dubitatū sit de ea quæ inspiciēdam se præbuerit q̄ de ea quæ nō fuerit inspecta. Siquidē & p̄ximo id cōperim; exemplo. Nam quædā cōditionis seruilis altini inspecta & refutata: postea mediolani: nō meo quidē iussu: sed nicēti: ex tribuni & notari domini uel patroni sui uolūtate: uisitata est a peritissima & locupleti foemina hmōi artis: & cum simul ista suppeterent: ut neq; paupertas obstetricis suspectā faceret fidē: neq; indocilitas imperitiā: tamē adhuc manet quæstio. Quid p̄fuit igitur eā inspici: cū damnatio maneat. Nā ut quisq; uoluerit: aut imperitā medicā aut redemptā asseret: ita sine effectu ullo iniuria inspectionis est. Quid deinde fiet. Quotienscūq; emerferit qui nō credat: totiens uirgo obtrectabit. Nam si unq̄ se uisitandā abnuerit: fm̄ assertionem tuā de crimine confitebit. Et facilius est ut refutet qđ nunq̄ fecerit: qđ qđ fecerit. Variabunt igitur obstetrices: ne suspectæ aliqua repetat̄ gratiæ. Erit itaq; inter plures: q̄q; paucorū etiā in magnis urbibus hic usus medendi sit. Erit in quā uel maliuola uel imperita quā pudoris claustra prætereāt: & p̄ imperitiā integro notā affigat pudori.

Vides in qđ periculū in duas uirginalē p̄fessionē: dū obstetricē adhibendā putas: ut iam nō solū uerecūdiæ suæ dispendio sed etiā obstetricis incerto periclitet. Nūc cōsideremus qđ obstetricis officiū sit. Legimus etiā in ueteri testamēto obstetrices: sed nō inspectrices. Deniq; ad parturiētes ingrediebantur nō ad uirgines: ut partus susciperēt: nō ut pudorē examinarent. Vnde & obstetrices dictæ: eo q̄ obsistant doli uel certe pignori: ne laxatis uteri genitalib; claustris in terrā defluat. Secūdo & tertio loco in scripturis inuenim; obstetrices adhibitas: sed ubiq; partui: nusq; inspectioni. Primo ubi Rachel parturit: deinde ubi Thamar parit: tertio ubi necādos mares Pharaō mandat hebræorū obstetricib;: quādo respōderunt illæ: nō eo more hebræas foeminas parere quo pariūt ægyptiæ: sed hebræas prius parere q̄ introcāt

Gen. 35.
Ibidem. 38.
Exo. 1.

obstetrices ad eas. Qui locus ut superiori utilis ad hebræorū salutē: ita reliquo con-
 fragosus ad obstetricū fidem: quæ didicerūt mentiri p̄ salute: & fallere p̄ excusatio-
 ne. Quid igit̄ suspecta & dubia captamus: cū maiora sint alia examināda ueritatis
 documenta & testimonia: in quibus expressiora insignia uel temerati pudoris sint?
 Quid em̄ est qđ magis publicū sit q̄ offensa pudoris & defloratio uirginitatis? Ni-
 hil p̄fecto qđ magis se p̄bet q̄ castitatis dispendiū. Tumescit aluus: & incedentē fœ-
 tus sui ora grauant: ut prætermittamus alia quib⁹ se uel tacita p̄dit cōsciētia. Ac for-
 te sterilitatis obtentu abscondi in aliquib⁹ possit flagiciū. Hic uero cū editus part⁹ &
 expositus uel necatus (dū inuidiæ magis q̄ p̄bationi cōsuliē) dissipatus sit per aures
 uniuersorū: strangulata est libertas calumniarū: si peperit: nempe ueronæ fuit: uise-
 febatur frequēter a uirginibus & mulierib⁹. In honore em̄ semp̄ erat. Visebat & a sa-
 cerdotibus p̄pter pudicitia reuerentiā & grauitatis speculū. Quō ergo potuit oc-
 culere crimen qđ se uel specie sui p̄deret? Quō texit uterum: quō non refugit aspe-
 ctum mulierū: oculos salutantiū: quō parturiens uocē repressit? Sed hoc nō patitur
 dolor. Deniq; scriptura hos maximos dicit dolores qui sunt parturiētis. Sic em̄ inqt
 Dies domini subito uenit: & improuisus adest: ut dolor partus qui intercludit oia ef-
 fugia delitescendi. Hæc est uerior documentorū fides quā erubescunt & mulieres.
 Deniq; Helisabet occultabat se mensibus quinq; eo q̄ sterilis cōceperat in senectū-
 te. His signis & ipsa Mariæ uirginitas apud ignaros mysterij: probri suspectabat.
 Vnde & Ioseph cui desponsata erat uirgo: suspectum habebat uitiū: dū adhuc nesci-
 ret dominicæ incarnationis sacramentū. Quid ergo negamus inspiciendas uirgi-
 nes interim: quid nusq̄ legerim? Nō astruo: nec uerum arbitror. Sed quia plæraq;
 ad speciem facimus non ad ueritatē & erroris gratia cōpluria frequēter prætendi-
 mus. Sunt em̄ qui nesciāt recte facere nisi metu pœnæ. Relinquam⁹ hoc illis quas nō
 uerecūdia reuocat a lapsu: sed solus iniuriæ deterret met⁹: apud quas nulla cura pu-
 doris & castitatis gratia: sed pœnæ timor est. Relinquamus uernaculis quib⁹ for-
 mido est deprehendi magis q̄ peccasse. Absit a uirgine sacra ut obstetricem nouerit:
 partus putat: & remediū doloris ducit: nō examē pudoris. Relinquamus etiā il-
 lis si quæ grauib⁹ appetitæ calūnijs: oppresse testimonijs: strangulatæ argumētis:
 ad id cōfugiant: ut se offerant inspectioni: quo uel corporis p̄bent custodia: si tamē
 deprehendi pōt: in quib⁹ nutat pudoris gratia & disciplina integritatis. Male tñ se ha-
 bet causa: ubi potior est carnis q̄ mētis prærogatiua. Malo morū signaculo q̄ corpo-
 ris claustro uirginitatē exprimi. Iam illud præclarū: qđ scripsisti insinuatū tibi a qui-
 busdā q̄ nequaquā tibi cōmunicarent: si eā sine uisitatione suscipiendā credes. Ergo
 iudicandi accepisti formulā. Quales illi qui uolūt præscribere sacerdotibus qđ sequi
 debeamus. Liberauimus itaq; te a cognitiōis grauissimæ necessitate: ne necesse ha-
 beres formulā mandatā exequi. Quid nobis futurū est qui eorū studijs nō obtēpe-
 rauimus: sed tñ scio illic plerorūq; esse qui timeant dñm. Nā & hic uidimus dudū: & il-
 lic esse cōperimus qui cōpositam hanc querant calumniā: quos aiunt eo offensos fa-
 uisse Maximo: q̄ ista uirgo nō circuibat domos: nec eorū matronas salutet atq; am-
 biat. Quid igit̄ fiet: quō tanto eam exuemus crimine? Quō psuadebimus ut cult⁹
 assumat novos: suos exuat? Graue flagiciū uirginē intra secreta domus degere: clau-
 di penetralibus suis. Sic certe lectio docet Mariā domi repertā: cum ad eā Gabriel
 archangelus uenisset. Susanna fugiens turbarū inducit. Deniq; cum se lauaret: para-
 disum claudi iubebat. Quid aut̄ præsertim in uirgine cui⁹ præcipuū opus uerecūdia
 quæ secreta est: tuti⁹ secreto: ad oēs actus expeditius? Munia em̄ pudoris induit nō
 eōcurfationis. Sed de alijs uidero: tuæ nunc mibi respōdendū epistolæ est. Te mi-
 ror frater qui tātōpere defendas Maximū nō fuisse accusatorē: sed parentis dolore
 doluisse inuidiā sparsi rumoris. Cū ille se inimicū & aduersariū: litigatorē p̄posito iā
 iurgio negare nō potuerit: aduersus sacra uirginē iudicia attentauisse: muroq; inter-
 iecto discretas ædes uxoris suæ ac uirginis: diuisam germanitatis inter sorores soci-
 etatē: aliaq; probdolor: & q̄ uirgo in agro: affinitatis suæ refugisset cōsortiū. Quō

nō potuisti qđ ad Indiciā scripseris: qm̄ Maxim⁹ seu impulsu aliorū seu dolore pprios crimē graue detulerit. Sola hęc epistola satis est ad excusatiōis testimoniū. Neq; em̄ te ego tuis ad me datis lr̄is urgēdū putauī: sed ijs lectis quas ad uirginē dederas: aduerti diuersum esse qđ ad me scripseras: & tñ cū epistolæ tuæ sibi nō cōuenirēt: cōsulendū te nō arguendū putauī. Quid igit̄ sibi uult illa argumētatio quia illud detulerit qđ ad me scripseras: delatā uidelicet eam in turpi crimine: ita ut editū & obrutū partū dici asserat: Quasi uero istud ad Indiciā nō ad me scripseris. Illa ubi audiuit litteris tuis Maximū subduci accusationi litteras tuas ptulit: quib⁹ eū criminis delatorē pbauit: ad me datas nō legerat nec quid haberent sciebat. Ego autē exhorruī a primo calūniā: quia aduertebā nō crimē intendi: sed iniuriā uirginis desiderari: cui⁹ inspectio & uisitatio postulabat: nō aliquid flagiciū deferebat. Quis em̄ istud a principio fraude cōpositū nequaquā sibi cōgruere & conuenire nō arbitraret? Cucurrisse mulieres uiles ad monasteriū: iactasse partū uirginis & necē pignoris: de monasterio rumorē p̄ populos sparsum: eūq; affluxisse in aures noui affinis Maximī: ab ipso interpellatū episcopū: dimissas eas quæ dixisse ferebant: atq; i fugā coactas: ut apud nos patuit eos qui audisse se dicerēt: ad ecclesiā uocatos pdisse: Renatū & Leontiū duos illos iniquitatis uiros quos apposuit legabel: redarguit Daniel: subornauit iudæorū popul⁹: ut auctore uitæ suæ falso appeteret testimonio. Qui tñ cū simul cōposuissent flagiciū: simul ingressi essent uia: & ne quid prætereā: adiuncti Maximo: cōmittantib⁹ (ut dixit Leontius) ijs qui illū rumorē sparserant: tñ ubi in meo astiterunt iudicio: cū primo de origine causæ quærerēt: diuersa & distantia pmpserunt: nō locorū separati: sed mendaciorū diuortio. Cū igit̄ sibi ipsi nō cōuenirēt: Mercuriū & Leam uilissimæ cōditiōis & detestabilioris nequiciæ psonas amēdauissent: aufugisset theudulæ nō ignara obijciendi sibi facinoris: q̄ ante lectū Renati sola cubitauisset: ancilla præsto esset alia quæ stupro eiusdē Renati se diceret coinquinatā: die ipso qui dict⁹ erat cognitioni: subtraxerunt se episcoporū cōuentui: licet etiā pridie subito se pferēturus idē Renat⁹ clamauerat. Vnde ego iudicio præscripsi diē: & tñ nullo accusante: nullis testimonijs purgentibus insinuauī sanctæ sorori qđ peteres corā ipsa inspicī & uisitari memoratā uirginē. At illa sanctæ inspectionē quidē recusauit: sed testimoniū nō declinauit: dicens: nihil se in Indicia cōprehendisse: nisi q̄ esset uirginalis pudoris & sanctitatis. Habitasse eā romæ in domo nostra nobis absentibus: nulli eā se uitiorū familiaritati dedisse: optare cū ea sibi a dño Iesu partē referuare in regno dei. Paternā quoq; filiam nostrā interrogauī: qđ ab ea nunq̄ soleat discedere: cui⁹ charitas uitæ huius testimoniū est. Itaq; & si qđ iniurata diceret: fidei sacramēto conferendū foret: sub obtestatione tñ p̄fessa est alienā criminis quo appetebat: nec qcq̄ in ea scire se bonæ uacū cōuersationis. Nutricē quoq; liberæ conditionis interrogauī: cui & status haud quaquā degeneri seruitio obnoxio⁹ libertatem uera fatēdi daret: & fides atq; ætas ad ueritatē astipularet: & officiū nutricis ad cognitionē secreti. Ea quoq; nihil se indecorū uidisse: nihil sibi quasi parenti cōmissum a uirgine: aliqua dignū rephensione. His moti Indiciā inoffensi uirginē muneris p̄nunciauimus. Maximū autē & Renatū & Leontiū ita inuoluit sententia: ut Maximo si errorē emēdaret: spes reditus referuaret: Renatus autē & Leonti⁹ excōmunicati manerēt: nisi forte pbata sui pœnitētia: & huius facti diuturna deploratione dignos se præberent misericordia. Vale frater & nos dilige: q̄a nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Syagrium: p̄ castitatis contumelia dolentem querelam facientis: atq; ex scripturis sanctis ostendentis quantū maiores nostri reuerentiæ detulerint castimonie: quantū ue ultionis studium aduersum temeratores pudicitie fuerit. Epistola. LXV.

Ambrosius Syagrio. Quæ sint in nostro iudicio decursa: cōperta retines: & ideo nunc quali animæ portionē cōuenio mea: habens apud te p̄ castitatis contumelia familiarē & dolentē querelā. Ita ne oportuit moratā atq; inauditā uirginitatis causam adiudicari: ut nō possit absolui: Hoc est nisi sua iuria: nisi ab

honesto pudore traducat ad indecorem sui corporis oblationē: grāde uidelicet relatura sui testimoniū: ut exponat ludibrio & pccacitatis notē. Hanc igitur prærogatiuam detulisti integritati huiusmodi honorificentiā: qua se laceffi aut inuitari gaudeant quæ hoc munus recipiēdum putant: ut amittant libertatē cōmunis assertio- nis: nec se iure tueant uel sanctæ legis uel publico: ut non accusatorē exigat: non ac- cerfitorē urgeat: sed impudentiā solam induat ac sese p̄iciat ad iniuriā. Nō ita maiores nostri despiciabilem habebant castimoniā: cui tm̄ deferebant reuerentiā: ut bellum aduersum temeratores pudicitiaē suscipiendū putarent. Deniq; tantū fuit ultionis studiū ut omnes tribules de Benjamin tribu extinguerētur: nisi sexcentos qui bello reliqui forent: natura editioris loci defendisset. Sic em̄ lectionis diuinæ serie expressum tenet: cuius tenorē recenserē congruit. Leuites uir animi maior q̄ opibus: habitabat in partib⁹ montis ephren: Ei quippe tribui sortito obtigerat locus in possessionē terræ datus p̄ funiculo hæreditatis. Is sibi accepit iugalem de ludæ bethleem. Et ut se habent prima copularū exordia: ardebat iuuēcula immodica ani- mi cupiditate: simul quia similibus eius nō fungebat: exardescibat magis atq; imma- ne exæstuat. Vnde quia nihil referebat ex parte adolescētulæ uel leuitate amo- ris uel ui doloris: q̄ haud quaquā mercede parifecū decerneret: cū eadē exposcula- bat: hinc frequēs iurgium: quo mulier offensa clauis remisit: domū reuertit. At ille amore uictus: qui qd̄ speraret nō habebat aliud: cum quartū iam mensem fluere cer- neret: eo contēdit: fretus q̄ cōsilio parētum emolliretur animus adolescētulæ. Oc- currit p̄ forib⁹ socer: genex̄ introduxit: filiam recōciliauit: & ut lætiores dimitteret triduo tenuit: quasi repararet nuptias: ac uolenti abire: quartū quoq; diem cōperen- dinauit: prætenta humanitatis specie moras innectēdo. Pari modo cū etiā quintū diem uellet adiūgere superioribus: & iam nouæ deessent causæ morādī: paterno ta- men affectu retinendæ filiaē desiderium non deforet: pmissam p̄fectionis copiam dis- tulit in meridiē: ut uiam cibo curati adorirent. Post epulas quoq; uolens dilationē attexere: eo q̄ iam uesper appropinquaret generi precibus egre licet: tamē acquie- uit. Ille iter suum prexit lætus animi q̄ dilectam sibi recuperauisset: qui uno comi- tati seruulo cū iam declinaret dies: festino uiam celerabant gradu. Mulier uehebat iumēto: uiro nullus sensus laboris: qui fructu desiderij simul & uario mulieris ac uer- naculi sermone uiam leuaret. Deniq; ubi hierosolymā appropinquaret quæ trigin- ta stadijs aberat: quæ lebusæi tenebant: suggestit puer deflectendū in ciuitatē q̄a sub noctē suspecta essent etiā illa quæ tutiora sunt: cauendaq; tenebrarū ambigua: maxi- me quia locorū incolæ nō essent de filijs israel. Et ideo præuertēdum ne quid aduer- sa studia gerentes insidiarū iufferent: ut obscuro noctis dolum quærētibus ad ppe- trandum facinus satis opportuno. Sed dño eius haud quaquā placuit sententia: ut inter alienigenas hospitio succederēt: cum Gaba & Rama nō longe abessent ciuita- tes Benjamin. Itaq; præualēs sentētia posthabuit seruuli suggestionē: quasi ex cōdi- tione cōsiliū æstimaret: & nō cōsilio quis infirma conditio ableuaret. Et iam sol in oc- casu erat: deniq; uix occurrit: cū iam urgere uesperē: in ciuitatē succedere. Gaba- onitæ incolebant locū: inhospitales: imites: intolerabiles: oia tm̄ tolerabilia q̄ si ali- quem hospitio recepissent. Deniq; cōmodius huic uiro leuitæ cesserat si in gabaa hospitium non repperisset. Verū ne quid deesset offensionis: primo ingressu diuer- soriū nō repperit: & cū in publico sit⁹ alienā misericordiā imploraret: offendit adue- nientē ex agro senē: quē uesper ex opere agresti cōpulis nocti decedere. Et cū esset ei cōspiciuus: rogat⁹ quo iret & unde aduētaret: respondit de bethleem ludæ reuer- tor: cōtēdo ad montē ephren: & mulier est mecū: sed ecce hic deuerti: & nemo ē q̄ hospitio recipiat & reqescēdi usū ministret. Nō quo cibi aut pot⁹ sibi aut pecori pa- bulorū eēt indigētia: sed tecti hospitio phiberent præsto esse illa: nudū tecti hospitium desiderari. Ad ea senior benigne satis & placide: Pax inqt tibi: & succede hospes pa- riter & ciuis. Nā & mihi origo de mōtis ephrē partib⁹: & hic hospitalis habitatio: sed tpe diuturno incolat⁹ sedes fūdauit. Itaq; receptos domicilio misterio sui & subsidijs

hospitalibus iuxta fouit. Hortabatur ad læticiã senior: & frequẽtiõibus prouoca-
 bat poculis: ut uino adoleret curarum obliuio: cum subito circũsistunt eos gabaoni-
 tã: iuuenes ad omnẽ p̄iectũ libidinẽ: nihil pensum ac moderatum habẽtes quos for-
 ma mulieris illexerat: & in omnẽ amentia prãcipitabat. Capti em̄ ei⁹ decore & per
 senectutẽ hospitis atq; infirmitatẽ subsidij: accepta spe potiendi poscunt mulierem:
 & pullant ianuam: Itaq; egressus senior rogabat eos ne hospitales mensas turpi flagi-
 cio fœdarent: & reuerendũ ius etiã indomitis barbararũ gentium nationibus uio-
 landum arbitrarẽtur: cõtribulem illũ sibi: israelitẽ uirum legitimi thori subnixum co-
 pula nõ sine indignatione cœlestis arbitri tanta affici cõtumelia. Qd̄ ubi parum p̄-
 cedere aduertit: esse sibi filiam uirginẽ adiecit: illam se offerre maiore parentis dolo-
 re: sed minore gratiã hospitalis dispendio: publicũ flagicium priuato dedecore to-
 lerabilius haberi. At illi exagitati æstu furoris & inflammati incentiuo libidinis: eo
 amplius ardebant formã iuuenulã quo magis negabatur. Et iusticiã exortes ride-
 bãt uerba æquitatis: filiam senis quia minore inuidia sceleris offerebat despectui ha-
 bentes. Itaq; cum piã nihil p̄ficrent preces: & seniles frustra hospes manus tende-
 ret: desperato prãsidio rapit mulier: & p̄ totam noctẽ iniuriã implet. Ast ubi lux
 finẽ intẽperantiã dedit: ianuam hospitalẽ repetit. Nõ quo uiri cõspectũ exposceret
 quẽ magis declinandũ putaret cõtumeliã pudore miserabilis: sed affectum uiro re-
 ferret: quã castitatẽ amiserat: & cõtumeliã suã funus lamentabili specie ante ianuã
 hospitalẽ exponeret. Egressus itaq; leuita cũ iacentẽ inuenisset: arbitrat⁹ q̄ uerecũ-
 dia uultũ nequaquã attollere auderet: consolari cœpit: quia nõ uoluntate sed inuita
 tantã iniuriã succubisset: hortari assurgere & secũ repetere domũ. Sed ubi nullũ
 responsum referebatur: quali quiescentẽ maiore uoce e somno excitare. Verum
 ubi mortis supremã patuit fides: impositas iumento reliquias domũ ptulit: & diui-
 sos artus mulieris in partes duodecim misit p̄ singulas tribus israel. Quo cõmotus
 uniuersus popul⁹ cõuenit in masphat: atq; ibi querela p̄ leuitã cognita omnes in bel-
 lum exarsere: statuentes neminẽ uirorũ fas esse in tabernaculum succedere: prius q̄
 de tanti sceleris auctõribus ultio capefferetur: animisq; ruebant in prãliũ. Sed cõ-
 silium prudentiorũ prãuertit sententiã: nõ temere confligendũ bello cũ ciuib⁹: sed
 prius uerbis experiendũ de flagicio: & decernẽdum cõditionib⁹ p̄ delictis. Neq; iu-
 stum uideri ut paucorũ sceleris precium ad omnes pueniret: & priuata adolescẽtium
 peccata statum salutis publicã labefactarent. Itaq; miserunt uiros qui denũciarẽt ga-
 baonitis: ut tanti reos flagicij offerrent. Sin autẽ: cognoscerẽt nõ minoris esse crimi-
 nis tantũ facinus defendisse q̄ exercuisse. Verũ illis superba referẽtib⁹: cõsilia pa-
 cis bello mutata: neq; primo aut secundo cõflictu: cũ plurimi a paucis afflicterentur:
 cedendũ israelitã aduersis prãlijs existimauerunt. Quadringenta em̄ milia uirorũ
 bellantiũ aduersum uiginti quinq; milia Benjamin tribus & septingẽtos gabaonitas
 expertos belli iuuenes decertabant. Et cũ sinistra forte duo sibi iam cecidissent prã-
 lia: animi tamẽ p̄mptus: haud quaquã deposuit israel uincendi fiducia: & ulciscendi
 prãsumptã spem. Sed quia causa numeroq; prãstantiores inferiore pugnã euen-
 tu pedẽ rettulerãt: diuinã offensam rati: ieiunio & fletu maximo recõciliationẽ gra-
 tiã cœlestis affectauerẽ. Itaq; orata domini pace acriores in bellum reuertunt: utpo-
 te quibus oraculũ animos dederat: spem accumulauerat. Et simulato a fronte q̄ ce-
 dere: ac dispositis p̄ noctẽ insidijs a tergo urbis: in qua locata erat manus hostiũ: dũ
 hi cedunt: & illi insectant: inuadendũ urbẽ uacua facta copia: & mox admoto incẽ-
 dio: flammarũ fragor atq; æstus furens captã urbis speciẽ manifestarunt. Quo & su-
 is fracti animi & erecti hostiũ. Nam & beniamin uiri clausos se & circũuentos rati pri-
 us q̄ a tergo inuaderẽtur: dispergere sese: atq; in desertũ fugere cœperũt: & cõtra is-
 rael gemino agmine urgere eos ac palãtes p̄sequi. Cæsa itaq; uiginti q; milia: id
 est: oes fere de uiris Benjamin: Prã sexcentos q̄ arrepto scrupẽ rupis munimẽto:
 partim loci ingenio & subsidio naturã: partim desperatiõẽ uictorib⁹ terrori fuere. Nã
 secũdã res cautionis admonent: in aduersis ultio p̄ uictoria habet. Nec fœminarũ

LIBER VIII EPISTOLA LXV

numerus tanti discriminis exors fuit: sed omnis tribus Benjamin muliebris sexus cum
 pueris & puellis omniq; ætate gladio aut igne extinctus: sacramentūq; additum ne
 quis tribus illius uiro filiam suā in uxore daret: quo reparandi nominis omnis abole
 retur successio. Belli finis simul atq; iræ factus: & furor in pœnitentiā uertit: armisq;
 positis in unū conuenientes uiri israel fleuerunt fletū magnum: & celebrarūt ieiuni
 um: dolentes unā tribum perisse ex fratribus: atq; extinctam populi sui ualidam ma
 num: iure quidē p delicti precio bellatū aduersum ppugnatores flagiciorū: sed mi
 sere in sua populū conuersum uiscera & bello ciuili utrūq; afflictum. Lachrymarū ef
 fusio mouit passionē animi: & affectum perculit: sœuiciæ ratio successit. Missiq; le
 gati ad sexcetos illos Benjamin uiros: qui p quattuor menses edito se præruptarum
 tuebantur rupiū: aut deserti indigētia: quæ multitudini obsidentiu periculosa foret:
 deplorauerunt: cōmunē illam esse erumnā: q; illi cōtribules: isti cognatos & socios
 amisissent: sed tamē nō penitus interceptam reparandæ tribus successionē: cōsulere
 se in mediū: quomō & sacramenti fides sibi cōstet: & tribus una nequaquā a corpo
 re auulsa intercidat. Altari itaq; posito recōciliationis & pacis oblatū sacrificiū. Et
 quia labis galaad populus erat pœnæ & maledicto obnoxius. Obstrinxerat em se om
 nis israel magno sacramento: ut si quis nō ascendisset cum eo ad puniendū flagiciū:
 morte moreret: duodecim milia bellatorū directā: ut & uiri omnes & mulieres fer
 ro extinguereēt: solas uirilis thori exortes referuarent adoleſcētulas. Interfectis
 itaq; omnib; labis galaad: solæ uirgines quadringētæ exitio cæteroq; superfuerunt.
 Quas accipiens israel statuit uiros beniamin belli metū deponere: & in coniugiū si
 bi sumere integras æui ac pudoris puellas: quibus & causa esset apud uiros integra
 q; nemo suorum aduersum eos bellū susceperat: & charitatis gratia: quia ppter eos
 supremo supplicio ereptæ forent. Hoc igitur modo quadringētis iuuenibus quæ
 sita copularū confortia sunt. Sed quia duceti numero supererat: quibus iugales de
 erant: ijs quoq; sine fraude sacramentorū consultum accepimus. Dies festus in sy
 lo quotannis celebrat: ibi exultare solitæ uirgines: & choræas ducere in honorē re
 ligionis: aliæ præire matribus & totū iter agmine uiantum repleri. Dixit unus ex
 senioribus: Si duceti illi tribus Benjamin uiri intra uineas siti excubias tenderēt: do
 nec se omnis fœminea turba effunderet: & surgētes ex uineis unusquisq; quā occur
 sus dederat: uxore sibi uendicaret: fraudi id nequaquā: futurum populū etenim fa
 uere reparandæ tribus successioni: ppter sacramentū impartire nō posse filiarū su
 arum societate: neq; tamē contra sacramentū uideri: si phibendū non putaret: quia
 sacramēto neq; cogēdi neq; phibendi necessitas imposita uideret: illo sibi sine me
 tu cōsulere oportere. Sane si puellarū parētes uindictā efflagitareēt: partim prece
 partim etiā retorquēdo in ipsos inuitæ culpā custodiæ sese reuocatuos: quia cū sci
 rent Benjamin uiros exortes esse iugaliū: cū filiab; pcellerint: dignam sane tribum
 iam nō pœna sed misericordia: satis dure sœuitū in eos: & debellatā corporis sui par
 tem: immoderatiū exaruisse plæbē: ut successionem domesticā extingueret: atq; ex
 suis necaret: placere deo nō perire populo tribum: neq; p una muliere tam acerbe
 consuli. Probauerūt consilium israelitæ: executi sunt uiri Benjamin: & dispositi in
 uineis loco opportuno & tēpore: plenas fœminei agminis uias occupauerunt. Præ
 buit illis festum nuptiarū religionis solēnitās. Auullæ de complexu patrū filiaē tanq
 in manū ab ipsis parentibus tradebātur: & uelut pactam e gremio matris nō abduci
 sed pdire arbitrarentis. Ita trib; Benjamin pene intercepta atq; extincta breui flo
 ruit: documētum exhibens q; magno exitio sit insolētibus uindicta pudicitia & læ
 sæ castitatis ultio. Nec hoc solo loco sed plerisq; scriptura hoc docet. Nā & in Ge
 nesi legimus exercitum quæstionib; regem ægypti Pharaonē q; Saram attentauis
 set: & tamē alienā esse uxore nesciebat. Est igit dño castitatis tuēdæ uolūtas: quā
 to magis est defensandæ integritatis: Vnde nulla debet uirginib; sacris irrogari in
 turia. Quæ em nō nubunt & qui uxores nō ducunt: habētur sicut angeli in cælo. Et
 ideo cælesti gratia nō inferamus corporalē cōtumeliam: qm̄ potens est deus: quem

Judic. 21.

Gen. 12.

nec præuaricatio prætereat: & moueat accepti sibi muneris & cōsecratæ uirginitatis acerba & grauis cōtumelia. Vale frater & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Paternū: eundē quia filio neptē ex filia copulare uoluit redarguentis: & ut ab ea discedat intētionē cōmonentis: Ep̄la. LXVI.

Ambrosius Paterno. Paterni quidē unanimis mei salutationē legi: sed cōsultationē haud quaquā paternā: ut uelis filio neptem copulare ex filia: sed nec auo te nec patre dignam. Itaq; quid cōsuleris considera. Omne em̄ qđ agere uolumus: prius nomen facti eius interrogemus: & tunc utrū laude an uituperatione dignū sit existimabimus. Verbi gratia: misceri mulieri quibusdā uoluptas est: medicorū etiā pueri corporib⁹ utile ferunt. Sed cōsiderandū utrū coniugi an extraneæ: deinde nuptæ: an innuptæ. Si quis desponsata sibi & tradita utat: cōiugium uocat. Qui alienæ expugnat pudorē adulterium facit: cuius uel solo nomine reprimi plerūq; tentandi audacia. Hostē ferire uictoria est: reum æquitas: innocētē homicidiū. Quod si quis percipiat animo: reuocat manū. Ergo etiā tu quid consulas: quæso tecum retrahes. Coniugiū uis inter filios nostros cōponere: Quæro utrū pares copulandi an impares sint. Sed nisi fallor: compares appellari solent boues. Qui iungit ad aratrū: equos ad currum: pares eligit: & ut ætas cōueniat & forma: nec natura discrepet nec decoloret diuersitas. Tu copulare paras filiū tuū & neptem ex filia: hoc est ut accipiat sororis suæ filiam: diuersa licet matre q̄ socrus editus. Interroga nominū religionē: nempe auūculus iste illius: illa hui⁹ neptis uocat. Nec ipse te reuocat sonus nominū: cū hic auum resonet: illa hoc nomē ad auunculū quid ad auum referat. Quāta deinde etiā reliquorū cōfusio uocabulorum. Idē auus & socer uocabere: ea quoq; tibi neptis & nurus diuerso nomine nūcupabitur. Mutuabuntur etiā fratres diuersa uocabula: ut illa socrus fratri sit: iste gener sorori. Nubat auunculo suo neptis: & immaculaturū pignorum charitas illecebrosō amore mutetur. Sup̄ hoc igitur meā a sancto uiro episcopo uestro expectari sententiā nō opinor neq; arbitror. Nam si ita esset: & ipse scribendū putasset: Nō scribēdo autem significauit qđ nequaquā hinc dubitandū arbitretur. Quid em̄ est qđ dubitari quæat: cū lex diuina etiā patruales fratres phibeat cōuenire iū coniugale copulam: qui sibi quarto sociatur gradu. Hic autē gradus tertius est qui etiā ciuili iure a consortio cōiugij exceptus uidet. Sed prius sacræ legis scita interrogem. Prætendis em̄ in tuis litteris qđ permissum hoc diuino iure connubium huiusmodi pignora existimet eo qđ nō sit phibitum. Ego autē & phibitū assero. Quia cū leuiora interdicta sint de patruelib⁹ fratribus: multo magis hoc qđ artioris est plenum necessitudinis: interdictū arbitror. Qui em̄ leuiora astringit: grauiora nō soluit sed alligat. Quod si deo pmissum putas: quia specialiter nō est phibitum: nec illud phibitum sermone legis reperies: ne pater filiā suam accipiat uxorē. Nunquid ideo licet: quia nō est phibitum. Minime. Interdictū est em̄ naturæ: iure interdictū est lege quæ est in cordibus singulorū. Interdictū est inuiolabili præscriptione pietatis: titulo necessitudinis. Quāta huiusmodi inuenies nō esse interdicta lege p̄ Moysen edita: & tamē interdicta sunt quadam uoce naturæ. Multaq; sunt quæ licet facere sed nō expedit. *1. Cor. 6.* Omnia em̄ licent sed nō expediunt: omnia licet sed nō ædificant. Si ergo etiā ab ijs nos reuocat Apostolus quæ nō ædificat: quō faciendū putamus qđ & nō licet legis oraculo: & nō ædificat discrepante pietatis ordine. Et tamē illa ipsa uetera quæ fuerant duriora: tēperata sunt p̄ euangeliū dñi Iesu. Transierunt uetera: ecce facta sunt noua. Quid tam solēne q̄ osculū inter auunculū & neptem: qđ iste quasi filiæ debet: hæc quasi parentis. Hoc igitur inoffensæ pietatis osculū suspectum facies de talib⁹ cogitādo nuptijs: & religiosissimū sacramentū charis pignorib⁹ eripies. Sed si diuina te prætereunt: saltē imperatorū præcepta: a quibus amplissimū accepisti honorem: haud quaquā præterire te debuerūt. Nā Theodosi⁹ imperator etiā patruales fratres & cōsobrinos uetuit inter se cōiugij cōuenire nomine: & seuerissimā pœnā statuit si quis temerare ausus esset fratrum pia pignora: & tñ illi inuicē sibi æquales sunt:

LXVII LXVIII LXIX LIBER IX EPISTOLA LXX

tantūmodo quia ppinquitatis necessitudine & fraternæ societatis ligatur uinculo: pietati eos uoluit habere q̄ nati sunt. Sed dicis alicui relaxatū: Verum: hoc legi nō præiudicat. Qd̄ enim in cōmune statuitur: ei tantū pficit: cui relaxatū uidetur. Longe diuersa iniuria. Illud tamē licet in ueteri testamento legimus: ut aliquis uxore suā sororē diceret: Istud inauditū: ut quisq̄ neptē suam in uxorem accipiat & coniugem dicat. Iam illud pulcherrimū q̄ negasti neptem tuam auunculo suo tuo filio ppinquo semine cōuenire: quia nō agnationis copulet necessitudine. Quasi uero & uterini fratres: id est diuerso patre sed eadem matre geniti possint diuerso sexu inter se cōiugio cōuenire: cum & ipsi agnationis ius habere nō queant: sed cognationis tantum tibi titulo cōnexi sint. Vnde oportet ab ea discedas intētionē: quæ etiā si liceret: tamē tuā familiā nō ppagaret. Debet em̄ tibi filius noster nepotes: debet etiam neptis charissima pnepotes. Vale cū tuis omnibus.

Sancti Ambrosij ad Quinegiū: illū de cōsultione sua cōmendantis: Ep̄la. LXVII.
 Mbrosius. Quinegio. Q̄ ingenuo te cōmendasti pudore: quia de eo confuleres quod non pbares: sed morem gereres parenti: ut pietatem nō læderes: sercū q̄ nō aliud a me posset referri: nisi qd̄ sanctas deceret necessitudines. Ego uero libēter tua in me onera suscepi: & auo nepte: ut opinor: refudi. Quā nescio plane qua opinione nurū tibi fieri desiderabat: ut auum focero mutaret. Plura non opus est: ne hoc quoque accedat ad uerecundiam. Vale fili & nos dilige: quia nos quoq̄ te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Antonium: amorem eius in se & sui animum in illum commemorantis: Ep̄stola. LXVIII.

Mbrosius Antonio. Nunq̄ es tacitus mihi: nec unq̄ tuo me transmissum silentio quærar: qui sciam q̄ tuo nō desim pectori. Nā cū id pendas qd̄ pluris est: qui potes etiā id negare qd̄ sæpe etiā in multos defluit: nō tā amoris usu q̄ officij uicissitudine. Ego uero etiā ex meo animo tuā uicem existimo: ut nūq̄ me tibi & te mihi absentē putem: qm̄ semp̄ animis hærem. Nunq̄ tuas litteras mihi deesse opiner: aut me al tibi: cū te quotidie coram alloquar: in te oculos: studia: atq̄ omnia officia mea dirigā. His tecum delectat cōgredi. Nā litteræ tuæ (ut aperte cū indiuiduo pectoris mei loquar) uerecūdari me faciunt. Vnde peto ut supersedeas gratiarū relatu. Mihi em̄ mei in uos officij summa merces est: si me debito erga uos muneri nō defuisse arbitrarer. Vale & nos dilige: quia ego quoq̄ te diligo.

Sancti Ambrosij ad Alipium: litteras illius tibi esse redditas: & se suis respondisse litteris: significantis: Ep̄la. LXIX.

Mbrosius Alipio. Antiochus uir consularis reddidit mihi eximietatis tuæ litteras: nec supersedi: respondendi munere. Nam p̄ meos homines dedi litteras: & ni fallor: alia oborta copia geminaui epistolā. Sed quia nō tam remetienda amicitiae munia: q̄ cōtumeliam nō cumulandā arbitror: oportuit ip̄o præsertim regrediente qui me tanto litterarum tuarū affectu nomine: referri aliquod officium sermonis mei: ut ego utriq̄ uestrū & ille tibi absolueretur qui debebat referre qd̄ acceperat. Vale & diligentes te dilige.

Liber Nonus.

Sancti Ambrosij ad Vigilium: instituētis eum quō plæbem docere debeat: ac inter cætera ut cōiugia ex alienigenis refugiant: Samsonisq̄ exemplo cōprobantis q̄ pniciosum sit alienigenæ mulieris copula asciuisse: Ep̄la. LXX.

Mbrosius Vigilio. Poposcisti a me institutiōis tuæ insignia: qm̄ nouus ascitus es ad sacerdotiū. Et qm̄ te ipsum ædificasti: ut oportuit: qui dignus habitus es tanto munere: quomō & alios ædifices significandū uideatur. Primum omniū cognoscere ecclesiam tibi domini cōmissam: ideoq̄ uitandū semp̄: ne quid obrepat offensionis: & fiat uelut cōmune corpus eius gentiliū admixtione. Vnde scriptura tibi dicit: Ne accipias uxore de Gen. 28.

filiabus chananæorū: sed uade in mesopotamiā in domū Bathuelis: id est: domū sapientię: & eius tibi acquire copulam. Mesopotamia autē regio est in partib⁹ orientis: quæ duob⁹ maximis p ea locorū euphrate & tigris fluminib⁹ circūuenit: quib⁹ origo est in armenię locis. Influūt autē diuerso meatu in mare rubrum: & ideo mesopotamię nomine signatur figura ecclesię: quæ maximis fluentorū prudentię irriguis atq; iusticię fecundat mentes fidelū: quibus sacri baptismatis cuius typus præcessit in rubro mari: infundit gratiā culpamq; abluit. Doce ergo plæbē: ut nō ex alienigenis sed ex domib⁹ christianiis cōiugij quæratur copula. Nemo fraudet mercenarium mercede debita: quia & nos mercenarij sumus dei nostri: & ab eo mercedē laboris nostri expectam⁹. Et tu quidē o quicūq; es negociator: mercenario tuo mercedē pecuniariā negas: id est: uilē: caducā: tibi autē negabit merces pmissorū cælestium. Nō fraudabis ergo: ut lex dicit: mercenarium mercede sua. Nō dabis pecuniā tuā ad usuram: qm̄ scriptū est: q̄ is qui pecuniā suam nō dedit ad usuram: habitabit in tabernaculo dei. Nam ille est supplantator: qui usurarū captat emolumenta.

Deut. 24.

Ps. 14.

Itaq; uir christianus si habet: det pecuniā quasi nō recepturus: aut certe sortē quā dedit: recepturus. Habet in ea nō mediocrē usurā gratiæ. Alioquin decipere istud est nō subuenire. Quid em̄ durius q̄ ut des pecuniā tuam nō habenti: & ipse duplū exigas? Qui simplū non habuit unde solueret: quē admodū duplum soluet? Exemplo nobis sit Tobias: qui nūq; requisitū pecuniā quā dederat nisi extremo uitæ suę tempore: magis ne fraudaret hæredē q̄ ut depositam pecuniā cogeret ac recuperaret. Populi sæpe cōciderunt fœnore: & ea publici exitij causa extitit. Vnde nobis sacerdotibus id præcipuæ curæ sit: ut ea uitia refecemus: quæ in plurimos uidentur serpere. Hospitem doce uoluntariū magis q̄ ex necessitate esse oportere: ne in hospitio deferendo inhospitalē affectū animi sui pdat: & in ipsa hospitii susceptiōne p iniuriā uioletur gratiā: sed magis excolatur officiorū usu & aliquo humanitatis ministerio. Nō em̄ a te munera exiguntur ditia: sed officia uoluntaria: plena pacis & cōuenientis cōcordiæ. Meliora sunt em̄ olera cū amicitia & gratiā: q̄ si exquisitis dapibus adornetur conuiuū: si desit affectus gratiæ. Legimus pemptos graui populos excidio ppter uiolata iura hospitij leuitis de ephren. Propter libidinem quoq; cōmissa bella atrocia. Sed ppe nihil grauius q̄ copulari alienigenæ: ubi & libidinis & discordiæ incentiua & sacrilegij flagicia cōstantur. Nā cum ipsum conuigium uelamine sacerdotali & benedictione sanctificari oporteat: quō potest conuigium dici: ubi nō est fidei cōcordia? Cū oratio cōmunis esse debeat: quō inter dispares deuotione potest esse cōiugij cōmunis charitas? Sæpe plæriq; capti amore fœminarū fidem suā pdiderunt: ut patet populus in beelphegor. Vnde Phinees arrepto gladio interfecit hebræum & madianiten fœminā: & mitigauit indignationē diuinā: ne totus populus extingueret. Quid de pluribus exēplis loquar? Ex multis unum pferam: ut eius cōmemoratione liqueat q̄ perniciosum sit alienigenæ mulieris ascuisse copulā. Quis fortior & ab incunabilis suis munitior dei spiritu q̄ nazaræus Samson? Et ipse pditus est: & ipse p mulierem non potuit suā tenere gratiā.

Prover. 15.

Judic. 20.

Numer. 25.

Cuius generationis & uitæ totius seriē historico digestā stilo enarrabimus fm sacri libri continentia: quæ in hunc est modū: nō uerborum serie sed sensu. Multos p annos hebræorū populū subditum palæstini ac subiectū habebant: qm̄ fidei prærogatiuā amiserat: qua uictoriā patres adepti fuere. Nō penitus tñ interciderat insigne electionis apud auctorem suū & funiculus hæreditatis. Sed quia rerū secundarum insolentia sæpe extollebant: dabat eos plæriq; in potestatē hostium: ut more ingenij humani remediū malorum de cælo sibi quærerent. Tunc em̄ deo subditi sumus: cū aduersis aliquib⁹ urgemur. Secūdæ res mētē extollūt. Quod cū alias usu pbatum sit: maxime in ea rerum cōuersiōe qua rursus ad hebræos a palæstinis uersa uice res mutata. Nāq; cum diuturna iniuria longæ subiectiōnis ita essent depressa hebræorū pectora: ut nullus uirili ingenio ad libertatē animos tollere auderet: ortus est illis Samson diuino oraculo prædestinatus: magnus uir: nec in plurib⁹ nume

randus: sed in paucis præstātissimus: & q̄ sine ulla controuersia sit: uiribus corporis omniū facile primus: eoq; ingēti admiratione nobis spectandus a principio: non illa quæ tēperantiæ & sobrietatis iam inde a puericia uini abstinēs præclara insigna dedit: nec illa quæ in tonso capite Naçaræus sacra diu seruauit custodia: Sed ab adolescentia quæ in alijs ætas mollior: in hoc egregia: atq; supra humanū modum: pfectæ uirtutis stupēda facinora effecit: quibus diuini oraculi mox aperuit fidē: q̄ nō pfunctione tanta eū anteisset gratia: ut descēderet angelus p̄ quē ortus eius præter spem parētib⁹ annūciaret: futuri regimē & præsidium suis. Nā grauib⁹ iam diu palæstinorū imperijs afflictabant. Pater illi erat de tribu Dan timens deū: haud ignobili genitus loco: præstans cæteris: mater utero sterilis sed animi uirtutibus haud infæcunda: quæ ppriæ hospitio mētis recipere meruit uisionē angeli: mādatū tenuit: oraculum impleuit. Nec tñ passa sine uiro scire uel diuinitatis secretū: insinuauit marito uisum sibi hominē dei præclara speciei futuræ sobolis ferentē oracula: qua pollicitatione sese fidentē cū coniuge fidem pmissorū cælestiū participare. Qd̄ ubi cōperit: pie deū precatus orauit: ut sibi quoq; uisionis eius gratia tribueret: dicens: In me dñe angelus ueniat tuus. Vnde ego arbitror: nō celo mulieris quæ esset spectabilis pulchritudinis aliquid eū suspectum habuisse: ut quidā existimauit: sed magis diuinæ celo gratiæ puocatū: cōspectus sacri uoluisse participari munere. Neq; em̄ uitij animi prauæ affectus tantā apud deū inuenisset gratiā: ut angelus in eius domū reuertetur: qui monitis ijs quæ usus oraculi postulauisset: subito flāmæ uehemētis eleuat⁹ speciei: sese recepit. Id formidolosum uiro: mulier salubrius interpretata: in gaudium uertit: atq; ademit sollicitudinē: eo q̄ p̄sperorū iudiciū nō aduersantiū sit uisere deū.

Judic. 13.

Talibus e cælo cōmendatus insignibus: ubi primū adoleuit: coniugio mentē interdicit: siue q̄ uagam ac familiarē adolescētulis abhorreret animo lubricæ libidinis consuetudinē: siue quia iam causa quærebat: quæ admodū a ceruicibus plæbis suæ auerteret palæstinorū potentiā duraq; imperia. Pergens itaq; in thannata (urbi hoc nomen est in illis positæ locis: quæ tunc palæstinorū incolis frequentabat) uirginē aspexit grata speciei & uultu decoro: & parētes pprios quoq; comitatu fultus gradiebat: orauit ut eam in coniugiū sibi posceret. Verū illi ignorātes q̄ eo intētio uergeret: ut palæstinis aut negatibus infestior foret: aut acquiescētibus affectus inferēdæ in subditos iniuriæ demeret: cū ex cōiunctione æqualitas: par & gratia cōsortij iure accresceret: aut si quid offensum esset: longi⁹ ultionis studia pcederent: quasi alienigenā declinandā arbitrabant. Sed ubi flectere animū pignoris legitimoꝝ obiectu frustra experti: in arbitriū eius uolētes cōcessere. Recepta itaq; petitione Samson cū sibi pmissam reuiferet diuertit: & paulisper de aggere deflexit: cōtinuoq; occurrit eo leo ferus de silua: agresti libertate seuior. Comes nullus: telū in manibus haud quaquā suppeditabat: cedere pudor: & conscia uirtus fiducia dare: mentē in se brachijs amplexus necat: & lacertorū nodo exanimatū: præter aggerē supra siluestria germina piccit ac dereliquit. Locus erat lætus pabuli herboſo gramine: uinetis cōsitus. Itaq; apud dilectissimā sibi sponsam exuuias feræ credidit sine momento futuras: cum taliū rerum tēpora nō terribilibus spolijs sed mitibus gaudijs & festa fronte fiant nenustiora. Deniq; post eadem regrediēs uia fauum in utero leonis offendit: atq; abstulit: donū parētibus ac puellæ futuræ. Talia em̄ sponsam munera decēt ac degustato melle fauum prædictis edendū dedit: causam rep̄ssit. Sed forte quādā die nuptialis festi celebrabat conuiuū: læta in epulis iuuetus mutuis se ad ludum inuitabat sermonib⁹: cū alijs aliū falsiore dicacitate pstringeret: sicut se hmōi usus habet: certamen læticiæ accendebat. Ibi tum quæstionē hmōi pposuit Samson iuuenibus coepulantib⁹: De manducate exiuit esca: & de forti pcessit dulce. Absoluentibus pollicēs præmiū: quasi mercedē sapientiæ triginta syndones & totidem stolas fm̄ numerū uirorum comesantiū: haud multā ignoratibus. Qui cum enodare implexa & distinguere ambigua nequiret: mulierē eius partim minis exagitando: partim fatigando precib⁹: eo impulere ut a uiro posceret quæstionis eius absolutionē:

Ibidē. 14.

Insignē futurā cōiugalis gratiā in mercedem amoris. Atq; ea seu animi territa: seu muliebri ingenio inflexa: ueluti pio quæstu maritalis odij dolorē prætexere cœpit: qđ secretū uiri cōsors: totius uitæ & cōsocio nō cōperisset: similisq; cæteris habita fo
Judic. 14. ret: cui arcanū uiri ppriū nō crederet. Odisti me inquit & nō amasti quā celasti usq; adhuc. His atq; cæteris talib⁹ inuictus certe animus: muliebrib⁹ emollit⁹ blādicij: aperuit dilectæ ppositam quæstionē: & illa ciuibus. A quibus uix tandē septimo diē qui præscriptus absoluendæ parabolæ fuerat: ante occasum solis cōperta soluta sunt: atq; in hunc modū relata: Quid forti⁹ leone: quid dulci⁹ melle? Et ille respon- dit: Nec muliere aliquid pfidiosius. Nam si nō domissetis uitulā meā: nunq̄ intelli- geretis parabolā meam. Et statim descēdit in ascalonā: & triginta uiros peremit: quorū exuuias auferens: eos qui ppositā quæstionē soluerant pmissio munere dona uit. Abstiniuit autē coniugio puellæ cuius pfidiā dephenderat: atq; in patriam do- mū sese recepit. Turbataq; animi iuuēcula quæ indignationē læsi: ferociam fortis- simi fraudi sibi futuram iusta formidine phorresceret: in alterius uiri cōcessit nupti- as: quē tñ paranympum sibi Samson quasi fidum sodalē cū duceret eā uxore: ascie- uerat: nec sic tamē prætentio licet coniugio offensionis periculū auertit. Nāq; ubi res pdita: uolentiq; ad coniugē redire: interclusa copia: q; pater eā alij uiro nupsisse diceret: sororē sane eius si uellet: ducere liceret: stimulo iniuriæ exulcerat⁹ publicā extogitauit ultionē capessere domesticæ cōtumeliæ indignatione: correptisq; uul- pibus adulta æstate: cū iam matura essent in agris frumēta: binas sibi inuicem cauda ad caudā ligauit: atq; in mediū earum ardentē inseruit facē: nodoq; astrinxit inexo- lubili: & ultor iniuriæ sup manipulos messis dimisit frumētariæ: quā secuerant inco- læ palæstinorū. At illæ igit̄ exterritæ quacūq; præcipites cōuoluebant: spargebāt incendiū: & exurebat spicas eorū. Quo dispendio cōmoti q; omnes sibi locorū fru- ctus interierāt: factū principibus suis intimauerūt. Et illi miserūt uiros in thannatam qui mulierē quæ uariato fidē cōiugio mutauerat: ac totam eius domū parētēsq; igni inuoluere: q; ea causa suæ uastitatis & iniuriæ foret: nec oportuisse lædi uirum pnun- ciantes qui posset malo se publico ulcisci. Nec tñ Samson populis palæstinorū deli- ctū gratiā fecit: atq; eo uindictæ fine cōtētus fuit: sed cōcidit eos strage maxima: plu- rimiq; eorū ferro interiere. Ipse autē concessit in etham ad torrentē in deserto. Petra illic erat munitio tribus ludæ. Palæstini uero qui eū nō auderent laceßere: nec mu- nitionis prærupta arduaq; superare: tribū ludæ denūciato adorsū ursere prælio: qđ subditos sibi & tributarios perditū iri nequaquā iustū & æquū atq; ex usu uideretur: publico: p alieno præsertim facinore cōsulentes in mediū: tradi sibi designatorē tan- ti flagicij postulauerūt: atq; ita illis qđ ab eo cōmissum: futurū sine noxa. Qua præ- scripta sibi conditione uiri de tribu ludæ tria milia ex suis cōgregantes ascenderunt ad eū: & præfato q; essent subditiq; palæstinorū: quibus sibi necessitas obediēdi non ex arbitrio sed ex periculi formidine maneret: facti sui inuidiā retorquebant in eos: qui ius cogēdi habebant. Tum ille: & quæ inquit iusticiæ forma est gen⁹ abrami- darum: ut circūscriptæ primo cōiugis: deinde abductæ pniciosa mibi uindicta sit: & sine periculo domesticā iniuriam nō licuerit ulcisci: Tantū ne inclinatis animos ad turpe uernularū obsequium: ut executores uos alienæ præbeatis insolentiæ: atq; in uosmetipsos uertatis manus: Si pereundū est quia dolorē habui liberum: iuuat pe- rirē manibus palæstinorū. Tentata domus: sollicitata uxor. Si nō licuit mibi uiuere sine eorū fraude: saltem liceat mori sine scelere uestro. Retuli ego acceptā iniuriam nō intulī: Vos existimate an digna uicissitudo fuerit. Illi de damno fructuū querun- tur: ego de cōiugis amissione. Cōferte manipulos messis & sociā thori. Dolorē meū ipsi pbarunt cuius iniurias uindicauerūt. Videte quo uos ministerio dignos putāt. A uobis eum morte affici uolunt: quē ipsi ultione dignū de ijs qui me læserāt iudica- uerunt: & qui uindictæ præbuere ministeriū. Sed si adeo subdita supbis corda ge- ritis: tradite me hostiū manibus: uos nolite occidere. Nō mortē abnuo: sed uestrum fugio cōtagiū. Verū si formidine ceditis insolētib⁹: alligate uinculis man⁹ inermes

LIBER IX EPISTOLA LXX

licet inuenient sibi arma nodis solutæ: certe cōditiōe impositæ. Satis futurū arbitratū sunt: si uiuentē in potestatē daretis. Quibus illi auditis quā tria milia uirorū ascenderant: sacramentū dederunt quod a se uitæ eius uis nulla irrogaret: tantūmodo patiens uinculorū esset: ut deditiōe eius patrarēt: quo uacui fierent eius cuius arguebatur: facinoris. Accepta itaq; fide spelæo egressus deseruit petræ munitionē: ac duobus innexus funibus. Vbi appropinquare accitos ad suscipiendū palæstinorū ualidos uidet: infremuit spiritu: & uniuersa dirupit uincula: atq; arripiens maxillā asini iacētē percussit mille uiros: fugauit alios grandi uirtutis spectaculo: cū inermis & uni cederent armatorū agmina. Et qui cōminus ausi fuerant cōgredi: facili negotio nullo labore obruncati: alijs fuga exitiū dempsit. Vnde hodieq; agon loco nomen est: quod ibi Samson gloriosum certamē uirtute egregia consummauerit. Sed utinā quod fortis in hostē: tam moderatū uictoria fuisset. Verū quod facile usu uenit: insolens res secundarū animus qui debuit euentū pugnæ diuino fauori & præsidio deferre: sibi arrogauit: dicens: In maxilla asini deleui mille uiros. Nec aram statuit deo: nec hostiam immolauit: sed negligens sacrificij: assumptor gloriæ: ut triumphū suum perpetuo cōsecraret nomine: uocauit locum maxillæ interfectionē. Et mox siti grauiter cepit inardescere: & potus deerat: nec iam ferre ac tolerare poterat. Vnde intelligens quod nihil tam facile esset humanæ opis quod sine diuino adiuuamento nō difficile foret: exclamauit atq; obsecrauit: ne sibi deus omnipotēs in offensam uerteret: quod imprudenter incauto sermone sibi aliquid assignauisset. Quinetiā illam uictoriā deo deputabat dicens: Tu dedisti in manu serui tui salutē magnā hanc: & nunc subueni: quia ecce morior siti: & in potestatē eorum de quibus tantū donasti triumphū: sitis necessitate adiudicor. Quomō dei misericordiæ: cū precisset ille maxillam: aperuit scissuram eius: & fons erupit ex ea: & bibit Samson: & resumpsit spiritū: & uocauit locum uocationē fontis: eo quod uictoriæ iactantiā inuocationis precibus emēdauisset: ita diuersa iudicia mature edita: quod & arrogantiā cito offensam incurreret: & humilitas sine ulla offensione sese recōciliaret. Verū ubi decursa serie bellum palæstinorū cōposuit: & suorū declinans ignauitiam: & hostilē despiciens manū: gaucam sese contulit (ea ciuitas erat in locis palæstinorum) & habitabat illic in diuersorio. Quod cognitum gaucæi haud quaquā dissimulatione præterierūt: sed festinantes circūdederunt diuersoriū eius: & obsederunt uniuersos aditus domus: ne fugam in noctē cōponeret. Itaq; Samson cognito quid pararet: cōpositas insidias noctis medio præuertens: columnas domus manibus amplexus materiem totā & culminis molē ceruice ualida sustentans in uerticē montis altissimi transportauit qui imminēbat urbi hebron: quæ populo hebræis incolebat. Cū libero & uago motu transgredere: nō solū regionis paternæ terminos: sed etiā morum limites & maiorū obseruationes præscriptos: eam sibi futuræ mox cladis pestē inuenit. Nāq; parū fida expertus alienigenæ uxoris primā connubia qui debuisset cauere uel postea: rursus Dalilæ mulieris fornicariæ copulā non declinauit: & cū eam diligeret impense: tentandi se causam dolis hostilibus præstitit. Ascendētes em palæstini ad eam: polliciti sunt pecuniā uirū daturus mille & centū denarios: si pderet eis in quo ille fiducia uirtutis suæ constitutā haberet: quo cognito circūueniri & capi posset. At illa quæ semel se pecuniæ pstituerat: astute satis & callide inter epulas & illecebras amoris quasi admirans fortitudinis eius eminentiā: quærere cœpit quo tandē genere tantū præstaret reliquorū uirtutibus: simul & quasi pauida atq; sollicita orare: ut dilectæ suæ cōmitteret: qui nexu astrictum alienæ potestati substerneret. Ille autē adhuc sobrius & fortis animi aduersus delinimēta meretricia dolum dolo retulit dicens: Quia si uirtibus uirentibus adhuc & non aridis alligare: infirmitate corporis adæquaret aliorū similitudinem.

Quo palæstini per Dalilā sibi cōperto: cum uitea soporanti circūdedissent uincula quasi de improviso excitū: haud degenerē offendere notæ & solitæ fortitudinis: cū solutis nexibus uirtus libera multis licet resisteret ac repugnaret. Sed ubi id parum pcessit: rursus Dalila quasi derisa & cōquerēs repetere artes suas: & fidē amo-

ris poscere nō prætermittebat. Cui Samson ualidus adhuc cōsiliū dolū ridēs: signifi-
 ficauit ligatū se septē funibus qui adhuc sine usu forent: uenturū se in potestātē ho-
 stium: sed & hoc frustra fuit. Tertio quoq; tāq; de mysterio deprompsit etiā lapsu-
 ro ppior: si dissoluti essent crines septē capitis sui: & quasi in cubitū intexti: discede-
 ret ab eo uirtus sua. Et hoc quoq; ludit insidiarū fabricatores. Ad postremū cū illu-
 sum sibi totiēs p̄ca x mulier deplorauisset: indignā se habitā dolens: cui cōmitteret
 arcanū: dilectiq; id qđ p remedio quæreret: ad p̄ditionem suspectari uideret: lachry-
 mis fidē coegit: simul quia debebat inuictæ ad id tēpus fortitudinis uiro: ut incide-
 ret erumnā saucius: animi secretū aperit: prætere in se uirtutē dei: & esse dño san-
 ctificatū: se cūdū eius præceptū comā pascere: quæ si attonderet: desineret naq; aræ
 us esse: & ppriæ uirtutis usum amitteret. Palæstini per mulierē cōperta infirmita-
 te uiri: sceleris mercedē afferunt: ut precio obnoxia dolū patraret. At illa meretri-
 cius delinimētis fessum amoris in soporē cōpulit: & tonsore adhibito septē crines ca-
 pitis eius admota nouacula abscidit. Cōtinuoq; interdīti præuaricatiōe uires mi-
 nutæ. Deniq; ex somno experrect⁹: faciā inquit sicut soleo: & excutiā me sup ad-
 uersarios: sed nec animi sui alacritatē nec uirtutem agnouit: nec uigor erat nec gra-
 tia manebat. Itaq; reputans secū qđ improuide se mulieri aduersariorū credidisset: &
 caluatus tētare ulterius aliquid dānatus infirmitatis: nequiret cæcitatē oculos uin-
 culis manus præbuit: & cōpedibus innexus carcerē intrauit multis sibi incognitum
 tēpestatibus. Et iam p̄cessu tēporis crescere ei coma cœperat. Itaq; cū esset cele-
 bre conuiuiū: palæstinorum conuentui p̄ducitur de carcere Samson: ac statuitur in
 populi conspectu. Erant tria milia ferme hominū uirilis ac muliebris sexus: & graui-
 bus in eum insultabant conuitijs: circūagebant ludibrijs qđ durius & ultra ipsum ca-
 ptiuitatis speciem uiro ingenitæ uirtutis conscio tolerabatur. Nam uiuere & mori:
 naturæ functio: ludibrio esse: probro ducitur. Cupiens igitur tantā cōtumeliā uel
 ultione solari uel morte in reliquum præuere: simulato qđ infirmitate corporis &
 nodis compedū sustentare sese nequiret: poposcit a puero: qui dirigebat uias eius
 ut aduoueret eum ad colūnas proximas: quibus dom⁹ omnis suffulciebatur. Et ad-
 motus: utraq; manu fulcra totius cōprehendit ædificij: atq; intentis ad festa sacrifi-
 cij palæstinis: qđ dagoni deo suo deferebāt: per quē sibi aduersarium suum datū in
 potestātē arbitrabantur: muliebris perfidiæ dolos beneficijs annumerātes cælesti-
 bus: exclamauit ad dominū dicens: Domine adhuc semel memor pueri tui esto: ut
 p̄ duobus oculis meis uindictam tribuas de nationib⁹: ne dent gloriā suis djs: qđ ip-
 sis iuuatibus me in potestate acceperint: nec uitam meā pluris facio. Moriat anima
 mea cū palæstinis: ut agnoscant sibi infirmitatē meam nō minus qđ uirtutē exitialem
 fuisse. Concussit itaq; colūnas magna uis: ac dissoluit & cōminuit eas quas secuta rui-
 na superioris culminis & ipsum inuoluit: & uniuersos qui desup aspectabāt præcipi-
 tauit. Ibi magna uis mariū fœminarūq; promiscue exanimata: & triumphus quæ-
 situs perempto supra omnes superiores uictorias haud quaquā degenerare & deco-
 lore exitu. Nā & si inuiolabilis ad id locorum & deinceps: atq; incōparabilis in hac
 uita expertis belli fuerit uiris: tamē in morte seipsum uicit: & insuperabilē gessit ani-
 mum: ut cōtemneret: & quasi nibilo haberet uitæ finē omnib⁹ formidolosum. Vir-
 tutis igitur fuit qđ uictoriarū numero diem clausit: nec captiuum exitum sed triūpha-
 lem inuenit. Circūscriptum autē fuisse a muliere: naturæ potius qđ personæ ascri-
 bendū: Quia humana conditio maior qđ culpa inferior. Præmitur em̄ & cedit illece-
 bris flagiciorū. Itaq; cum scriptura ei testificetur qđ plures in morte qđ in lumine ui-
 tæ istius positus occiderit: uidetur ad aduersariorū magis exitium captus qđ quo ip-
 se deiector fieret aut minor esset. Non est enim se expertus inferiore: cuius sepul-
 tura præstantior qđ potentia fuit. Deniq; non telis sed cadaueribus hostiū præsus-
 humatus est: pprio tectus triumpho: clarum insigne relinquēs posteris: eo qđ popu-
 lum suum quē captiuum inuenerat: uiginti annis in libertate iudicio suo rexit: & se-
 pultus in patrio solo libertatis hæredē dimisit. Hoc ergo exemplo liquet alienige-

LIBER IX EPISTOLA LXXI

narum cōfortia refugienda: ne p̄ charitate cōiugij p̄ditionis insidiæ succedāt. Va
le & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Irenæū: occasione eius qđ in Ap̄lo scriptum est: Lex em̄ iram
operat̄: & cætera. quæstionē cur lata sit lex absoluentis: Ep̄la. LXXI.

Mbrosius Irenæo. Decursa lectiōne Apostoli nō perfunctoriæ motus es:
a quia audisti hodie lectum: Lex em̄ iram operat̄. Vbi autem non est lex: nec Ro. 4.
præuaricatio. Vnde & cōsulendū arbitratus es: cur lata sit lex: si nihil p̄de
rat: imo operat̄ quæ operaret̄ iracundiā: & præuaricationē introduceret. Equidē
fm̄ interrogatiōne tuam: certū est non fuisse legem necessariā quæ per Moysen da
ta est. Nam si naturalē legem quā deus creator infudit singulorū pectoribus: ho
mines seruare potuissent: nō fuerat opus ea lege quæ in tabulis scripta lapideis im
plicauit: atq; inodauit magis humani generis infirmitatē: q̄ elaqueauit atq; absoluit.
Esse autem legem naturalē in cordibus nostris: etiam Apostolus docet qui scribit:
Quia plerūq; & gentes naturaliter ea quæ legis sunt faciunt: & cū legē nō legerint: Ibidem. 2.
opus tamē legis scriptū habent in cordibus suis. Ea igit̄ lex nō scribitur sed innasci
tur: nec aliqua percipit̄ lectiōne: sed p̄fluuiū quodā naturæ fonte: in singulis expri
mitur: & humanis ingenijs haurit̄. Quā debuimus uel futuri iudicij metu seruare:
cuius testis cōscientia nostra tacitis cogitationib⁹ apud deum ipsa se prōdit: quibus
uel redarguitur improbitas: uel defendit̄ innocētia. Itaq; cum semp̄ pateat domino:
tum maxime in die iudicij manifestabitur: quādo occulta cordis in examē uenient
quæ putabātur latere. Quorū tamen proditio: occultorū scilicet: nequaquā nocet
ret: si lex naturalis in esset pectorib⁹ humanis. Est em̄ sancta sine uerfucia: sine frau
de: cōsors iusticiæ: expers iniquitatis. Deniq; interrōgemus infantiā: uideamus si
in ea crīmen reperitur: si auaricia: ambitio: dolus: sæuicia: insolentia. Nihil suū nouit:
nullos honores sibi arrogat: præferre se alteri ignorat: fraudem nescit: uindicare se
se nec uult nec potest: Insolentia quid sit: puro ac simplici nequit̄ animo cōprehen
dere. Soluit hanc legem Adam qui uoluit sibi arrogare qđ non acceperat: ut esset
sicut creator & conditor suus: & diuinum honorē affectaret. Itaq; per inobediētiā
offensam traxit: & culpam incidit ex insolētia. Qui si non rupisset imperiū: & obe
diens fuisset mandatis cælestibus: prærogatiuā naturæ atq; ingēnitæ sibi innocētiae
hæredibus p̄prijs reseruasset. Ergo quia per inobediētiā prærogatiua naturalis
legis corrupta atq; interdicta est: ideo scriptum legis existimatum est necessariū: ut
uel partem haberet qui uniuersum amiserat. Et cui perierat quod nascēdo assump
serat: discendo saltē cognosceret & custodiret. Simul quia causa deiectionis eius
superbia fuit. Superbia autē orta est ex prærogatiua innocētiae. Debuīt ea lex ferri
quæ subditū deo & subiectum redderet. Nam sine lege peccatū nesciebatur: & mi
nor erat culpa: ubi erat culpæ ignorantia. Vnde & domin⁹ ait: Si non uenissem: &
locutus fuissem ijs: peccatū non haberent. Nunc autē excusationē nō habēt de pec
cato. Lata est ergo lex: Primū ut excusationē tolleret: ne quis diceret: peccatū ne
sciuit: quia præscriptū nō erat quid cauere. Deinde ut omnes subditos faceret deo
agnitione peccati. Omnes autē subditos fecit: quia nō solum iudæis data est: sed eti
am gentes uocauit. Profeliti em̄ ex gentib⁹ sociabantur. Neq; uero exceptus uide
ri potest qui uocatus defuit. Lex em̄ quos uocauit: & alligauit. Vniuersorū itaque
culpa operata est subiectionē: subiectio humilitatē: humilitas obedientiā. Itaq; quia
superbia culpam cōtraxerat: ecōtrario culpa obedientiā generauit. Vnde lex scri
pta quæ uidebatur superflua: facta est necessaria: ut peccatū peccato solueret. Sed
ne rursus aliquis deterreat & dicat incrementū peccati factum esse per legē: & legē
nō solum nō profuisse sed etiam offuisse arbitretur: habet quo solari suā possit solli
citudinē: quia & si p̄ legē superabundauit peccatū: superabundauit & gratia. Quid
sit hoc: intelligamus. Superabundauit peccatū per legē: quia p̄ legem agnitio pec
cati: & cœpit mihi obesse scire id quod p̄ infirmitatē uitare nō possem. Ad cauendū
em̄ p̄dest præscire: sed si cauere non queā: offuit nosse. Versa ergo lex in contrariū:

tamen ipso peccati incremento facta est mihi utilis: quia humiliatus sum: Vnde & dixit David: Bonū mihi quod humiliatus sum. Humiliando autē me: solui uinculū erroris superioris: quo Adā & Eua exuerant omnē propriā seriem successionis. Vnde & dominus quasi obediēs uenit: ut inobediētia & prauaricationis humanæ laqueus solueretur. Itaque sicut per inobediētiam peccatum intrauit: ita per obedientiam peccatum solutum est. Vnde & Apostolus ait: Quia sicut per inobediētiam unius hominis peccatores constituti sunt plurimi: ita & per obedientiam unius hominis iusti constituentur multi. Habes igitur unū: quia lex & superflua fuit: & facta est nō superflua. Superflua in eo: quia nō fuisset necessaria: si illā legē naturalē seruare potuissemus. Sed quia nō seruauimus: ista lex per Moysen necessaria facta est: ut doceret me obedientiam: & laqueum illū solueret prauaricationis Adā: qui laqueus totā astrinxit hæreditatē. Creuit quidē culpa per legem: sed & culpæ auctor superbia soluta est: idque mihi profuit. Superbia enim culpam inuenit: culpa autē gratiam fecit. Accipe aliud. Nō fuit necessaria lex per Moysen. Denique subintrauit: quod utique non ordinarium sed uelut fortuitū significare uidetur introitū: eo quod in locum naturalis legis intrauerit. Itaque si illa suū seruasset locū: hæc lex scripta nequaquam esset ingressa. Sed quia illam legē excluserat prauaricatio ac propemodū aboleuerat: pectoribus humanis regnabat superbia: inobediētiaque sese diffuderat: ideo successit ista: ut nos scripto cōueniret: & omne os obstrueret: ut totum mundū faceret deo subditū. Subditus autē mundus eo per legē factus est: quia ex præscripto legis omnes cōueniunt: & ex operibus legis nemo iustificat: id est: quia per legē peccatū cognoscitur: sed culpa nō relaxatur: uidebat lex nocuisse: quæ omnes fecerat peccatores: sed ueniens dominus Iesus peccatū omnibus quod nemo poterat euitare donauit: & chirographum nostrū sui sanguinis effusione deleuit. Hoc est: quod ait: Superabundauit peccatū per legem: superabundauit autē gratia per Iesum: quia postquam totus mundus subditus factus est: totius mundi peccatū abstulit. Sicut testificatus est Iohānes dicens: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccatū mundi. Et ideo nemo gloriatur in operibus: quia nemo factis suis iustificatur: sed qui iustus est donatū habet: quia post lauacrū iustificatus est. Fides ergo est quæ liberat per sanguinē christi: quia beatus ille cui peccatū remittitur: & uenia donatur. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Ibidem.

Job. 1.

Gal. 3.

a

Sancti Ambrosij ad Irenæum: causam reddentis: Cur pleraque in lege præcepta sint: quæ per euāgelium uacuata uidentur: ut est circūcisio corporalis: & obseruatio sabbati: aliaque plura huiusmodi: Cur etiā lex pædagogus dicatur: Epistola LXXII.

Ambrosius Irenæo. Audisti fili hodie lectū in Apostolo: Quia lex pædagogus noster fuit in christo: ut ex fide iustificemur. Quo uno absolutas arbitror quæstiones quæ plerisque mouere cōsuerunt. Sunt enim qui dicunt: Cum legē deus Moysi dederit: quid causæ est ut pleraque in lege sint quæ per euāgelium iam uacuata uideantur? Et quomodo unus utriusque cōditor testamenti: cum quod licebat in lege: per euāgelium cōperit nō licere. ut est circūcisio corporalis: quæ licet etiam tunc signo data sit: ut circūcisionis spiritualis ueritas teneretur: tamen qua ratione uel in ipso signo fuit: Cur ista diuersitas existimat: ut tunc circūcidi pietas crederetur: nunc impietas iudicaretur? Deinde sabbati diem feriatū esse debere obseruabatur ex lege: ita ut si quis onus aliquod lignorum portasset: mortis fieret reus: nunc autē diem ipsum & oneribus subeundis & negocijs obeundis sine pœna aduertimus deputari. Et pleraque præcepta sunt legis: quæ præsentis temporis cessare uideantur. Quid ergo causæ sit cōsideremus. Nō enim ociose dixit Apostolus: Quia lex pædagogus noster fuit in christo. Pædagogus cuius est: maturioris an adolescentis: aut pueri? hoc est: ætatis infirmæ? Pædagogus ergo sicut etiā interpretatio latina habet: doctor est pueri: qui utique imperfectæ ætati non potest perfecta adhibere præcepta quæ sustinere nō quæat. Denique per prophetam deus legis ait: Dabo uobis præcepta nō bona: hoc est: nō perfecta. Quod enim bonū utique perfectum.

Ibidem.

Ezech. 20.

Matth. 5.

Idem autē deus euāgelio perfectiora seruauit: Si quidē ait: Nō ueni legem soluere

sed implere. Quæ igitur istius causa distantia: nisi humana uarietas: Sciebat duræ
 ceruicis populum iudæorū: lapsum: humilem: perfidiæ p̄mptiorē: qui aure audiret
 & nō audiret: oculis uideret & nō uideret: lubrico quodam infantia leuē: & imme-
 morem præceptorū: & ideo legem tanq̄ pædagogū mobilis plæbis ingenio & menti
 adhibuit infirmæ: ipsaq; legis præcepta moderatus: aliud legi uoluit: aliud intelligi:
 ut insipiens saltem qđ legeret custodiret: & a præscripto litteræ nō recederet. Sapi-
 ens intelligeret diuinæ mentis sententiã: quã littera nō resonaret: imprudens serua-
 ret legis imperiū: prudēs mysterium. Ideo lex seueritatē gladij habet tanq̄ pæda-
 gogus baculū: ut imperfectæ plæbis infirmitatē pœnæ saltē denūciatione deterre-
 at. Euangelikū autē indulgentiã habet quo peccata donant. Iure ergo ait Paulus:
 Quia littera occidit: spiritus autē uiuificat. Littera igitur occidit exiguã corporis por-
 tionem: spiritus intelligēs: circūcisionē totius animæ corporisq; custodit: ut superflu-
 is amputatis (Quid em̄ tam superfluū: q̄ auariciæ uitia libidinisq; peccata: quæ natu-
 ra nō habuit: culpa quæsiuit) castimonia teneatur: frugalitas diligatur. Signū igitē
 circūcisio corporalis: ueritas autē circūcisio spiritualis est. Illa membrū amputat: ista
 peccatū. Nihil imperfectū in homine natura generauit: nec tanq̄ superfluū iube-
 batur auferrī: sed ut aduerterent qui partē sui corporis amputabāt: multo magis am-
 putanda peccata: recidēdos eos qui delicta sua deant: etiã si quadã unitate corporis
 cōnecterent. Sicut habes scriptū: Si dextera manus tua scandalizat te: abscinde eã
 & p̄iice abs te. Expedi em̄ tibi ut pereat unū membrorū tuorum: q̄ totum corpus
 tuum eat in gehennã. Ergo sicut pueris: ita iudæis mandata sunt nō plena præcep-
 ta: sed ex parte: & uelut unã membri sui partē mūdā seruare præcepti sunt: qui to-
 tum corpus suū mundū seruare nō poterant. Sabbati quoq; ferias uno die in heb-
 domada celebrare iussi sunt: ut nulli oneri subderētur: quia mundanis operib; abso-
 luti: utinã sic abissent: ut in illud p̄petuū futuroq; sabbatū sæculorū nulla secum gra-
 uis ueherēt onera delictorū. Sed quia lubricū populū deus nouerat: partem infir-
 mioribus diei unius obseruatione præscripsit: plenitudinē fortiorib; reseruauit: sy-
 nagoga diē obseruat: ecclesia immortalitē. In lege igitē portio: in euāgelio p̄fectio
 est. Populus iudæorū ligna portare p̄hibetur: hoc est: illa quæ cōsumuntur incen-
 dio. Umbrā tenet qui solem refugit. Tibi sol iusticiæ umbram impedimentū esse
 nō passus: apertū gratiæ suæ lumen infundens ait: Vade & amodō uide ne pecces.
 Tibi æterni illius solis imitator ait: Si quis autē superædificauerit sup̄ fundamentū
 aurum: argentū: lapides preciosos: ligna: foenū: stipulam: uniuscuiusq; opus manife-
 stum erit. Dies em̄ domini manifestabit: qm̄ in igne reuelabit. Et uniuscuiusq; opus
 quale sit: ignis p̄babit. Et ideo illud superædificemus supra christū. Christus em̄ no-
 strū est fundamentū qđ nō exurat sed meliorat. Aurū meliorat: igitur meliorat ar-
 gentū. Audisti aurū & argentū: putas hoc materiale: congregare desideras: sed lu-
 dis operam. Hoc aurū & argentū onus habet: fructū nō habet. Onus quærētis est:
 sumptus hæredis. Hoc aurū sicut lignum exuritur: nō perpetuatur. Hoc argentū in
 die illo detrimentū uitæ tuæ nō lucrum affert. Aliud aurū: aliud argētū a te quæri-
 tur: hoc est: sensus bonus: uerbum optimū: de quib; dicit deus: quia dat uasa aurea &
 argentea. Hæc sunt munera dei: eloquia dñi: eloquia casta: argentū igne examina-
 tū: p̄batū terræ: purgatū septuplo gratia sensus tui: nitor casti sermonis exigit: splē-
 dor fidei nō tinnit argētū. Hoc manet: illud perit: hoc mercedē habet: & migrat no-
 biscū: illud detrimentū habet qđ hic relinquit. Si quis diuitū putat qđ illud argentū
 repositū & reconditū ei suffragari possit ad uitam: onus inane portabat qđ iudicij ig-
 nis absumat. Hic relinquit ligna uestra diuites: ut onus uestrū futuro incēdio incre-
 mentū nō addat. Si erogaueris: minuet onus & qđ remiserit: onus nō erit. Noli aua-
 re recōdere: ne fias nudo quidē nomine christianus: opere iudæus: cū aduerteris one-
 ra tua tibi esse supplicio. Dicitū est em̄ tibi non p̄ umbrā sed in sole: cuius opus manse-
 rit: mercedē accipiet: si cuius arserit: detrimentū patiet. Et ideo tanq̄ p̄fectus erudi-
 tus in lege: cōfirmatus in euāgelio utriusq; fidem suscipe testamēti. Beatus em̄ qui

2. Cor. 3.

Matth. 5.

Job. 8.

1. Cor. 3.

Ps. 11.

Esa. 32.

LIBER IX EPISTOLA LXXIII

seminat super oēm aquā: ubi bos & asinus calcat: sicut hodie lectū est: hoc est: qui se-
 minat sup populos: qui sequuntur testamenti utriusq; doctrinā. Bos est ille aratorius:
 Deut. 25. legis iugum portans: de quo lex dicit: Boui trituranti os nō alligabis: qui habet scrip-
 1. Cor. 9. turarū cornua diuinarum: Pullum autē asinæ domin⁹ in euāgelio in figura populi gē-
 Luc. 19. tilis ascendit. Puto autē (quoniā diues est uerbum dei) q̄ etiā illud intelligere de-
 beamus: quia bos habet cornua plena terroris: taurus ferociā habet: asinus mansue-
 tudinem: qđ bene ad præsentiā deriuat: quia beatus qui & seueritatē & mansuetu-
 dinem tenet: ut altero disciplina seruetur: altero innocētia nō opprimatur. Nimia
 em seueritas extorquet plerunq; terrore mendaciū. Deus diligi maluit q̄ timeri.
 Dominus ergo charitatē exigit: seruus timorē: cum perpetuus in homine terror es-
 se nō possit: quia scriptū: sicut hodie lectum est: Ecce in timore uestro ipsi timebunt
 quos timebatis. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Clementianū: uim apostolicæ disputationis in superiori epi-
 stola notatæ aperiētis: simulq; ostendentis iudæum nō esse secundū adoptionem
 hæredem: Epistola. LXXIII.

Mbrosius Clemētiano. Etsi sciam q̄ nihil difficilius sit q̄ de Apostoli lectio-
 a ne differere: cum ipse origenes longe minor sit in nouo q̄ in ueteri testamen-
 to: tamē quoniā superiore epistola uisus tibi sum cur pædagogus lex dicere-
 tur: nō absurde explicauisse: hodierno quoq; sermone uim ipsam apostolicæ dispu-
 tationis meditabor aperire. Superiora em lectionis eius hoc habet: Eo q̄ ex operi-
 bus legis nemo iustificet sed ex fide: quoniā qui ex operibus legis sunt: sub maledi-
 Sal. 3. cto sunt. Christus autē redemit nos de maledicto legis: factus p nobis maledictum.
 Non ex lege igitur hæreditas data est sed ex repromissione. Etenim Abraæ dictæ
 sunt repromissiones & semini ei⁹ qđ est christus. Lex itaq; præuaricationum gratia
 posita est: donec ueniret semen cui repromissum est: & ideo cōclusa sunt omnia sub
 peccato: ut repromissio ex fide Iesu christi daretur credētibus. Postq̄ uenit autē fi-
 des: iam nō sub lege: hoc est: sub pædagogo sumus: quia sumus filij dei: & omnes su-
 mus in christo Iesu. Si autē omnes sumus in christo Iesu: ergo Abraæ semen sumus
 fm pmissionem hæredes. Hæc est apostolicæ conclusio sentētia. Sed occurrit
 ad huc ei q̄ poterat etiam iudæ⁹ dicere: & ego hæres sum quoniā sub lege sum. Lex
 autem: uetus dicitur testamentū. Vbi autē testamētum: ibi hæreditas. Et licet ad
 Heb. 9. hebræos ipse dixerit: quia testamētum non ualet nisi mors intercedat testatoris: id
 est: quoniā testamentū nō ualet q̄ diu uiuit testator: sed eius morte firmatur: tamen
 Hier. 12. quia in Hieremia domin⁹ locutus est de iudæis & ait: Facta est hæreditas mihi sicut
 leo. Hæredes eos negare noluit. Sed sunt hæredes sine re: sunt & cū re. Et dicun-
 tur hæredes testatore uiuēte qui scripti sunt sed sine re. Sunt etiā hæredes paruuli
 Sal. 4. qui nihil differunt a seruulo: quoniā sub curatoribus sunt & actōribus. Ita inquit &
 nos eramus iudæi sub elemētis mundi huius seruiētes. Postq̄ uero uenit plenitudo
 tēporis & christus aduenit: iam nō sumus serui sed liberi si credamus in christū. Er-
 go dedit illis speciē hæreditatis: possessionē negauit. Habent nomē hæredis: usum
 nō habēt. Quia sicut paruuli hæredes nomē nudū hæreditatis nō auctoritatē usur-
 pant: iubēdi ius & utendi nō habent: q̄ plenitudinē suæ ætatis expectant: ut a cura-
 toribus liberētur. Sicut ergo paruuli: ita & iudæi sub pædagogo sunt. Lex pæda-
 Ibidem. 3. gogus est. Pædagogus ad magistrū ducit: magister noster solus est christus. Nolite
 Matth. 23. dicere uobis dominū & magistrū: quia dñs & magister uester unus est christus. Pæ-
 dagogus timet: magister uiam salutis ostendit. Timor ergo ad libertatē perducit: li-
 bertas ad fidem: fides ad charitatē: charitas acquirit adoptionē: adoptio hæredita-
 tē. Ergo ubi fides ibi libertas: seruus em sub metu: liber ex fide: Ille sub littera: iste
 1. Cor. 3. sub gratia: Ille in seruitute: iste in spiritu. Vbi autē spiritus dñi: ibi libertas. Si igitur
 ubi fides: ibi libertas: ubi libertas: ibi gratia: ubi gratia: ibi hæreditas: iudæus aut litte-
 ra nō spū in seruitute est. Qui nō habet fidē: nō habet spiritus libertatē. Vbi aut nul-
 la libertas: nulla grā: ubi nulla gratia: nulla adoptio: ubi nulla adoptio nulla successio.

Tanquam clausis ergo tabulis cernit hereditatem non possidet: auctoritatem non habet lectionis. Na quomodo dicit: Pater noster: qui uerum dei filium negat per quem adoptiuus acquiritur? Quomodo testamentum nuncupat qui mortem testatoris negat? Quomodo libertatem usurpat qui negat sanguinem quo redemptus est? Hic enim est nostrae precium libertatis. Sicut Petrus dicit: Sanguine precioso redempti estis: non agni utique sed eius qui mansuetudine & humilitate tanquam agnus aduenit: & totum mundum una sui corporis hostia liberauit: sicut ipse ait: Sicut agnus ductus sum ad immolandum. Vnde & Iohannes ait: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccatum mundi. Ergo Iudaeus haeres in littera: non spiritu tanquam paruulus est sub curatoribus & actoribus. Christianus autem qui plenitudinem temporis agnouit: quia christianus aduenit factus ex muliere: factus sub lege: ut omnes qui sub lege erant redimeret. Christianus inquam per unitatem fidei & agnitionem filii dei in uirum perfectum: in mensuram aetatis exurgit plenitudinis christi. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosij ad Horontianum: ex eo quod ab Apostolo commemoratum est: Abraham credidit deo: & reputatum est ei ad iusticiam & caetera. colligentis quod magis Abrahae filij qui ex fide haeredes sunt ipsam quoque fidem plurimum commendatis. Epistola LXXIII.

Ambrosius Horontiano. Si Abraham credidit deo: & reputatum est ei ad iusticiam. Quod autem reputatur ad iusticiam: ex incredulitate ad fidem est: utique ex fide iustificamur non ex operibus legis. Abrahae autem ipsi duo filij Ismael & Isaac: unus de ancilla alter de libera. Et responsum huiusmodi: ut expelleret ancillam & filium ancillae: non enim haeredem fore ancillae filium. Et ideo non ancillae nos filios esse sed liberae qua libertate nos christus liberauit. Vnde colligitur quod magis Abrahae filij qui ex fide. Praestant enim fidei quam generationis haeredes. Lex paedagogus est: fides libera.

Abijciamus ergo opera seruitutis: teneamus gratiam libertatis. Deferamus umbram solem secuti: ritus iudaicos deferamus. Circumcisio membri unius nihil prodest. Denique ait Apostolus: Ecce ego Paulus dico uobis: quonia si circumdamini: christus uobis nihil proderit. Non quia non possit: sed quia indignos beneficijs suis iudicet: qui uias eius deserant. Et quidem ante sephora circumcidit filium suum: & periculum depulit quod imminabat. Sed tunc profuit cum christus adhuc perfecta differret: cum paruulus esset populus credentium. Venit non paruulus sed perfectus in omnibus dominus Iesus: Circumcisus est primo secundum legem: ne legem solueret: postea per crucem: ut legem imple-ret. Cessauit ergo quod ex parte est: quia uenit quod perfectum est. Crux enim in christo non unum membrum sed totum circumcidit superfluas uoluptates. Fortasse adhuc quaeritur qua ratione circumcidi ex parte uoluerit: qui uenerat perfectam circumcisionem demonstraturus. De quo non puto esse diutius deliberandum. Nam si peccatum factum est ut nostra peccata mundaret: si maledictum pro nobis factum est: ut legis maledicta uacua-aret: ea ratione & circumcisus pro nobis est: ut circumcisionem legis auferret daturus salutem crucis. Spiritu igitur ex fide spem iusticiae expectanda nobis asserit Apostolus: & in libertatem uocatos: libertatem nostram in occasione carnis non debere conferre. Siquidem neque circumcisio aliquid ualet: neque praeputium: sed fides quae per charitatem operatur. Et ideo scriptum: Diliges dominum deum tuum. Qui autem diligit: utique credit: & credendo unusquisque diligere incipit. Denique Abraham credidit: & sic diligere coepit & credidit non ex parte sed pro omnia. Aliter enim habere plenam non poterat charitatem: quia scriptum est: Caritas credit omnia. Si non credit omnia: non uidetur caritas esse perfecta. Ergo perfecta caritas omnem fidem habet. Non tamen facile dixerim: quod continuo omnis fides perfectam charitatem habeat: quia Apostolus dixit: Si habeam omnem fidem ita ut montes transferam: charitatem autem non habeam: nihil mihi prodest. Etenim cum tria sint maxime in uiro christiano: spes: fides: caritas: maior his caritas. Sed arbitror propositi gratia hoc dixisse Apostolum. Neque enim uidetur mihi qui habeat omnem fidem: ita ut montes transferat charitatem non habere: quomodo & illud: Si habeat aliquis omnia mysteria & omnem scientiam: quomodo non habeat charitatem: cum dicat Iohannes: Quia omnis qui credit quia Iesus christus est: de deo natus est.

1. Petri. 1.

Job. 1.

Gal. 4.

Eph. 4.

Heb. 11.

Gal. 4.

Ibidem. 3.

Gal. 5.

Eph. 4.

Gal. 5.

Deut. 6.

1. Cor. 13.

Ibidem.

1. Job. 4.

LIBER IX EPISTOLA LXXV

1. Job. 3. Et supra ipse dixerit: Quoniam qui de deo natus est non peccat. Unde colligitur si is qui credit quia Iesus Christus est: de deo natus est: & qui de deo natus est: non peccat: utique is qui credit quia Iesus Christus est: non peccat. Si quis autem peccat: non credit. Qui autem non credit non diligit. Qui autem non diligit: peccato obnoxius est. Ergo non diligit qui peccat.
1. Petri. 4. Charitas enim multitudinem operit peccatorum. Quod si charitas peccandi excludit affectum: quandoquidem etiam timorem excludit foras: plena est utique perfecta fidei charitas. Denique apostoli qui futuri erant amici dixerunt: Adauge nobis fidem: petentes a bono medico: ut infirmantem in se fidem sanaret. Infirmitatem adhuc fides in ipsis: cum audiret etiam am Petrus: Minimam fidei quare dubitasti? Ergo fides velut praeuia charitatis occupat animam: & praeparat semitas uenturae dilectioni. Sic omnis fides est: ubi perfectio charitatis. Ideo puto dici: quia charitas credit omnia: hoc est: facit fidem omnia credere: & habere homini animam omnem fidem. Ac per hoc ubi perfecta charitas: ibi omnis fides: sicut ubi perfecta charitas: spes omnis. Denique sicut omnia credit: ita scriptum est: Quia sperat omnia. Ideo maior quia spem fidemque complectitur. Hanc charitatem habens: nihil timet: quia charitas timorem excludit foras: & ideo a legato & exuto timore omnia sustinet. Qui ergo per charitatem omnia sustinet: non potest timere martirium. Et ideo quasi uictor alibi in fine ait: Mihi enim mundus crucifixus est & ego mundo. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.
1. Cori. 13. Hanc charitatem habens: nihil timet: quia charitas timorem excludit foras: & ideo a legato & exuto timore omnia sustinet. Qui ergo per charitatem omnia sustinet: non potest timere martirium. Et ideo quasi uictor alibi in fine ait: Mihi enim mundus crucifixus est & ego mundo. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.
1. Job. 4. Hanc charitatem habens: nihil timet: quia charitas timorem excludit foras: & ideo a legato & exuto timore omnia sustinet. Qui ergo per charitatem omnia sustinet: non potest timere martirium. Et ideo quasi uictor alibi in fine ait: Mihi enim mundus crucifixus est & ego mundo. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.
1. Cori. 13. Hanc charitatem habens: nihil timet: quia charitas timorem excludit foras: & ideo a legato & exuto timore omnia sustinet. Qui ergo per charitatem omnia sustinet: non potest timere martirium. Et ideo quasi uictor alibi in fine ait: Mihi enim mundus crucifixus est & ego mundo. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.
- Sal. 6. Hanc charitatem habens: nihil timet: quia charitas timorem excludit foras: & ideo a legato & exuto timore omnia sustinet. Qui ergo per charitatem omnia sustinet: non potest timere martirium. Et ideo quasi uictor alibi in fine ait: Mihi enim mundus crucifixus est & ego mundo. Vale fili & nos dilige: quia nos te diligimus.

Sancti Ambrosii ad Bellicium: exponētis quid sibi uelit illud quod dominus Iesus uidentis a generatione caecum: expuit & fecit lutum & superunxit oculos caeci. & cetera. Epistola. LXXV.

- Mbrosius Bellicio. Audisti frater lectionem euangelij: in qua decursum est quod praeteriens dominus Iesus uidit a generatione caecum. Ergo nec nos quidem praeterire debemus quem praetereundum dominus non putauit: praesertim cum a generatione caecus fuerit: quod non ociose est positum. Est enim caecitas quae praerupte uel aegritudinis aciem obducit oculorum: eademque temporis spacio mitigat. Est caecitas quae humorum infusione generatur. Ea quoque uitio praerupte sublato: medicinae arte depellitur: Vt cognoscas quia quod iste sanatur qui a generatione sua caecus est: non artis esse sed potestatis. Donauit enim dominus sanitatem: non medicinam exercuit. Eos enim sanauit dominus Iesus quos nemo curaret. Quam stolidi autem iudaei qui interrogant: Hic peccauit an parentes eius: debilitates corporum referentes ad merita delictorum. Et ideo dominus ait: Neque hic peccauit: neque parentes eius: sed ut manifestarentur opera dei in illo. Quod enim naturae defuit: creatori competit reformare: qui auctor naturae est. Unde addidit: Cum in hoc mundo sum: lux sum huius mundi. Hoc est: omnes possunt uidere: quia caeci sunt: si me lumen requirant. Accedite & uos & illuminamini: ut uidere possitis. Deinde quid sibi uult quod is qui uitam refundebat imperio: salutem praepertato dabat: dicens mortuo: Exi foras: & egressus est Lazarus de sepulchro: dicens paralytico: Surge tolle grabatum tuum: & surrexit paralyticus & coepit grabatum ipse portare: in quo solutus membris omnibus portabatur? Quid inquam sibi uult quod expuit & fecit lutum: & superunxit oculos caeci: & dixit ei: Vade & laua in syloa: quod interpretatur missus: & abiit & lauit & uidere coepit. Quae ista ratio est? Magna ni fallor. Plus enim uidet quem Iesus tangit. Simul & diuinitatem & sanctificationem eius aduertit. Quasi lux tetigit & lumen infudit. Quasi sacerdos per figuram baptismatis: mysteria gratiae spiritualis impleuit. Expuit ut aduerteres quia interiora Christi lumen sunt. Et uere uidet qui Christi mundatur internis. Lauat salua eius: lauat sermo eius: sicut habes: lam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis.
- Quod autem lutum fecit: & superunxit oculos caeci: quid aliud significat: nisi ut intelligeres quia ipse hominem luto illito reddidit sanitati: qui de luto hominem figurauit: & quod haec caro luti nostri per baptismatis sacramenta aeternae uitae lumen accipiat. Accede & tu ad syloam: hoc est ad eum qui missus est a patre: sicut habes: Mea doctrina non est mea sed eius qui me misit. Diluat te Christus ut uideas. Veni ad baptismum: tempus ipsum adest: uenit festinus: ut & tu dicas: Abiit & laui & uidere coepi: Vt &

tu dicas: Cæc⁹ eram & uidere cœpi: Vt & tu dicas sicut iste refuso lumine ait: Nox præcessit dies appropinquauit. Nox erat cæcitas. Nox erat cū ludas accepit bucellam a Iesu: & tūc introiuit in eū sathanas. Iudæ nox erat: in quo diabol⁹ erat. Iohanni dies erat: qui in christi pectore recūbebat. Petro quoq; dies erat: cū lumē christi uideret in monte. Nox erat alijs: sed Petro dies erat. At uero ipsi Petro nox erat qñ christū negabat. Deniq; gallus cantauit: & flere cœpit ut emendaret errorē. Iam em̄ dies appropinquabat. Interrogabant iudæi cæcū: Quomō uidisti: Grandis amentia. Interrogabant quod uidebant: interrogabāt causam: cū factum uiderent. Et maledixerunt ei dicentes: Tu sis discipulus eius. Tunc p̄sunt quādo nocere se credūt. Vale fili & nos dilige ut facis: quia nos te diligimus.

Ro. 13.
Job. 13.
Ibidem. 9.

Sancti Ambrosij ad Studiū: quæstionē ab eo p̄positā quā in quadā epl'a superi⁹ ad eundē scripta absoluit: lati⁹ ac plenius p̄tractantis & absoluētis: Ep'l'a. LXXVI.

Mbrosius Studio. Et si superiore epistola hanc quā p̄posuisti quæstiunculam absoluerim: tñ aliquid plenius requirēti tibi ut filio afferre atq; exculperē nō sup̄federim. Ac semp̄ quidē decantata quæstio & celebris absolutio fuit mulieris eius quæ in libro euāgelij qđ fm̄ Iohannē scribitur adulterij rea oblata christo est. Id em̄ iudæorū cōmentā est tergiuersatio: ut si contra legem absolueret: contra legē: plata dñi Iesu sentētia teneretur. Si autē damnata esset ex lege: uacare christi uideret gratia. Sed uehemētior facta est postea q̄ episcopi reos criminum grauissimorum: in publicis iudicijs accusare: alij & urgere usq; ad gladiū supremāq; mortē: alij accusationes huiusmodi & cruentos sacerdotū triūphos p̄bare ceperūt.

Quid em̄ aliud isti dicunt q̄ dicebant iudæi reos criminū legibus esse publicis puniendos: & ideo accusari eos etiā a sacerdotibus in publicis iudicijs oportuisse quos asserunt fm̄ leges oportuisse puniri. Eadē causa est sed numer⁹ minor: hoc est: nō dispar iudicij quæstio sed pene dispar inuidia. Vnā christus puniri ex lege non passus est: isti minorem numerū asserunt esse punitū. At quo loci hoc iudicat christ⁹. Nam plærūq; fm̄ qualitates locorū: in quibus docebat famulos suos: disputationes suas formare dignat⁹ est: ut in porticu Salomonis: hoc est sapientis deambulans loquebatur: Ego & pater unū sumus. Vt in templo dei dicebat: Mea doctrina non est mea sed eius qui me misit. Hoc quoq; iudiciū in templo positus exercet: sicut scriptum est in posteriorib⁹. Sic em̄ habes: Hæc uerba locut⁹ est Iesus in gaçophylacio docens in tēplo & nemo apprehendit eū. Quid est gaçophylatiū: Collatio fidelium: sumptus pauperum: requies egenorū: iuxta qđ sedens christus: ut habes fm̄ Lucam: duo æra mulieris uiduæ diuitū muneribus censuit præferenda. Diuino uidelicet testimonio: præferēs optimæ præmijs largitatis sedulæ liberalitatis affectū. Qui tale habebat iudiciū: uideamus quid ipse iuxta gaçophylacium positus conferebat. Nō em̄ ociose uiduā prætulit duo æra mittentē. Preciosa ista paupertas est: fidei opulenta mysterio. Ista sunt duo æra quæ samaritanus ille euāgelicus ad eius curāda uulnēra qui incidit in latrones stabulario dereliquit. Ergo & ista specie uidua in typo ecclesia: hoc gaçophylatio sacro conferendū putauit: quo pauperū sanarent uulnera: peregrinorū ieiunia sanarentur. Vnde & nūc quid christus cōferat: spiritualiter oportet expēdere. Diuidebat em̄ populis argētum igne examinatū eloquiorum cœlestiū: & imaginis regiæ pecuniā populorū annumerabat affectib⁹. Nemo plus misit q̄ qui totū donauit: satiabat esurientes: replebat inopes: illuminabat cæcos: redimebat captiuos: paralyticos erigebat: mortuos resuscitabat: & qđ est amplius: cōferbat absolutiues reorū: peccata donabat. Hæc sunt duo æra quæ misit ecclesia posteaq; accepit a christo. Quid em̄ sunt duo æra nisi preciū noui & ueteris testamenti: Precium scripturæ: fides nostra est. Nā qđ legitur: p̄ intelligētis æstimat⁹ arbitrio. Remissio igit⁹ peccatorū utriusq; preciū testamenti est quæ per agnū in typo annūciata est: in ueritate completa per christū. Ideo habes neq; septem dierū purgationem sine trium dierū esse purgatione. Septem dierū purgatio fm̄ legem: quæ in specie præsentis sabbati: spirituale sabbatum annūciauit: trium dierum purgatio

Job. 10.
Ibidem. 7.
Job. 8.
Luc. 21.
Ibidem. 10.

- In gratia: quæ euāgelij testificatiōe signat: quia tertio die dñs resurrexit. Vbi pœna præscribit: debet esset pœnitētia p̄tōr: ubi remissio donat: gratia est. Præcedit pœnitētia: sequit̄ gratia. Neq; pœnitētia ergo sine gratia: neq; gratia sine pœnitētia. Debet em̄ pœnitētia prius dānare peccatū: ut gratia possit abolere. Ideo typum legis accipiens iohānes baptisauit in pœnitētia: christus ad gratiā. Septimus ergo dies legis mysteriū signat: octauus resurrectionis: Sicut habes in ecclesiaste: Da partē illis septē & illis octo. Nā & in p̄pheta Osee legisti dictū ad eum: Conduc tibi forniciariā quindēcim denarijs: eo q̄ gemino ære ueteris & noui testamenti: hoc est integro fidei precio: mulier illa uago quodā & meretricio gentiū cōuenarij comitatu sulca conducta. Et cōduxit inquit eā gomor ordei & semigomor. Per ordeū significat quia impfectos uocaret ad fidē: ut p̄fectos redderet. Per gomor intelligit̄ plena mēsurā: p̄ semigomor semiplena mensura. Plena mēsurā in euangelio est: semiplena in lege: cuius plenitudo nouū est testamentū. Siquidē ipse dñs ait: Nō ueni legē soluerē sed implere. Nec ociose quindēcim anabathmos & psalmos dauiticos legim⁹: & quindēcim gradib⁹ ascendisse solē: cū Ezechias iustus rex uitæ hui⁹ acciperet cōmeatū. Significabat̄ em̄ esse uēurus sol iusticiæ qui gradus quindēcim ueteris & noui testamēti illuminatur⁹ esset præsentia suæ lumine: quib⁹ nostra fides ad uitā ascendit æternā. Vnde & hoc qd̄ hodie in Ap̄lo lectum est: mysticū reor: eo q̄ quindēcim diebus apud Petrū manserit. Videat̄ em̄ mibi qd̄ apostolis sanctis scripturæ diuinæ interpretatiōe sermone secum uario cōferentibus pleni luminis refulserit claritudo: ignoratiæ umbra decesserit. Sed iam ueniamus ad mulieris hui⁹ adulteræ absolutiōne. Oblata erat a scribis & pharisæis dño iesu adulteriæ rea: & hac oblata fraude ut si eam absolueret: legē soluere uideret: sin uero dānaret: p̄positū suū mutaret aduentus: quia peccata oim remissur⁹ aduenit. Deniq; supra ait: Ego nō iudico quenq;. Offerētes ergo eam dixerūt: Hanc mulierē inuenimus publice mœchantē. Scriptum est em̄ in lege Moyli omnem mœcham lapidari: Tu uero quid dicis de eā? Quæ cū dicerent: iesus inclinato capite digito scribebat in terra. Et cū expectaret ut audirēt eum: erigens caput dixit: Qui sine peccato est: prior lapidet eā. Quid tā diuinū q̄ ista sentētia: ut is peccata puniat qui exors ipse peccati sit: Quō enim feras alieni ultorem & p̄prii criminis defensorem: Nōne se magis ipse condēnat qui in alio damnat qd̄ ipse cōmittit? Hoc autē dixit: Et scribebat in terra. Quid? Vtiq; dicens: Festucā quæ in oculo est fratris tui uides: trabem autē quæ in oculo tuo est nō uides. Libido em̄ uelut festuca est: cito accendit: p̄pere consumit: sacrilegiū p̄fidia salutis auctore sceleris magnitudine p̄sonabat. Scribebat autē in terra digito quo legē scriberat. Peccatores in terra scribunt: iusti in cælo: sicut habes dictū ad discipulos: Gaudete q̄ nomina uestra scripta sunt in cælis. Secūdo autē scripsit: ut gemino testamēto iudæos scias esse dānatos. Audientes autē hoc uerbū exierūt foras un⁹ post unū incipiētes a senioribus & sedebant cogitātes de se. Et remansit solus iesus & mulier in medio stans. Bene ait q̄ exierunt foras qui nolebant esse cū christo. Foris littera est: intus mysteria. Sequebant̄ em̄ diuinarij lectionū quædā uelut arborum folia nō fructuū qui uiuebāt in umbra legis: & solē iusticiæ uidere nō poterant. Deniq; discedentibus illis remansit solus iesus & mulier in medio stans. Donaturus peccatū: solus remanet iesus: sicut ipse ait: Ecce uenit hora & iā uenit: ut dispergamini unusquisq; in sua: & me solum relinquantis. Nō em̄ legatus neq; nūcius sed ipse dñs saluū fecit populū suū. Solus remanet: quia nō pōt hoc cuiq; hoim cū christo esse cōmune: ut peccata cōdonet. Solius hoc munus est christi q̄ tulit peccatū mundi. Meruit & mulier absolui: quæ recedētibus iudæis remansit sola cū christo. Eleuās autē caput iesus dixit mulieri: Vbi sunt qui te accusabant? Nemo te lapidauit: Et illa respondit: Nemo dñe. Et ait ad illā iesus: Nec ego te dānabo: Vade & amodo uide ne pecces. Vide lector diuina mysteria & clemētiā christi. Cū accusat̄ mulier: caput christi inclināt: eleuat autē ubi defecit accusator. Ita nullū dānari uult: absolui omnes. Breuiter autē oēs hæreticoꝝ interimit quæstiones dicēdo: nemo te lapidauit: qui dicūt christum

LIBER IX EPISTOLA LXXVII

diē nescire iudicij; uel qui ait: Sedere autē ad dexterā meā: uel ad sinistrā nō est meū Matt. 20.
 dare uobis. Ecce & hic ait: Nemo te lapidauit: Quō utiq; interrogat qđ uidebat:
 sed interrogat nobis: ut nosceremus nō esse lapidatā. Est etiā humani affectus hęc
 cōsuetudo ut interrogem⁹ sēpissime qđ uidemus. Et ideo mulier respondit: Nemo
 dñe. Hoc est dicere: Quis pōt lapidare quā ipse non damnas: Quis pōt aliū sub tali
 sentētiā cōditiōe punire: Nec ego te dānabo. Aduerte quō ppriam sententiā
 tēperauit: ut iudæi de absolutione mulieris calūniari nihil possent: sed in se magis ca
 lumniā retorquerēt si queri uellent. Dimittit em̄ mulier nō absoluit: quia deerat
 accusator: nō quia innocēs approbat. Quid ergo quererent quia priores a psecuti
 one criminis & ab executione supplicij destiterūt: Addidit autē deuiā: Vade &
 amodo uide ne pecces. Emēdauit ream: nō crimē absoluit. Etem̄ seueriore senten
 tia culpa dānat: si unusquisq; crimē suum oderit: & in se incipiat cōdemnare delictū.
 Etem̄ cū reus occidit: psona magis q̄ culpa punitur. Vbi uero culpa deponit: abso
 lutio personæ est: pœna peccati. Quid est ergo: Vade: & amodo uide ne pecces:
 Hoc est: Ex quo te christus redemit: corrigat gratia quā pœna nō emēdaret sed ple
 æteret. Vale fili & nos dilige ut fili⁹: quia nos te ut parētes diligimus.

Sancti Ambrosij ad Constantiū: causam reddētis: Cur circūcisio ueteris testamē
 ti auctoritate quasi utilis impere: & noui testamēti magisterio quasi inutilis repudi
 etur: aduersantiūq; obiectiones arguta respōsione dissoluētis: Ep̄la. LXXVII.

Mbrosius Constātio. Nō mediocris plærosq; mouet quæstio: qua causa cir
 a cūcisio & ueteris testamēti auctoritate: quasi utilis impere: & noui testamē
 ti magisterio quasi inutilis repudiet: cū præsertim Abraam primus oraculū
 circūcisionis celebrandæ acceperit: qui diē dñi Iesu uidit & gauisus est. Qđ utiq;
 in euidēti est: qā nō corporalib⁹ sed spūalibus legis diuinæ intēderit. Et ideo ueram
 dñici corporis passionē in agni cōspexerit immolatiōe. Quid ergo dicemus secu
 tū patrē Abraam: ut id prim⁹ institueret qđ eius nō sequeret hæreditas: Aut qua
 ratione circūcidunt infantuloꝝ corpora: & in ipso ortu subiiciunt periculis: & hoc
 imperari oraculo: ut discrimen salutis fiat de mysterio religionis: Quid hoc signifi
 cat: Latet em̄ causa ueri: & oportuit aut aperto aliquid mysterio significari: aut non
 periculoso mysterioꝝ iudicio mandari. Cur uero signū testamenti diuini in ea dat
 parte membrorū quæ uisu inhonestior existimatur: Aut qua gratia ipse operator
 corporis nostri in ipso nostræ generationis exordio circūcidi opus uoluit suū & uul
 nerari & cruentari & abscindi partē quā uelut necessariā (quia omnia disposuit ordi
 nata) cū cæteris membris faciendā putauit: Aut em̄ præter naturā est hęc portio
 corporis nostri: & nō oportuit habere omnes homines qđ esset præter naturā: aut
 fm̄ naturā est: & nō decuit amputari qđ fm̄ naturæ pfectionē creatū foret: cū præ
 sertim alieni a portione domini dei nostri id præcipue irridere soliti sint. Deinde
 cū ppositum sit deo: ut frequēter ipse testificatus est: plures ad sacræ obseruantia p
 uocare religionis: quāto magis inuitarent si nō aliqui circūcisionis ipsius aut pericu
 lo aut opprobrio reuocarent. Ergo ut ad prima redeamus: & ppositū psequamur
 ordinē: de ipsa circūcisionis qualitate dicendū uidet. Cuius gemina debet esse de
 fensio: quia duplex est accusatio. Vna quæ irrogatur a gētilibus. Altera quæ ab ijs q
 de populo dei sunt existimat. Vebemētior autē gentiliū: qui uiros circūcisione si
 gnatos etiā opprobrio & illusionē dignos arbitrant. Sed etiā ipsorū sapientissimi
 quicq; ita circūcisionē approbant: ut electos suos erga cognoscēda & celebrāda my
 steria: circūcidendos putēt. Deniq; ægyptij qui & geometriæ & colligēdis siderū
 cursibus operā intendūt suā: impiū iudicant sacerdotē qui nequaquā habeat circūci
 sionis insigne. Nam neq; magici carminis sapientiā: nec geometriā: nec astronomiā
 iudicant uia suā obtinere sine circūcisionis signaculo. Et ideo ut impetrādi uim ope
 rationi adhibeāt suæ: purgationē quandā uatum suorū circūcisionis arcano celebrā
 dam existimāt. Reperimus autē in historia ueterū: non solos ægyptios sed etiam
 æthiopū & arabum & phœnicū aliquos circūcisione erga suos usos. Et hanc putant

se adhuc pbandæ uiam seruare rationis: eo q̄ sui corporis primitiis & sanguinis ini-
 riati insidias dæmonū quas illi generi nostro molunt: exiguæ partis arbitrētur con-
 secrationib⁹ destruēdas. Vt qui totius hominis saluti nitūtur nocere: infirmari ope-
 rationē suam putent circūcisionis sacræ uel lege uel specie. Arbitror em̄ q̄ in præ-
 teritum ipse dæmonū princeps cessare suas artes erga noxiæ operationis effectum
 existimauerit: si ei nocere conaretur quē signaculo circūcisionis sacræ initiatum ad-
 uerteret: aut ei qui uideret in hoc saltem munere legi diuinæ obtemperare. Iam
 qui singulorū membrorū officia diligenter expendit: nō ociosam causam in hac mē-
 bri huius portiūcula existimare poterit: qua ratione nō solum circūcidatur puer: ue-
 rum etiā octauo circūcidatur die: quādo incipit mater pignoris nati in sanguine esse
 puro: quæ ante octauum diē fertur in sanguine immūdo sedere. Hæc aduersum
 eos dicta sint qui nulla nobis unitate fidei sociantur: & ideo tanq̄ aduersum dissi-
 dentes difficilior disputandi locus. Responsum autē sibi huiusmodi habeāt qui credūt
 in dominū Iesum quod nudare noluimus: cū aduersum opiniones gentiliū disputa-
 remus. Nam si redempti sum⁹ nō corruptilib⁹ argento & auro sed precioso san-
 guine domini nostri Iesu christi: quo utiq; uendente nisi eo qui nostro iā peccatricis
 successionis ære quæsitū seruitium possidebat: sine dubio ipse flagitabat precū: ut
 seruitio exueret quos tenebat obstructos. Precium autē nostræ liberationis erat san-
 guis domini Iesu: qđ necessario soluendū erat ei cui peccatis nostris uenditi eram⁹.

2. Petri. 1.

Donec igit̄ hoc precū p̄ omnibus soluereſ hominibus: qđ dominici sanguinis ef-
 fusione p̄ omniū fuit soluendū absolute: opus fuit singulorū sanguine qui lege &
 cōsuetudinis ritu: sacræ præcepta sequerētur religionis. Sed quia precū p̄ omni-
 bus solutū est: posteaq; passus est christus domin⁹: iam nō opus est ut uirum sanguis
 singulorū circūcisione fundat̄: cum in sanguine christi circūcisio uniuersorū celebra-
 ta sit: & in ill⁹ cruce omnes simul crucifixi simus cū eo & cōsepulti in eius sepulchro:
 cōplantati similitudini mortis eius: ut ultra nō seruiamus peccato. Qui em̄ mortuus
 est: iustificatus est a peccato. Q̄ si quis ut Marcion & Manichæus rephendēdum
 dei putat esse iudiciū: quia uel oraculū de circūcisione celebranda edendū putauit
 esse: uel legem: qua sanguinis effusio manda: necesse est ut is etiā dominū Iesum re-
 prehendendū arbitret̄: qui nō exiguum sed multū sanguinē p̄ huius mūdi effudit
 redemptione: & hodieq; nos fundere iubet sanguinē nostrū p̄ tanto religionis cer-
 tamine diceus: Qui uult me sequi: tollat crucē suam & sequatur me. Si aut̄ nequa-
 quā iusta est accusatio: cū aliquis totum se p̄ prietate offerat: & multi sanguinis se mū-
 det effusione: quō legem possumus reprehēdere exigui stillam exigentē sanguinis
 cū prædicemus dominū Iesum multi effusionē sanguinis & toti⁹ corporis mortē im-
 perantē. Tunc ipsum circūcisionis signaculū & species feriabatur: q̄ populus dei
 uelut quodā sigillo signatus corporis discernebat̄ a cæteris nationib⁹. Nunc autem
 christi donat⁹ nomine signū corporis nequaquā requiret: qui prærogatiuā diuinæ
 meruit nūcupationis. Quid autē absurdum si p̄pter pietatē aliquid doloris uel la-
 boris inferri uidebat̄: quo plus deuotio p̄ hæc certamina p̄baretur. Pulchrū etiā
 ut ab ipsis uitæ incunabilis insigne religionis adolesceret: & puderet unūquēquam
 ætatis p̄uētoris uel labori uel dolori cedere: quorū utrūq; tenera infantia uicisset.

Matth. 16.

Sed iam leui circūcisionis dolore nō opus est christiano populo: qui mortē domi-
 ni circūferens: p̄ momētā singula fronti p̄ priæ mortis cōtemptum inscribit: utpote
 qui sciat sine cruce dñi: salutē se habere nō posse. Quis em̄ acu utatur ad præliandū:
 cum telis instruct⁹ sit ualidioribus. Iam illud quiuis facile refellendū aduertit: quia
 p̄positū est plerorūq; potuisse ad sacræ religionis puocari obsequiū: nisi essent dolo-
 ris timore uel laboris cōtuitu reuocati. Et potuit hoc terrere maiorē: quod infantu-
 li plariq; sustinebāt sine periculo. Esto tñ aliquos infantulos iudæorū cum dolorē
 circūcisi corporis plagæq; feruētis sustinere nō potuerint: defunctos fuisse: sed hoc
 nec cæteros deterrebat p̄uētoris ætate robustos: & laudabiliorē faciebat eū q̄ præ-
 ceptis obedisset cælestibus. Q̄ si hoc in exiguo dolore arbitratur cōfessionis fuisse

●bstaculū: quid de martyrio dicunt? Nam si rephendunt circūcisionis dolorē: repre-
 bendant & martyriū mortē: per quos cumulata nō minuta religio est. In tantū autē
 abest nocuisse fidei circūcisionis dolorē: ut pbabiliorem fide faciat dolor. Maior em̄
 fidei gratia: si quis p religione cōtemnat dolorē. Et hic magis habet præmium q̄ ille
 qui ideo dolorē uoluit circūcisione subire: ut gloriaret̄ in lege: & laudē ex hominib⁹
 magis q̄ ex deo quæreret. Oportuit igitur circūcisionē ex parte fieri ante eius ad-
 uentū: qui totū circūcideret hominē. Ex parte em̄ debuit assuescere humana condi-
 tio: quēadmodū in id qđ perfectū est crederet̄. Si autē oportuit circūcidi: in qua
 magis parte membroꝝ oportuit circūcisionē fieri q̄ in ea quæ quibusdā uideret̄ in-
 honestior: ut ijs quæ putaret̄ ignobiliora esse membra corporis nostri: honestatē
 abundantiorē circūciderent: & quæ inhonesta sunt nostra: honestatem abundantio-
 rem haberēt. Vbi em̄ magis uir sanguinis sui admoneri debuit: q̄ in ea parte quæ mi-
 nisteriū errori exhibet. Nunc tēpus est ut & illis respōdeam⁹ qui dicūt: Si ea pars
 corporis nostri: fm naturā est: nequaquā eam amputari oportuisse: si non est fm na-
 turam: nō debuisse simul nasci. Qui quoniā tam arguti sunt: & ipsi mihi respōdeāt:
 utrū fm naturam successio humana sit quæ generationibus adolescit: an contra na-
 turam. Si em̄ fm naturam nunq̄ igitur intermittēda est. Et quō integritas uirorum:
 uirginitas puellarū: abstinentia uiduarū: cōtinentia cōiugum prædicat̄. Nullū er-
 go studiū quæredæ successionis ferari debuit. Sed ipse auctor naturæ nō utiq̄ ge-
 nerationi obsecutus est: qui de se cū esset in corpore constitutus: præbuit magiste-
 rium: & hortatus est discipulos ad integritatē dicens: Sunt spadones qui se castrau-
 runt ppter regnū cælorū: qui potest capere capiat. Cū sit autē homo cōpositus ex
 corpore & anima (Satis est em̄ interim hoc dicere & silere de spiritu) nō ē in utroq̄
 idem fm naturā: sed quo est fm corporis naturam: id cōtra naturā est animæ. Et qđ
 fm naturam est animæ: id cōtra naturā est corporis. Vbi si ducā qđ fm naturam est
 uisibili: id contra naturā est ei qđ non uideat̄. Et quod fm naturam est ei qđ nō uide-
 tur: id cōtra naturā est uisibili. Nihil ergo incongruū in hominib⁹ dei: si fiant aliqua
 contra naturā corporis: quæ sint fm animæ naturā. Qui autē dicunt: quoniā plu-
 res credidissent si circūcisio nō fuisset. Si sibi responsum hoc habeant: quoniā plures
 crederēt: si martyria nō essent: sed præstātor est fortitudo paucorū q̄ remissio pluri-
 morum. Sicut autē plurima baptismatū genera præmissa sunt: quia secuturum erat
 uerū illud unū in spiritu & aqua sacramentū baptismatis: quo tot⁹ redimitur homos
 ita plurimorum circūcisio præmittenda fuit: quia secutura erat circūcisio dominicæ
 passionis: quā pertulit Iesus quasi agnus dei ut tolleret peccatū mundi. Hæc ideo
 scripsimus: ut ostēderem⁹ quia & debuit præmitti circūcisio quæ foris est: & ea iam
 post aduentū domini iure uideatur exclusa. Nunc autē circūcisio est necessaria:
 quæ in occulto est: sicut iudæ⁹ præstātor qui in occulto in spiritu nō littera. Quo-
 niā cū sint in uno homine duo homines: de quib⁹ dictū est: Et si qui foris est: homo
 noster corrūpitur fm desideria erroris: sed qui int⁹ est: renouat̄ de die in diem. Et ali-
 bi: Cōdelector em̄ legi dei fm interiorē hominem: Interior est homo noster qui est
 ad imaginē & similitudinē dei factus: exterior qui figuratus e limo. Sic deniq̄ & in
 Genesi duas tibi creaturas hominis ostēdit: secūdo creatū hominē significans. Si-
 cut ergo duo homines: ita & gemina conuersatio est: una interioris hominis: altera
 exterioris. Et quidē plariq̄ actus interioris hominis pueniunt ad exteriorē homi-
 nem: quēadmodū castimonia interioris hominis trāsit etiam ad castitatē corporis.
 Qui em̄ adulterium cordis ignorat: idem utiq̄ nescit corporis adulteriū. Non tamē
 etiam illud est cōsequens: ut qui nō adulterauit corpore: nō adulterauerit etiā cor-
 de: fm illud: Quoniā qui uiderit mulierem ad cōcupiscendū eā: iam adulterauit eā
 in corde suo. Nam & si adhuc nō sit adulter corporis: tamen iam affectu adulter est.

Matth. 19

2. Cor. 4

Ro. 7.

Matth. 9

- Ita factus est in circūcissione. Sic interior homo noster quando est in carne: tanq̄ in præputio est: quando autē iam nō est in carne sed in spiritu: incipit esse in circūcissione nō in præputio. Sicut autē qui circūciditur: non totam carnē exuit sed solum præputium ubi corruptela frequētior: ita qui in occulto circūciditur: carnem illam exuit: de qua scriptū est: Omnis caro fœnū: & omnis gloria ei⁹ ut flos fœni: aruit fœnum: & flos eius decidit: uerbū autē domini manet in æternū. Et remanet caro quæ
- Esa. 40.** uidebit salutare dei: sicut scriptū est: Et uidebit omnis caro salutare dei. Quæ sit ista caro: munda aures: ut intelligas. Talis ergo debet esse in occulto circūcissio: ut nullam habeat comparationē cū ea quæ foris est circūcissione. Et ideo qui in occulto iudæus est: ipse præstat qui est a iuda: cuius manus supra ceruicem inimicorū eius: qui recubans requieuit ut leo: & ut catulus leonis: quē laudant fratres eius. Ab hoc iuda nō deficit princeps: quia sermo ei⁹ principes facit: qui nō subiiciātur illecebris sæcularibus: & captiuent̄ uoluptatibus isti⁹ mundi. Et quia ipse iudas in hanc generationem uenit: ideo plurimi qui postea generati sunt: p̄ficiūt: uirtutū principatu gaudent. Habeamus itaq; circūcissionē in occulto: & occulto iudæum qui est spiritualis.
- 1. Cor. 2.** Spiritualis autē utpote princeps diiudicat omnia: ipse autē a nemine diiudicat̄. Debit ergo legis mandato præscripta circūcissio quæ ex parte erat cessare: posteaq; uenit qui circūcissionē faceret totius hominis: & impleret circūcissionē legis. Quis autē
- Matt. 5.** est iste nisi qui dixit: Nō ueni legem soluere sed implere? Quā si diligēter intēdas: & illa sit ratio qua iam cessare debuerit præputij circūcissio: quia plenitudo gentium uenit. Nō em̄ gentibus circūcissio mandata est: sed semini Abraā. Sic em̄ habes
- Gen. 17.** in primo oraculo. Et dixit deus ad Abraam: Tu autē testamentū meū obseruabis: tu & semen tuū post te in p̄genies eorum. Et hoc est testamentū meū quod obseruabis inter me & uos: & semen tuū post te in p̄genies eorū. Circūcidetur uestrū omne masculinū: & circūcidetis carnem præputij uestri: & erit in signo testamēti inter me & uos. Infans octo dierum circūcidetur uobis: omne masculinū in progenies uestras. Vernaculus domus tuæ & pecunia emptus ab omni filio alteri⁹ qui nō est ex semine tuo: circūcissione circūcidetur: & erit testamentū meū in carne uestra in testamētum æternū. Et i circūcissus masculus qui nō circūciderit carnē præputij sui octaua die: exterminabitur anima illa de generatione illa: quia testamentū meū transgressus est. Hebræus quidē negatur habere de octauo die: sicut Aquila significat. Sed nō in Aquila omnis auctoritas qui quasi iudæ⁹ in littera: præterijt nec posuit octauum diē. Interim & octauū diem & in signo datā circūcissionem audisti: Signū autē rei maioris indicium est: in iudiciū ueritatis futuræ: & datum testamentū Abraæ & semini eius: cui dictum est: In Isaac erit semen tuū. Ergo circūcidi licuit iudæum uel domi eius natū: uel pecunia eius emptū. Non possumus deriuare hoc ad alienigenam aut p̄selitū: nisi fuerint in domo Abraæ nati: aut pecunia eius empti: uel seminis ei⁹.
- Deniq; nihil dixit de p̄selitis: de quib⁹ quādo uoluit dicere: nominauit eos. Sicut habes: Et locutus est domin⁹ ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron & ad filios eius & ad omnes filios israel: & dices ad eos: Homo homo a filijs israel: & a p̄selitis q̄ sūt apppositi uobis: quicūq; fecerit holocaustum. Vbi ergo cōprehendit eos: ibi lex eos tenet. Vbi oraculo nō significantur: quō astringi uident̄. Sic habes deniq;: Dic filijs Aaron: quādo de sacerdotib⁹ dicit. Habes quādo & de leuitis dicit. Ergo omnifariam claret etiā fm̄ litterā legis: q̄ lex spiritualis sit: & fm̄ ipsam tamē litteram ad circūcissionem teneri nō potuisse nationū populos: sed ipsam circūcissionem in signo fuisse donec plenitudo gentiū intraret: & sic omnis israel saluus fieret: circūcissus corde nō exigua membri unius parte. Ergo satis & excusata a nobis & exclusa est iudæorū manens hodieq; circūcissio. Quæ autē reprehēsiōni eam dicūt fuisse uel esse gentilibus: primū nō habent reprehēdere ipsi uel irridere qd̄ alij consortes faciunt.
- 1. Cor. 1.** Est tamē fuerit qd̄ irrideret: Quid hoc nos mouere debet: cū ipsa crux domini iudæis scandalum: græcis stulticia: nobis autē uirtus dei sit atq; sapiētia. Et ipse dominus dixerit: Qui me cōfusus fuerit coram hominibus: cōfundar & ego eum corā
- Rom. 9.**

LIBER X EPISTOLA LXXVIII LXXIX

patre meo qui est in celis: Docens nos ijs quæ ridentur ab hominibus: nō cōmouent
dos: si qua p religionis obsequio deferuntur.

Liber Decimus.

Sancti Ambrosij ad Theophilum: dolenter conquerentis de statu causæ discor
diarum inter Euagriū & Flauianū: & quid eum in hac re agere uelit exponen
tis: Ep̄la. LXXVIII.

Mbrosius Theophilo. Nō habet qđ urgeat Euagrius: & habet quod
metuat Flauianus: ideoq; refugit examen. Dent fratres ueniā dolori
iusto: quia ppter ipsos uniuersus orbis cōcutitur. Et illi tamē nostro nō
cōpatiuntur dolori: perstringi saltē se æquanimiter ferant ab ijs quos uī
dent sua per tantorū curricula temporū uexari intētionē. Inter hos
etenim duos nihil qđ ad christi pacem pertineat: eligentes: grauis toto orbe stabat
discordia. Cui bonæ pacis naufragio sancta synodus capuēsis tandē obtulerat por
tum tranquillitatis: ut omnibus p totū orientē daretur cōmunio catholicā cōfidentib
bus fidem: & duobus istis tuæ sanctitatis examen impartiret: fratribus & consecra
dotibus nostris ægyptijs pariter cōsidentib⁹. Quia hoc uerū iudiciū futurū arbitra
ti sumus: qđ neutri parti fociata cōmunione aliquo fauore ptenderet. Cū ex his
igit æquissimæ synodi cōstitutis sperarem iam remediū datū finēq; ablatū discor
diæ: scribit sanctitas tua iterum fratrem nostrū Flauianū ad precum auxilia & imperia
liū rescriptorū suffragia remeauisse. Frustra ergo tantorū sacerdotū fusus labor ite
rū ad huius sæculi iudicia reuertendū: iterū ad rescripta: iterū uexabunt sacerdotes
senes: transfretabunt maria: iterū inualidi corpore patriā peregrino mutabunt solo:
iterū sacrosancta altaria deserent: ut in longinqua pficiscamur: iterū pauperū turbæ
episcopoꝝ: quibus ante onerosa paupertas nō erat externæ opus egētes cōpellentur
inopiā gerere: aut certe uictū inopū itinēris usurpare. Interea solus exlex Flauian⁹
(ut illi uideat) nō uenit quādo omnes cōuenimus. Fœnerator & debitor inuicē sibi
occurrunt: isti sibi nō possunt occurrere: solus exors Flauian⁹ (ut ipse uult) sacerdo
talis cōsortij: qui nec imperialibus decretis nec sacerdotū conuētui præsentia faciat
sui. Nec tamē etiā hoc moti dolore: fratri Euagrio donam⁹ specie bonæ causæ: qui
eō defensabilior sibi uideat: qđ eum refugit Flauian⁹: aut qđ habere se alterū arbitrat
æquale: uterq; alienæ magis ordinationis uitijs q̄ suis fretus. Quos tñ nos in melio
rem uocamus uia: ut malimus eos suis poti⁹ bonis q̄ alieno uitio defendi. Qua de
re qm̄ pprijs texuisti litteris posse typum reperiri aliquē: quo possit auferrī fratrum
discordia: cū sancta synodus cognitiōis ius unanimitati tuæ cæterisq; ex ægypto cō
sacerdotibus nostris cōmiserit: iteꝝ oportet fratrem nostrū Flauianū cōuenias: ut si in
eo pseuerauerit quo ueniēdū nō putet: saluis cōcilij niceni: sed etiā synodi capuēsis
statutis: illibata pace uniuersorū ita cōsulas: ut nō uideamur destruere qđ ædificatū
est. Si em̄ quæ ædificauī destruo: præuaricatorē meipse cōstituo: ac si quæ destru
xi: iterū ædificē. Seruet ergo impartitæ pacis gratia inter uniuersos: & nihilomin⁹
declinatio partis alteri⁹ frustrādi effectū habere nō possit. Sane referendū arbitra
mur ad sanctū fratrem nostrū romanæ sacerdotē ecclesiæ: qm̄ præsumim⁹ ea te iudica
turū quæ etiā illi displicere nequeāt. Ita em̄ utile erit cōsultū sentētia: ita pacis & q̄
etis securitas: si id uestro statuat cōsilio qđ cōioni nræ dissensionē nō afferat: ut nos
quoq; accepta nostroz serie statutoꝝ: cū id gestū esse cognouerimus qđ ecclesia ro
mana haud dubie cōprobauerit: læti fructū hmōi examinis adipiscamur.

Sancti Ambrosij ad Theophilū & Anysiū: excusantis se de iudicio ferendo inter
Bonosum episcopū & accusatores ei⁹: illisq; causam cōmittentis. Eosdē præterea ap
probātis merito abhorruisse blaphemiā quorundā qui inuiolatā uirginē Mariā plu
res peperisse filios mentiuntur: Ep̄la. LXXIX

Mbrosi⁹ Theophilo & Anyfio. Accepi litteras uestras quib⁹ uel p uerita
te: uel p modestia nostram sententiā sciscitari uoluistis. Sed cū huiusmodi

fuerit cōcilij capuensis iudiciū: ut finitimi Bonoso atq; eius accusatoribus iudices tribuerent: & præcipue macedones qui cū episcopo thessalonicēsi de ei⁹ factis uel cognoscerent: aduertimus: qđ nobis iudicandi forma cōpetere nō posset. Nam si integra esset hodie synodus: recte de ijs quæ cōprehendit uestroꝝ scriptorum series decerneremus. Vestrū est igitur qui hoc recepistis iudiciū: sententiā ferre de omnibus: nec refugiēdi: uel elabendi: uel accusatorib⁹: uel accusato copiā dare. Vicem em̄ synodi recepistis: quos ad examinandū synodus elegit. Deniq; cū Bonosus episcopus post iudiciū uestrum misisset ad fratrem nostrū Ambrosium qui eius sententiā consuleret: interdīctam sibi ecclesiā irrūpere atq; ingredi: respōsum est ei qđ nihil temerandū foret: sed omnia modeste patiēter ordine gerenda. Neq; cōtra sententiā uestrā tentandū aliqd: ut qđ uideret uobis iusticiæ cōuenire: statueretis: quib⁹ hanc synodus dederat auctoritatē. Ideo primū est ut ij iudicent quibus iudicandi facultas est data. Vos em̄ totius (ut scripsimus) synodi uice decernitis: Nos quasi ex synodi auctoritate iudicare nō cōuenit. Sane nō possumus negare de Mariæ filijs iure repbēsum meritoq; uestram sanctitatē abhorruisse: qđ ex eodē utero uirginali ex quo em̄ carnē christus natus est: alius partus effusus sit. Neq; em̄ elegisset dñs lesus nasci p uirginē: si eam iudicasset tam incōtinentē fore: ut illud genitale dominici corporis: illā aulam regis æterni cōcubitus humani semine coinquinaret. Qui em̄ hoc astruit: nihil aliud nisi pfidiā iudæorū astruit: qđ dicūt eū nō potuisse nasci ex uirgine. Nam si hanc accipiant a sacerdotibus auctoritatē: & uideat Maria partus fuisse plurimos: maiore studio ueritatē fidei expugnare cōtendent. Et ubi est illud qđ scriptū est: dicente dño ad matrē de lobāne euāgelista: Mulier ecce filius tu⁹: & rursus ad lobannē de Maria: Ecce mater tua? Quid sibi istud uult qđ cum in cruce dñs positus peccatū mundi tolleret: p̄nunciauit etiā de integritate maternas? Aut quid aliud dicit nisi ut claudat sua ora pfidia: obmutescat: ne matrē dñi aliquo audeat temerare cōuitio. Testis est ergo idē arbiter: idem materni pudoris assertor qđ desponsata fuerit uiro tantūmodo ioseph: nulla tñ cōiugalī coitus cōsuetudine thori iura cognouerit. Neq; em̄ eam suscepturā ex ioseph filios: a uiri cōsortio separare uoluisset. Sed si hoc parū est: addidit testimoniū euāgelista dicēs: qđ suscepit eā discipul⁹ in suā. Nunqd ergo diuortiū fecit: nūquid a uiro abduxit atq; abstulit? Ergo qui hoc legit in euangelio: quomō quāsi naufragus titubat & fluctuat? Hoc ergo testamentū filij est de matris integritate: hæc Mariæ locuples integri pudoris hæreditas: hic totius finis cōsummationis. Deniq; hoc dixit: Et emisit sp̄ritū: cōsumans omne mysterium bono fine pietatis. Legimus etiā & omnia pcurrimus uel de eo qđ fratri nostro & coepiscopo Basso in cōsortium regendæ ecclesiæ dat⁹ est senecio: uel de cæteris: unde uestræ normā expectamus sententiæ.

Job. 19.

Ibidem.

Syrīcij papæ: ad Mediolanēsem ecclesiā: narrātis quid actum sit contra hæreticos qui sub uelamēto p̄ij nominis serpentino sermone catholicam ueritatē corrumpere ac fideles christianos lauciare moliti sunt: admonentisque ut ab illis se custodiat: Epistola. LXXX.

Yricius: Mediolanensi ecclesiæ. Optarē semp fratres charissimi dilectionis & pacis uestræ sinceritatis gaudia nunciari: ita ut uicissim discurretib⁹ litteris sospitatis iudicio iuuaremur uestro: quia nō patitur nos quietos ab incursione sua uacare hostis antiquus ab initio mendax: inimicus ueritatis: æmulus hominis: quē ut deciperet: se ante decepit. Pudicitia aduersarius: luxuriæ magister: crudelitibus pascitur: abstinentia p̄niendus odit ieiunia: ministris suis prædicatib⁹ dū dicit esse superflua: spem nō habens de futuris Apostoli sententiā repcussus dicētis: Manducem⁹ & bibamus: cras em̄ moriemur. O infoelix audacia: o desperatæ mentis astutia. Tā incognitus sermo hæreticorū intra ecclesias cancri more serpebat: ut occupans pectus totū hominē præcipitaret in mortē. Et nisi dñs sabbaoth laqueum quē parauerat dirupisset: scæna tanti mali & hypocrisis publicata multoꝝ simplicū corda traxerat in ruinā. Quia facile ad deteriore partē mens humana traducit:

1. Cor. 15.

LIBER X EPISTOLA LXXXI

malens p̄ spaciōsā uolare q̄ artæ uiaē iter p̄ laborē trāsire. Qua de re necessariū satis fuit mihi quæ hic gesta sunt: ad uestram cōscientiā cognoscēda mandare: ne ignorātia sacerdotis qui sp̄iā pessimorū ecclesiam irrupentiū sub religioso nomine contāgio uiolaret. Sicut scriptū est dño dicente: Multi uenient ad uos in uestimētis ouiu: Matt. 7. intus autē sunt lupi rapaces: a fructib⁹ eorū cognoscetis eos. Si uidelicet qui quasi utilitate christi nosse se iactent: ut sub uelamento piij nominis gradientes domū orationis ingressi: sermonē serpētinae disputationis effundāt: ut sagittēt in obscuro rectos corde: atq; ueritatē catholicā uertendo ad suæ doctrinae rabiem diabolico more traducant: atq; ouiu simplicitatē defraudent. Et quidē multarū hæresum malignitatē ab apostolis nunc usq; didicimus: & experti abrogauimus: sed nunq̄ tales canes ecclesiae mysteriū latratibus fatigauerūt: quales nunc subito hostes fidei erūpētes doctrina perfidiae polluta cuius sint discipuli uerborū fructibus pdiderunt. Nā cū aliij hæretici singula sibi genera quæstionū male intelligendo p̄posuerint cōuellere atq; cōcerpere de diuinis institutionib⁹: isti nō habentes uestem nuptialē: sauciantes catholicos: noui & ueteris testamenti (ut dixi) continentia p̄uertētes: illecebrosos atq; ficto sermone aliquot christianos cōeperunt iam uastare atq; suæ dementiae sociare: intra se cōtinentes nequiciae suæ uirus. Verū electi blasphemias suas cōscriptione temeraria publice pdiderunt: & desperatae mentis furore conciti passim in furorē gentiliū publice a fidelib⁹ christianis uiris genere optimis: religione præclaris ad meā humilitatē subito scriptura honorifica uidentur esse delati: ut sacerdotali iudicio detecta diuinæ legi cōtraria spiritali sentētia deleant. Nos sane nuptias nō aspernanter accipimus quibus uelamine intersum⁹: Sed uirginū nuptias deo deuotas maiore honorificētia ueneramur. Facto igitur presbytero cōstitit doctrinae nostrae: id est christianæ legi esse cōtraria. Vnde apostoli secuti præceptū: quia aliter q̄ qd̄ accepimus annūciabant omniū nostrum tam presbyterorū & diaconorum q̄ totius etiam cleri una suscitata fuit sentētia: ut Iouinian⁹: Auxētius: Genialis: Germinator: Fœlix: Prontinus: Nartianus: Ianuarius & Ingeniosus: qui auctores nouæ hæresis & blasphemiae inuenti sunt: diuina sentētia & nostro iudicio in p̄petuū damnati extra ecclesiam remanerent. Qd̄ custoditurā sanctitatem uestrā nō ambigens: hæc scripta direxi per fratres & presbyteros meos Crescentē Leopardū & Alexandrū: qui religiosi officii fidei possint spiritu adimplere feruētes.

Sancti Ambrosij: Bassiani: & cæterorū ad Syriciū papam: pastoralem illi⁹ sollicitudinē circa ouile christi custodiendū: & lupos arcendos cōmendantiū: uirginitatēq; contra istorū dementiā cōiugio præferētiū. Immaculatā præterea christi genitricē Mariā: ratione: testimonijs: figuris & exēplis astruentiū in partu uirginē p̄mansisse. Præconia deniq; uiduitatis attexentiū: ac tandē Iouinianū & reliquos hæreticos esse damnatos insinuantiū: Ep̄la. LXXXI.

Omino dilectissimo fratri Syricio papæ: Ambrosius ep̄scop⁹: Bassianus ep̄scopus: & cæteri. Recognouim⁹ litteris sanctitatis tuæ boni pastoris excubias: qui fideliter cōmissam tibi ianuā serues: & pia sollicitudine christi ouile custodias: dignūq; oues domini audiant & sequantur: & ideo quia nosti ouiculas christi: lupos facile deprehendes: & occures quasi p̄uidus pastor: ne isti morsibus perfidiae suæ feraliq; ululatu dominicū ouile dispergāt. Laudamus hoc dñe frater: nobis dilectissime: & toto cōcelebram⁹ affectu. Nec miramur si lupoꝝ rabie grex dñi perhorruit: in quibus christi uocē nō recognouit. Agrestis em̄ ululat⁹ est nullā uirginitatis gratiā: nullum castitatis ordinē seruare: p̄miscue omnia uelle confundere: diuersorum gradus abrogare meritoꝝ: & paupertatē quandā cælestium remunerationū inducere quasi christiana sit palma quā tribuit (Hinc em̄ plurimi abundant tituli præmiorū) simul se isti cōdemnare cōiugio. Sed quæ potest laus esse cōiugij: si nulla uirginitatis est gloria: Neq; uero nos negam⁹ sanctificatū a christo esse cōiugij: diuina uoce dicēte: Erūt ambo in carne una & in uno spiritu. Sed pri⁹ est q̄ nati Scti. 2. lumus: q̄ effecti: multoq; præstanti⁹ diuini operis mysteriū: q̄ humanæ fragilitatis

- remediū. Iure laudat bona uxor: sed melius pia uirgo praeferat: dicente Apostolo:
- 1. Cor. 7.** Qui iungit uirginē suam: benefacit: & qui nō iūgit: meli⁹ facit. Hæc em̄ cogitat quæ dei sunt: illa quæ mundi. Illa cōiugalibus uinculis colligata est: hæc libera uinculorū: illa sub lege: ista sub gratia. Bonū coniugiū p̄ quod est inuenta posteritas successiōnis humanæ: sel melius uirginitas p̄ quā regni cælestis hæreditas acquisita: & cælestium meritorū reperta successio. Per mulierē cura successit: p̄ uirginē salus euenit.
- Deniq; speciale donū uirginitatis christus elegit: & integritatis munus exhibuit: atq; ipse repræsentauit qđ elegit in matre. Quāta dementia funestorū latratuum: ut idem dicerent christū ex uirgine nō potuisse generari: quidā ferunt ex muliere: sed ex his humanorū pignorū patribus uirgines pmanere. Alijs ergo præstat christus quod sibi (ut dicunt) præstare non potuit: Ille uero qui carnē suā suscepit: & si homo factus est: ut hominē redimeret: atq; a morte reuocaret: inuitat⁹ tñ quasi de⁹ munere uenit in terrā: ut quēadmodū dixerat: Ecce facio omnia noua: partu etiam immaculatæ uirginis nasceret: & sicut scriptū est: ut crederetur nobiscū deus. Sed de uia peruersitatis pduntur dicere: Virgo concepit: sed nō uirgo generauit. Quæ potuit ergo uirgo cōcipere: potuit uirgo generare. Cum semp cōceptus præcedat: partus sequat. Sed si doctrinis nō credit sacerdotū: Credatur oraculis christi: Credatur monitis angelorū dicentiū: Quia nō est impossibile deo omne uerbū. Credatur symbolo Apostolorū qđ ecclesia romana iteratū semp custodit & seruat. Au-
- Luc. 1.** diuit Maria uocē angeli: & quæ ante dixerat: Quomō fiet istud: nō de fide generationis interrogans: respōdit postea: Ecce ancilla dñi: cōtingat mihi s̄m uerbum tuū.
- Esa. 7.** Hæc est uirgo quæ in utero cōcepit: uirgo quæ peperit filiū. Sic em̄ scriptū est: Ecce uirgo in utero accipiet & pariet filiū. Nō em̄ concepturā tantūmodo uirginē sed
- Ezech. 44.** & pariturā uirginē dixit. Quæ autē est illa porta sanctorū: illa exterior ad orientē: quæ manet clausa: & nemo inquit p̄trāsibit p̄ eam nisi sol⁹ de⁹ israel: Nōne est hæc porta Maria: p̄ quā in hunc mundū redēptor intrauit: Hæc porta iusticiæ: sicut ipse dixit: Sine nos implere omnē iusticiā. Hæc porta est beata Maria: de qua scriptū est: Quia dñs p̄transibit p̄ eam: & erit clausa post partū: quia uirgo cōcepit & genuit. Quid autē incredibile si cōtra usum originis naturalis peperit Maria & uirgo pmanet: quādo contra usum naturæ mare uidit & fugit: atq; in fontē suū iordanis fluēta remearunt: Non ergo excedit fidē q̄ uirgo peperit: qñ legimus q̄ petra uomit aquas: & in montis speciē maris unda solidata est. Nō ergo excedit fidē: q̄ hō exiuit de uirgine: quādo petra p̄fluit: scaturiuit ferrum sup aquas: ambulauit homo sup aquas. Ergo si hominē unda portauit: non potuit hominē uirgo generare: atq; hominem: de quo legimus: Et mittet illis domin⁹ hominē: qui saluos faciet eos: & nō erit domin⁹ ægyptijs: In ueteri itaq; testamento: uirgo hebræorū per mare duxit exercitū: in nouo testamento uirgo generis aula cælestis electa est ad salutē. Quid autē etiā uiduitatis attexamus præconia: cū in euangelio post uirginis celeberrimū partum: Anna uidua subrogetur: quæ uixerat cū uiro suo annis septē a uirginitate sua: & hæc uidua annorū octogintaquattuor: quæ non discedebat de tēplo: ieiunijs & obsecrationib⁹ seruiēs die ac nocte: Et merito habilis uiduitas. Deniq; si Adā sic
- Jone. 3.** exegisset ieiuniū: nō fuisset nudus effectus. Niniuen amor ieiunij liberauit. Et ipse
- Matt. 17.** se dñs ait: Non eiicietur nisi p̄ orationē & ieiunium. Sed quid plura apud magistrū atq; doctorē: cum iam dignū præmium retulerunt illi pfidiæ suæ: qui ideoq; buc uenerūt: ne superesset locus in quo nō dominarent: qui uere se manichæos pbauerūt nō credentes quia ex uirgine utiq; uenisset. Quæ nā hæc est suppar nouorū iudæorum amentia: Si uenisse nō creditur: nec carnē creditur suscepisse. Ergo in phantasmate uisus est: in phantasmate crucifix⁹ est. Sed nobis in ueritate crucifix⁹ est: in ueritate redēptor noster. Manichæ⁹ est qui abnegat ueritatē: qui carnē christi negat: & ideo nō est illis remissio peccatorū. Sed ē impietas manichæorū. Quā & clēmētissimus execratus est imperator: & oēs qui illos uiderūt: quasi quædā cōtagia refugerūt. Sicut testes sūt fratres & cōpresbyteri mei Crescēs: Leopardus: Alexāder

LIBER X EPISTOLA LXXXII

sancto feruentes spiritu: qui eos omnium execratione danatos: mediolanensi ex urbe quasi pfugos reppulerunt. Ita Iouinianum: Auxentium: Germinatorum: Felicem: Protinum: Geniale: Martianum: Ianuarium & Ingeniosum: quos sanctitas tua danauit: scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse danatos. Incolumem te & florentissimum deus noster tueatur omnipotens: domine dilectissime frater. Item subscriptio. Ego Euentius episcopus saluto sanctitatem tuam in domino: & huic epistolae subscripsi. Maximus episcopus: Felix episcopus: Bassianus episcopus: Theodolus episcopus: ex iussu domini episcopi Geminiani: ipso praesente Aper presbyter subscripsi. Eustasius episcopus: Constantius episcopus: Eustasius episcopus & omnes ordines subscripserunt.

Sancti Ambrosii ad Vercellensem ecclesiam: & eos qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi: dolenter conquerentis quod ipsa sola adhuc sacerdotem non habeat: illosque admonentis ut paratum exempla sequantur ad postulandum sacerdotem. Eorumque praeterea errorem qui nullum dicunt esse abstinentiae meritum uel uirginitatis fructum: rationibus: scripturis & exemplis confutantibus: uoluptatem quoque condemnantibus: & ieiunium: abstinentiam: temperantiam ac uirginitatem excellenter commendantibus. Vercellenses deinceps ad constantiam & alias uirtutes exhortantis. Quod maxime in episcopi petitione abesse debeat malignitas. Ac tandem qualis in episcopum eligendus: quale sue & ipsi esse debeant exponentis: Epistola. LXXXII.

 Charith intellectus est. Oreb omne cor quasi cor dicitur. Bersabe quoq; puteus sep-
 timi: aut iuramēti latina interpretatio est. Primū Helias in Bersabe est: cōcessit ad san-
 ctæ legis mysteria diuiniq; iuris sacramēta. Postea ad torrentē mittit: ad illū flumi-
 nis impetū qui lætificat ciuitatē dei. Vtrūq; aduertis unius auctoris testamentū: ue-
 tus scriptura quasi puteus p̄funda atq; obscurior: unde cū labore haurias: nō plenā:
 Matth. 5. quia adhuc qui implet eā nō uenerat. Deniq; postea ait: Nō ueni legem soluere
 sed implere. Ideo ad fluuiū transire sanctus a christo iubet: qm̄ qui de nouo testamē-
 to biberit: nō solum flumen est: sed flumina de uentre eius fluēt aqua uiuæ: flumina
 intellectus: flumina cognitionis: flumina spiritualia: quæ tamē p̄fidia aruerunt tēpo-
 re: ne sacrilegi biberent: potarent p̄fidi. Ibi p̄phetā dñi agnoscebant corui: quē non
 agnoscebant iudæi. Pascebant corui quē genus regale illud & nobile p̄sequabatur.
 Quæ est Iegabel quæ p̄sequabatur: nisi synagoga uane fluens: uane abundās scri-
 pturis: quas neq; custodit neq; intelligit. Qui corui pascebant: nisi quorū pulli eū
 Ps. 146. inuocant: quorū iumentis dat escā: ut legimus: Et pullis coruorū inuocantibus eum.
 Sciebāt illi corui quē pascerent: qui iuxta intellectū erāt: & ad illū cognitionis sacre
 fluuiū escam uehebāt. Pascit p̄phetā: qui intelligit: q custodit quæ scripta sunt: Da-
 te ipsum ei cibū: fides nostra ei alimentū: nō erit p̄fectus: mētes ille nostras sensusq;
 pascitur in nostro sermo eius intellectu epulat. Dam⁹ ei panē qui in lumine euāge-
 lij positi cōferim⁹ ei nostri firmamēta cordis. His aliē: his uiget: his ieiuna diu replet
 ora: quibus iudæorū p̄fidia nullū fidei cibū subministrat. Ieiunus est illis ois sermo
 p̄pheticus: cui⁹ adipē interiorē nō uident exelus & tenuis qui impugnare eorū fau-
 ces nō pōt. Fortasse ideo deferebāt ad uesperā carnes q̄si fortiores cibos quos in-
 firmi ingenio corinthij nō poterāt sumere: & ideo lacte potabant ap̄lico. Escæ ergo
 fortior ad uesperā mūdi huius deferebat: mane panis. Et ideo quia dñs banc mini-

LIBER X EPISTOLA LXXXII

strari mandauit alimoniã: bene illud ppheticũ dici ei hoc loco cõuenit: Exitu matu-
tino & uespere delectabis. Et infra: Parasti cibũ illoꝝ: q̃a ita est præparatio ei⁹. Sed
satis de magistro dictũ puto: nunc discipulorũ uitam psequamur: quia in illam se lau-
dẽ induerunt hymnis dies ac noctes psonãt. Hęc nempe angelorũ militia est: semp
esse in dei laudibus: orationib⁹ cõciliare crebris: atq; exorare dominũ: student lecti-
one uel operib⁹ cõtinuis mentẽ occupant: separari a coetu mulierũ: sibi ipsi inuicẽ uir-
tam præbent custodiã. Qualis hęc uita in qua nihil sit qđ timeas: & qđ imiteris plu-
rimũ adest ieiunij labor: cõpensatur mentis placiditate: leuat̃ usu: sustetãt ocio: aut
fallitur negotio: nõ onerat̃ mundi sollicitudine: nõ occupat̃ alienis molestijs: nõ ur-
get̃ urbanis discursibus. Huic uel seruando uel edocẽdo muucri aduertitis qualis
adhibẽdus magister sit: quẽ reperire possum⁹: si uestra hũanitas aspiret: si uos done-
tis inuicẽ uobis: si quis ab altero se læsum putat. Nõ em̃ hęc sola est forma iusticiã:
ut nõ lædas eũ qui te nõ læserit: sed etiã illa: ut etiã ei remittas q te læserit: lædimur
plærũq; fraude alterius: dolo pximi. Nũquid hoc uirtutis putam⁹: ut dolũ ulciscar
mur dolo: fraudẽ referamus fraudib⁹? Etem si iusticia uirtus est: crimine debet uaca-
re: nec improbitatẽ improbitate refellere. Quæ em̃ uirt⁹: hoc a te fieri: qđ in altero ipse
punias: Cõtagio ista improbitatis nõ ultio est. Nihil aut̃ interest cui malefacias utrũ
iusto an iniusto: cũ te malefacere nõ oporteat. Neq; distat quõ malign⁹ sis: utrũ uin-
dicandi studio: an uoto nocẽdi: cũ malignitas in utroq; genere nõ careat rẽphẽsiõẽ.
Nã malignũ esse: ab iniusto nihil distat: ideoq; dictũ est: Noli malignus esse inter ma-
lignãtes: neq; æmulatus fueris faciẽtes iniquitatẽ. Et supra idẽ: Odio habui cõgrega-
tionẽ malignantiũ. Omnes utiq; cõplexus est: nullũ excepit: malignitatẽ tenuit: nõ
causã interrogauit. Quæ aut̃ melior forma q̃ iusticiã diuinã: Dicit em̃ dei fili⁹: Dili-
gite inimicos uos. Et iteꝝ dicit: Orate p calũniantib⁹ & psequẽtib⁹ uos. Eousq; pfe-
ctis studiũ adimit ultionis: ut lædentiũ charitatẽ imperet. Et qm̃ in ueteri scriptura
dixit: Mibi uindictã: & ego retribuã. Et in euangelio ait orãdum p ijs qui læserint:
ne in eos uindictet q uindicanđũ pmisit. Vult em̃ ex tua dimittere uoluntate: in quo
ex sua conuenit̃ pmissione. Q si uindictã requiris: habes: quia iniustus amplius su-
is puniẽt̃ opinionib⁹ q̃ iudiciarijs seueritatib⁹. Et qm̃ nemo potest esse sine aliquib⁹
aduersis: id agamus: ne nobis nostro iudicio aduersa accedant. Nemo em̃ graui⁹ ali-
eno cõdemnari põt iudicio q̃ inspiens suo: qui sibi est auctõr malorũ. Vnde mole-
sta & plena cõtentionis declinem⁹ negocia: quæ neq; fructũ habent: & impedimẽtũ
afferunt. Qq̃ id agere debemus: ne nos arbitrij nostri pœniteat: aut facti. Prudẽ-
tis est em̃ spicere ne frequẽter eũ pœniteat sui. Nunq̃ aut̃ pœnitere solius est dei.

Quis uero iusticiã fructus nisi mētis tranquillitas? Aut quid est iuste uiuere nisi cũ
tranquillitate uiuere? Qualis forma fuerit dñi: talis totius domus est stat⁹. Q si do-
mi quærunt̃ ista: quãtomagis in ecclesia: ubi & diues & pauper: seru⁹ & liber: græcus
& scytha: honoratus & plæbei⁹ omnes in christo unũ sumus. Nemo præsumat: q̃a
diues est: plus sibi deferendũ. Ille est diues in ecclesia: qui pauperi nõ sibi diues est.
In ecclesia quidẽ fidelis diues est. Fideli em̃ totus mundus diuitiarũ est. Quid em̃
mirũ si mũdũ fidelis possidet: christi hæreditatẽ possidet quæ preciosior est mũdo?
Sanguine p̃cioso redempti estis: omnib⁹ utiq; nõ solis pecuniosis dictũ est. Sed uul-
tis diuites esse: Sequimini dicentẽ: Sancti in omni cõuersatione estote. Nõ diuitib⁹
dicit: sed omnib⁹: quia sine discrimine psonarũ iudicat: ut bonus testis ei⁹ Apl̃s dicit:
Et ideo nõ in remissione: nõ in fastidio: nõ in exaltatione cordis: sed in timore iquit
hoc incolatus uestri tẽpus cõuersamini. Tẽpus accepistis hac in terra: nõ ppetuita-
tẽ: quasi tẽpore utamini q̃ sciatis uos migraturos. Nolite in diuitijs cõfidere: q̃a oia il-
la hic relinquunt̃. Sola uos comitabit̃ fides. Erit̃ sane etiã iusticia comes: si fides præ-
uia sit. Quid uos palpant diuitiã: Nõ auro uel argento: nõ possessionib⁹: nõ sericis
uestibus de uana uestra cõuersatione redẽpti estis sed p̃cioso sanguine christi lesu.
Ille ergo diues ẽ q̃ fuerit hæres dei: christi cobares. Noli pauperẽ cõtẽnere: ille te
diuitẽ facit. Noli egentẽ fastidire. Iste paup clamauit ad dñm: & dñs exaudiuit eũ.

Ps. 36.
Ps. 25.
Matt. 5.
Deut. 32.

Ps. 35.

Noli inopē refutare: & christus paup factus est: ut te inopia sua diuitē faceret. No
 Matth. 10. li quasi diues te attollere: Sine pecunia misit apostolos suos. Deniq; primus eorū di
 Act. 3. xit: Argentū & aurū nō habeo: sed fidē habeo. Gloriatur in paupertate quasi refugiat
 cōtaminationē. Argentū inquit & aurū nō habeo sed fidē habeo. Satis diues sum in
 nomine Iesu: qđ sup omnē hominē est. Argentū nō habeo: sed nec requiro. Aurum
 nō habeo: sed nec desidero: sed habeo qđ uos diuites nō habetis. Habeo qđ pluris
 esse etiā uos arbitramini. Dono pauperibus: ut in nomine Iesu dicā: Cōualescite ma
 nus remissæ: & genua dissoluta. Sed uultis diuites esse: estote pauperes. Tunc eri
 tis p omnia diuites: si fueritis pauperes spiritu. Nō census diuitem sed animus facit.
 Sunt em̄ qui se humiliāt in multis diuitijs & rectæ ac prudēter. Satis em̄ diues om
 nibus naturæ lex est cui cito inuenias qđ abundet. Cupiditatib⁹ aut̄ omnis diuitiarū
 abundantia: inopia est. Deniq; nemo paup nascit⁹ sed fit. Nō ergo naturæ paupertas:
 sed opiniōis est: ideoq; cito inuenit⁹ diues naturæ: difficile cupiditatis. Eten̄ quo pl⁹
 unusquisq; adquisierit plus sitit: & quasi quadam inardescit ebrietate cupiditatū su
 arum. Quid quasi necessariū quæritis cumulū diuitiarū? Nihil tam necessariū q̄ co
 gnoscere quid nō sit necessariū. Quid in carnē retorquetis excusationē? Nō cor
 poris uenter insatiabilē sed mentis auaricia facit. Nūquid caro spem futuri abstulit?
 Nūquid caro spiritualis gratiæ suauitatē ademit? Nūquid caro fidē impediuit? Nū
 quid caro aliqd furoris dñis: uanis opinionib⁹ adiudicauit? Plus amat caro modera
 tā frugalitate: qua exuit onere: induitur salubritate: qua sollicitudinē deponit: assu
 mit tranquillitatē. Sed nec ipsæ diuitiæ uituperabiles. Deniq; redēptio animæ uiri
 diuitiæ eius: qm̄ qui pauperi donat: redimit animā suā. Est ergo & his materialib⁹ di
 uitijs uirtuti locus. Quasi gubernatores estis in magno mari. Si bene qs gubernat
 suū nauigiū: cito transit fretum: ut pueniat ad portū. Qui aut̄ nescit regere suū censū
 onere suo mergit⁹. Ideo scriptū est: Possessio diuitū ciuitas firmissima. Quæ est ista
 nisi hierusalē quæ in cælo est: in qua regnū dei: Bona hæc possessio quæ fructus ppe
 tuos facit. Bona possessio: quæ nō hic relinquit⁹ sed illic possidet. In hac possessione
 qui fuerit dicit: Portio mea dñs. Nō dicit: portio mea ab illis usq; ad illos porrecta
 & diffusa terminos. Nō dicit: portio mea inter illos uicinos: nisi forte inter ap̄los: in
 ter pphetas: inter sanctos dei: hæc est em̄ iusta portio. Nō dicit portio in pratis: non
 in siluis: nō in cāpis: nisi forte in cāpis siluæ: in quibus inuenit⁹ ecclesia: de qua scriptū
 est: Inuenimus eā in cāpis siluæ. Nō dicit: portio mea greges equorū. Mendax em̄
 equus ad salutē. Mō dicit: portio mea armēta boum: asini: oues: nisi forte inter illa
 enumerat armēta quæ agnoscūt possessorē suū: & in illa asina uult consortiū habere
 quæ nō refugit præsepe christi. Et illa ouis sibi portio est: quæ ad immolandū ducta
 est: & ille agnus corā tondēte sine uoce qui nō aperuit os suū: cui⁹ in humilitate iudi
 diciū exaltatū est. Bene ait corā tondēte: q̄ supflua nō ppria in illa deposuit cruce: q̄
 corpuit exuit: nō diuinitatē amisit. Nō quicūq; ergo dicit: Portio mea dñs. Non
 auar⁹ dicit: quia uenit auaricia: & dicit: Mea portio es: ego te subditū habui: mihi ser
 uisti: mihi te in illo aureo uendidisti: mihi te in illa possessione adiudicasti. Nō dicit
 luxuriosus: portio mea christus: qa uenit luxuria & dicit: Mea portio es: ego te in il
 lo mihi mācipauī cōuiuio: in illis epularū reatibus: ego te addictū teneo gulæ & uuæ
 chiro grapho. An ignoras quia cari⁹ fuit mēsa tuæ q̄ uitæ precii⁹? Tuo te iudicio re
 uinco: nega si potes: sed nō negare potes. Deniq; nihil ad uitā reseruasti: totū ad mē
 sam expēdisti. Nō pōt dicere aduiter: portio mea dñs: qa uenit libido & dicit: Ego
 sum tibi portio: mihi te in illi⁹ adolescētulæ addixisti amore: in illi⁹ nocte meretricis
 in meas leges in mea iura migrasti. Nō dicit pditor: portio mea christus: qa statim
 irruit in eū nequicia mali & dicit: Fallit te dñe Iesu meus iste. Habem⁹ exēplū: quia
 cū Iudas panē a christo accepisset: imisit se in cor ei⁹ diabol⁹ quasi possessionē suā uē
 dicans: quasi portionis suæ ius retinēs: quasi dicens: Nō est tu⁹ iste sed meus: me⁹ cer
 te minister: tu⁹ pditor: me⁹ plane iste est: deniq; tecū recūbit & mihi seruit: tecū epu
 lat & mecū pascit. A te panē accepit: a me pecuniā. Tecū bibit: & mihi tuū sanguinē

LIBER X EPISTOLA LXXXII

uendit. Quæ uera diceret probauit. Denique christus recessit ab eo: ipse quoque iudas reliquit Iesum: sequitur diabolus. Quos multos dominos habet qui unum refugerit. Sed nos non refugiamus. Quis refugiat eum quem sequuntur alligati uinculis: sed uinculis uoluntarijs quæ soluunt non alligant: quibus uincti uinculis gloriantur dicentes: Paulus uinctus Iesu christi & Timotheus: Gloriosius ab hoc stringimur quam ab alijs absoluimur & relaxamur. Quis igitur fugiat pacem: quis fugiat salutem: quis fugiat misericordiam: quis fugiat redemptionem? Videtis filij quales euaserint qui hæc secuti sunt: quomodo operentur defuncti. Quarum uirtutum laudem miramur: earum studeamus adipisci industriam: & quas predicamus in alijs: eas in nobis tacite recognoscamus. Nihil molliculæ: nihil infractum ad laudem peruenit. Regnum caelorum cogitur: & cogentes diripiunt illud. Festinantes patres agnum manducabant. Festina est fides: salutis deuotio spes impigra contradictiones animi non amat: sed traductionem ab infructuoso ocio ad fructum laborum. Quid in crastinum differas? Potes & hodiernum diem lucrari. Cauendum est enim ne & illud non teneas & hunc amittas. Non exiguum detrimentum est uel horæ unius: & una hora totius uitæ portio est. Sunt iuuenes qui cito uolunt ad senectutem peruenire: ne subiaceant diutius seniorum arbitrio. Sunt etiam senes qui uelint si possint ad iuuentutem redire. Quorum studium neutrum probum: quia iuuenes fastidiosi presentium quasi ingrati mutationem uiuendi requirunt: senes dilationem: cum possint & iuuenta senescere moribus: & senectus uirere operibus. Neque enim emendationem morum magis ætas affert quam disciplina. Quanto ergo magis nos oportet spem attollere ad regnum dei: uitæ ubi nouitas: ubi gratiæ erit non ætatis commutatio. Non ocio: non somno merces paratur. Nullum opus dormientis est: nullus fructus ocij: immo magis dispendium. Ociosus Esau amisit primatus benedictionem: quia maluit cibum accipere quam querere. Laboriosus Iacob apud utrumque parentem inuenit gratiam. Et tamen cum superior esset Iacob uirtute & gratia: cessit fratris indignationi quam sibi prelatum fratrem iuniorē dolebat. Ideo scriptum est: Date locum iræ: ne alterius indignatio te quoque in peccatum trahat: dum uis resistere: dum uis uindictari. Potes & ab illo & a te remouere culpam: si cedendum putes. Imitare patriarcham qui de consilio matris loquinqua petijt. Et matris cuius? Rebeckæ utique: hoc est: patientiæ. Cuius enim nisi patientiæ hoc consilium esse poterat? Amabat mater contra affectum patris amoris dimitti filium. Maluit enim sibi eum exulare quam deo. Et quia bona mater: utrique detulit: iuniori filio benedictionem quam conseruare poterat. Non enim filium filio: sed impigrum ocioso prætulit: fidelem infido. Sed etiam filio ipsi seniori non parum contulit amando minorem filium ne paricidium faceret. Itaque quoniam ob pietatem non propter improbitatem exulabat a parentibus: loquebatur cum deo: augebatur censu: liberis gratia. Neque his tamen elatus est: cum fratri occurreret: sed humiliatus adorauit: non utique illum immitte: illum furibundum: illum degenerem: sed eum quem in fratre considerabat: ideoque adorauit septies numero scilicet remissionis: quia non hominem adorabat sed deum quem in carne hominis esse uenturum præuidebat spiritu: ut tolleretur peccata mundi. Quod tibi ex Petri responsione aperit mysterium: dicente eo: Si peccauerit in me frater meus: quotiens remittam ei? Usque septies. Vides quoniam peccatorum remissio: typus erat illius magni sabbati: illius quietis perpetuæ gratiæ: & ideo contemplatione donatur. Sed quod sibi uult: quod & uxores: & filios: & omnes disposuit suos: & præcepit ut & ipsi adorarent super terram. Non utique ut elementum quod plerumque replet sanguine: in quo officina est scelestorum: aut uastis plerumque horret cautibus: aut præruptis rupibus: aut sterili & ieiuno solo: sed ut carnem præsidio nobis futuram. Et fortasse hoc illud est mysterium quod edocuit dominus dicens: Non solum septies sed & septuagies septies. Et uos igitur donate iurias uestras: ut sitis filij Iacob. Nolite exasperari sicut Esau. Imitamini sanctum Dauid: qui tamquam bonus magister reliquit nobis quod imitemur: dicens: Pro eo ut diligerent me: detraxerunt mihi: ego autem orabam: & cum maledicerem orabat. Bonum scutum oratio: qua contumelia excludit: maledictum repellit: & in ipsos qui maledixerunt: frequenter retorquet: ut suo telo uulnerentur. Maledicet inquit & tu benedices. Ambigua hominum maledictio: quæ acquirit dominicam benedictionem. Quod superest charissimi: considerate: quia Iesus extra portam passus est: & uos egredimini de hac terrena ciuitate: quia ciuitas uestra superior est

Ad philemonem

Matt. 11.

Matt. 18.

Ibidem.

Ps. 108.

Ibidem.

Heb. 13.

- Ps. 7.** hierusalē: ibi cōuersamini: ut dicatis: Nostra autē cōuersatio in cælis ē. Ideo Iesus exiit de ciuitate: ut uos exeūtes de hoc mūdo supra mūdū sitis. Moyses solus q̄ deū uidebat: extra castra habebat tabernaculū: q̄n loquebat̄ cū deo: & hostiaꝝ quæ pro peccato fiebāt: sanguis quidē altarib⁹ inferebat̄: quia nemo intra mūdi hui⁹ uitia positus peccatū deponit: nec sanguis ei⁹ accept⁹ est deo: nisi de corporis hui⁹ exeat in quinamēto. Hospitalitatē diligite: p̄ quā sanctus Abraam inuenit gratiā. Hospitio suscipere filiū Sara meruit effæta iā senectute. Loth quoq; so domitani excidij euasit ignē: & tu potes suscipere angelos: si adueniētibus hospitiiū tuū offeras. Quid de Raab dicā quæ hoc munere inuenit salutē? Cōpatimini ijs qui alligati tenet̄ uinculis: tanq̄ simul alligati. Cōsolamini in luctu positos. Melius est em̄ ire in domū luctus q̄ in domū gaudiij. Illinc officij meritū boni: hinc uitii lapsus refer̄. Postremo illinc mercedē speras: hic recepisti. Sentite laborātibus tanq̄ simul laborātes. Mulier uiro deferat nō seruiat: regendā se præbeat: coercendā. Indigna est cōiugio quæ digna est iurgio. Vir quoq; uxorē tanq̄ gubernator dirigat: tanq̄ cōsorte uitæ honoret: participet ut cohæredi gratiæ. Matres ablaçtate filios: diligite eos: & orate p̄ ijs ut lōgæui sup terrā sint: nō in terra sed sup terrā. Nihil em̄ longæuū in hac terra: & qđ est diu: breue est & magis lubricū. Monete eos ut magis crucē dñi tollāt q̄ hāc uitā diligant. Maria mater dñi ante crucē filij stabat. Nullus me hoc docuit: nisi sanctus Iohānes euāgelista. Mundū alij cōcussum in passiōe dñi: cōscripserūt: cælū tenebris obductū: refugisse solē: in paradisu latronē: sed post piā cōfessionē receptū: Iohānes docuit qđ alij nō docuerūt: quēadmodū in cruce posit⁹ matrē appellauerit. Pluris putat̄ q̄ uictor suppliciorū pietatis officia matri exhibeat q̄ q̄ regnū cæleste donabat uitæ æternæ. Nā si religiosū est q̄ latroni donat̄ uenia: multo uberioris pietatis est q̄ a filio mater tāto affectu honorat̄. Ecce inquit filij tuus: Ecce mater tua. Testabat̄ de cruce christ⁹: & in matrē atq; discipulū diuidebat pietatis officia. Cōdebat dñs nō solū publicū sed etiā domesticū testamentū: & hoc eius testamentū ligabat Iohānes: dignus tanto testatore testis. Bonū testamentū nō pecuniæ sed uitæ æternæ: qđ nō atramento scriptū est sed spirītu dei uiuū: qui ait: Lingua mea calamus scribæ uelociter scribētis. Sed Maria nec minor q̄ matrē christi decebat: fugientib⁹ aplis ante crucē stabat: & pijs spectabat oculis filij uulnera: quia expectabat nō pignoris mortē sed mundi salutē. Aut fortasse qa cognouerat p̄ filij mortē mundi redēptionē ayla regalī: etiā sua morte putabat se aliqd publico additurā munerī. Sed Iesus non egebat adiutore ad redēptionē omniū: qui oēs sine adiutore seruauit. Vnde & dicit: Fact⁹ sum sicut hō sine adiutorio: inter mortuos liber. Suscepit qđ affectū parentis: sed nō quæsiuit alteri⁹ auxiliū. Hāc imitamini m̄fes sancte quæ in unico filio dilectissimo tantū maternæ uirtutis exēplū edidit. Neq; em̄ uos dulciores liberos habetis: neq; illud uirgo quærebat solatiū: q̄ aliū posset generare filium. Dñi seruis imperate quasi cōditione subditis: sed ita ut naturæ eiusdē cui⁹ uos estis: cōsortes esse eos memineritis. Serui quoq; dñis seruite cum uoluntate. Etem̄ unusq; qđ natus est: patiēter debet suscipere: nec solū bonis sed etiā asperioribus obedire dñis. Nā quæ est uestre seruitutis grā: si bonis seruiatis sedulo? Sed si etiā asperos pmereamini. Nā liberi quoq; nullā habent mercedē: si peccātes puniātur a iudicib⁹: sed illa merces est: si etiā nō peccātes. Et uos ergo cōteplatione dñi Iesu etiā si difficilib⁹ seruiatis dñis cū patiētia: mercedē habebitis. Siquidē ipse dñs iust⁹ ab iniustis passus est: & patiētia mirabili peccata nostra suæ affixit cruci: ut q̄ illū imitatus fuerit: peccata sua sanguine suo diluat. Ad summā cōuertimini oēs ad dñm Iesum. Sit in uobis uitæ huius delectatio in bona cōsciētia: patiētia mortis cū spe immortalitatis: cōfirmatio resurrectionis cū christi gratia: ueritas cū simplicitate: fides cū cōfidentia: abstinētia cū sc̄titate: industria cū sobrietate: cōuersatio cū modestia: eruditio sine uanitate: sobrietas doctrinæ fidelis sine hæresis temulentia.
- Sancti Ambrosij ad episcopos p̄ Aemiliā constitutos: eos de celebritate paschali instruētis: Epistola. LXXXIII.

Omnis fratribus dilectissimis ep̄is p̄ Aemiliā cōstitutis: Ambrosi⁹ ep̄s. Nō
 d mediocris esse sapiētiae diē celebritatis definire paschalis: & scriptura diuī-
 na nos instruit & traditio maior. Qui cōueniētes ad synodū nicenā inter il-
 la fidei ut uera ita admiranda decreta: etiā sup̄ celebritate memorata: cōgregatis pe-
 ritissimis calculandis: decē & nouē annoꝝ collegere rationē: & quasi quendā cōstitu-
 ere circulū: ex quo exemplū in annos reliquos gigneret. Hunc circulū æneadeca-
 terida nūcupauerūt: sequētes illud: q̄ nō debeamus uana quadā opinione sup̄ cele-
 britate h̄mōi fluctuare: sed uera rōne cōperta ita omniū cōcurrat affectio: ut una no-
 ãe ubiq; sacrificiū p̄ resurrectione dñi deferat. Dñi fratres dilectissimi eo usq; a ue-
 ro nos deuiare nō cōuenit: nec uago ingenio discrepare: ut quædā necessitas cele-
 britatis hui⁹ oibus sit iposita christianis. Quidē ipse dñs eū elegit diē quo pascha
 celebraret: qui cū obseruatiæ ueræ ratione cōcurrat. Scriptū est em̄: Venit autē di-
 es: in qua necesse erat pascha imolari: & misit Petrū & Iohannē dicēs: Euntes ite pa-
 rate nobis pascha: ut māducem⁹. At illi dixerūt: Vbi uis paremus? Et dixit ad illos:
 Ecce introeūtibus uobis in ciuitatē occurret hō amphorā aquæ portans: sequimini
 eū in domū in quā intrat: & dicetis p̄familias: Dicit tibi magister: Vbi ē diuerforiū:
 ubi pascha cū discipulis manducet. Ipse uobis ostēdet in superiorib⁹ locū magnū: ibi pa-
 rate. Aduertim⁹ igit̄ q̄ nō ad terrena descendere sed in superiorib⁹ locū magnū strā-
 tū quærere debeam⁹: ut dñi pascha celebremus. Abluere etiā sensus n̄ros quodā
 sp̄iali aqua fontis æterni: & deuotæ celebritatis tenere mēsurā: nec opinione uulga-
 ri dies quosdā explorare lunares: cū Ap̄ls dicat: Dies obseruatis & mēses & tēpora
 & annos: timeo ne sine causa laborauerim in uobis. Nā incipit esse cōtrariū. Sed
 aliud est obseruare gētilicio more: ut qua luna qd̄ adoriēdū sit iudices: ut puta quin-
 tā esse fugiēdā: nihilq; ea inchoandū. Varios quoq; cursus lunæ obeūdīs negocijs cō-
 mēdare: uel cauere quosdā dies: quēadmodū pl̄ariq; posteros dies uel ægyptiacos
 declinare cōsuerūt. Aliud est em̄ obseruantia religioſæ mētis intēdere in eū diem
 de quo scriptū est: Hic est dies quē fecit dñs. Nā & si scriptū sit q̄ pascha dñi quar-
 todecimo die mēsis primi celebrari debeat: & uere quartādecimā lunā ad celebra-
 dū dñicæ seriē passionis ingere debeam⁹: tñ ex hoc possum⁹ intelligere: q̄ ad h̄mōi
 solēnitatē: uel ecclesiæ p̄fectio: uel claræ fidei plenitudo quærat: sicut dixit p̄pheta
 cū loqueretur de filio dei: Quia sedes eius sicut sol in cōspectu meo: & sicut luna p̄fe-
 cta in æternū manebit. Inde ē q̄ & ipse dñs cū opera in terris mirāda fecisset: quasi
 iam fundata humanarū mentiū fide: tēpus passionis esse memorauit dicēs: Pater ue-
 nit hora: clarifica filiū tuū: ut fili⁹ tuus clarificet te. Hanc em̄ celebrādæ passiōis cla-
 ritudinē quæsitā: alibi docet dicens: Ite dicite illi uulpi: Ecce eijcio dæmonia hodie:
 & cras sanitates p̄ficio: & sequēti cōsummor die. His utiq; cōsumatur Iesus qui in-
 cipiunt esse p̄fecti: ut plenitudinē diuinitatis & redemptionis eius: fide sua credant.
 Ergo & diē & horam exquirimus: ut scriptura nos instruit. Propheta etiā Dauid
 dicit: Tēpus faciendi dñe: petens accipere sensum ad cognoscēda dñi testimonia.
 Ecclesiastes ait: Omni rei tēpus. Hieremias clamat: Turtur & birūdo: agri passerēs
 agnouerūt tēpora introit⁹ sui. Quid autē euidētius q̄ de passione dñi dictū uideri:
 Agnouit bos possessore suū: & asinus p̄sepe dñi sui: Agnoscam⁹ ergo hoc p̄sepe
 dñi: in quo alimur: pascimur & reficimur. Hoc igit̄ tēpus p̄cipue scire debe-
 mus: quo p̄ uniuersum orbem cōsona sacræ noctis fundat̄ oratio: quia & tēpore cō-
 mendant̄ preces: sicut scriptū est: Tēpore accepto exaudiui te: & in die salutis adiu-
 uui te. Hoc est tēpus de quo Apostolus dixit: Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nūc
 dies salutis. Vnde necesse fuit quia etiā post ægyptiorū supputationes & alexan-
 drinæ ecclesiæ definitionē: Ep̄iscopī quoq; romanæ ecclesiæ p̄ litteras pl̄ariq; meam
 adhuc expectant sententiā: quid existimē scribere de die paschæ. Nam licet futuri
 diei paschæ inciderit quæstio: tamē etiā in reliquū quid tenendū uideatur aperim⁹:
 si qua quæstio talis incurrit. Duo autē sunt obseruāda in solēnitate paschæ: quarta
 decima luna: & prim⁹ mēsis qui dicit̄ nouorū. Itaq; ne a ueteri testamēto uideamur

Luc. 22.

Gal. 4.

Ps. 117.
Exo. 12.

Ps. 88.

Job. 17.

Luc. 13.

Ps. 118.
Eccl. 3.
Hiere. 8.

Esa. 1.

Ibidem. 49.

2. Cor. 6.

discedere: ipsum de paschæ celebrandæ die capitulū recēsam^o. Monet Moyses
 populū dicens custodiendū mēsem nouorū: eū primū esse mēsem prædicās. Ait em̄
 Exo. 12. Hic mensis uobis principiū mensū: primus in mētib⁹ anni: & facies pascha dño deo
 Job. 1. tuo quartadecima die mēsis primi. Lex nēpe p Moysen data est: gratia aut̄ & ue-
 ritas p Iesum christū facta est. Ipse ergo qui legē locut⁹ est: postea ueniens p uirginē
 Matth. 5. nouissimis tēporibus: plenitudinē legis cōsumauit: quia uenit nō legem soluere sed
 implere: & celebrauit pascha hebdomadæ in qua fuit quarta decimā luna: quinta fe-
 ria. Deniq; ipsa die (sicut superiora docet) pascha cū discipulis māducauit. Sequē-
 ti aut̄ die: hoc est: sexta feria: crucifixus est: luna quintadecima. Sabbato quoq; mag-
 no illo sextadecimā fuit. Ac p hoc septimadecima luna resurrexit a mortuis. Vnde
 hæc lex paschæ nobis seruāda est: ut nō quartadecimā obseruemus in die resurrec-
 tionis: sed in die magis passionis aut certe alijs p̄ximis superiorib⁹ dieb⁹. Quia re-
 surrectionis celebritas die dñica celebrat̄: dñica aut̄ ieiunare nō possumus: quia ma-
 nichæos etiā ob istius diei ieiunia iure dānamus. Hoc est em̄ in resurrectione christi
 nō credere: si legē quis ieiunij die resurrectionis indicat: cū lex dicat pascha edendū
 cū amaritudine: hoc est: cū dolore: q̄ tanto sacrilegio hominū auctor salutis sit inter-
 emptus. Die aut̄ dominica exultandū p̄pheta docet dicēs: Hic est dies quē fecit
 Ps. 117. dñs: exultemus & lætemur in ea. Ergo nō solū passionis diē sed etiā resurrectiōis
 obseruari oportet a nobis: ut habeamus & amaritudinis & læticiæ diē: illa ieiunem⁹:
 isto reficiamur. Vnde si inciderit sicut futurū est p̄xime: quartadecima luna mēsis
 primi die dñica: quia neq; dñica ieiunare debemus: neq; tertiadecima luna die sab-
 bati incidente ieiuniū soluere: qđ maxime die passiōis est exhibendū: in altera heb-
 domada celebritas paschæ est differēda. Siquidē sequit̄ q̄ntadecima luna qua pas-
 sus est christus: & erit secūda feria: tertia quoq; feria erit sextadecima luna: qua dñi
 caro i sepulchro quieuit: cū quarta etiā feria septimadecima luna futura sit: qua dñs
 resurrexit. Cū igit̄ triduū illud sacrum in hebdomadā p̄xime cōcurrat ultimā in tra-
 Job. 2. qđ triduū & passus est & quieuit & resurrexit: de quo triduo ait: Soluite hoc tēplū:
 & in triduo refuscitabo illud: qđ nobis pōt molestiā dubitationis afferre. Nā si ea
 res scrupulū mouet: quia quartadecima luna non celebram⁹ ipsum diē uel passionis
 uel resurrectionis: ipse dñs nō quartadecima luna passus est sed quintadecima: & se-
 ptimadecima resurrexit. Q̄ si mouet q̄ q̄rtadecimā lunā transeūtes: quæ die dñi-
 ca incidit: hoc est: quartadecimo kalēdas maij: sequēti dñica instaurandā celebra-
 tē suademus: auctoritas extat h̄mōi. Nā tēporibus paulo superiorib⁹ cū incidisset q̄r-
 tadecima luna mensis primi in dñicam diē: sequenti altera dñica celebrata solēnitas
 est. Octogesimo aut̄ anno & nonagesimotertio: ex die imperij Diocletiani: cū q̄r-
 tadecima luna esset nono kalēdas aprilis: nos celebrauimus pascha pridie kalendas
 aprilis. Alexandrini quoq; & ægyptij ut ipsi scripserūt: cū incidisset quartadecima
 luna & uigesimo & octauo die pharmutij mēsis: celebrauerūt pascha q̄nta die phar-
 mutij mensis quæ est pridie kalendas aprilis: ac sic cōuenere nobiscū. Rursus no-
 nagesimo & tertio anno a die imperij Diocletiani: cū incidisset quartadecima luna in
 quartūdecimū diē pharmutij: mensis quæ est quinto idus aprilis quæ erat dominica
 die: celebratū est pascha dñica pharmutij uigesimo & primo die qui fuit s̄m nos q̄n-
 todecimo kalendas maij. Vnde cum & ratio sit & exemplū: nihil sup hoc mouere
 nos debet. Nunc illud est: qđ enodandū uidetur: quia plariq; putant secūdo mēse
 nos celebraturos pascha: cū scriptū sit: Custodi primū mēsem nouorū: qđ nō pōt in-
 cidere: ut præter mēsem nouorū pascha celebrent: nisi qui quartadecimā ita obser-
 uant s̄m litterā: ut nō alio: nisi ipso celebrent die. Deniq; in futurū iudæi duodeci-
 mo nō primo mēse celebraturi sunt pascha: hoc est: tertio kalēdas aprilis s̄m nos:
 s̄m ægyptios autem uigesimo quarto die phamenothe mensis qui est nō prim⁹ mē-
 sis sed duodecim⁹: & incipit sexto kalendas aprilis: & finitur septimo kalēdas maij.
 Ergo s̄m ægyptios primo mēse celebraturi sum⁹ dñicam paschæ: hoc est: septimo
 kalendas maij: qui est dies trigessimus pharmutij mensis. Nec absurdū arbitror ut

inde obseruandi mensis trabamus exemplū: ubi primū pascha celebratū est. Vnde & maiores nostri in tractatu cōcilij niceni: eum diē endecateride: si quis diligenter intendat: statuendū putarunt & ipsū mensem nouorū recte custodierunt: quia in ægypto hoc primo mense noua secant frumenta. Hic autē mensis & primus est s̄m ægyptiorū puentus: & primus s̄m legem: & octau⁹ est s̄m cōsuetudinē nostrā. Indictio em̄ septēbri mense incipit. Octauo igiē mensæ kalēdæ aprilis sunt. Incipit autē mēsis nō s̄m uulgarem usum sed s̄m cōsuetudinē peritorū ab æquinoctio qui dies est duodecimo kalēdas aprilis: & finitur undecimo kalēdas maij. Inde maxime intra hos triginta & unū dies sæpe celebrati paschæ dies. Sed cū ante bienniū celebrauerimus paschæ dominicā undecimo kalēdas maij: hoc est: trigesimo die mensis s̄m nostram scilicet calculationē: moueri non debemus si & p̄xime trigesimo die pharmutij mensis celebraturi sumus paschæ dominicā. Verū si quis mensem secundū inde existimat: quia post triduū cōpleti mensis qui cōpleri uideēt undecimo kalēdas maij: paschæ dominica erit: illud cōsideret: quia quartadecima luna quæ quærit quartodécimo kalēdas maij erit: hoc est: intra præscriptū mensis numerū. Lex autē diem passionis exigit intra primū nouorū debere celebrari. Satisfactū est igitur s̄m plenitudinē lunæ: cui ad complendū mēsem sup̄sunt tres alij dies. Nō ergo in alterū mensem recidit: quā intra eundē mensem qui prim⁹ est: pascha celebrabit. Ad litteram autē nos teneri nō oportere (licet cōsuetudo celebrādi paschæ ipa nos instruat) tamē & Ap̄lus docet qui ait: Pascha nostrū immolat⁹ est christus. Sed & p̄posita *i. Cor. 9. Exo. 12.* lectio docet litterā nō cōsequendā. Sic em̄ habes: Et facies paschā dño deo tuo quartodécimo die mensis primi. Diē p̄ luna dicit. Vnde peritissimi quoq; s̄m legē lunari cursu cōputant mēsem: & ideo cū a plurib⁹ nonis lunæ cursus incipiat: hoc est: dies primus: uidēs nonas maij adhuc ad mēsem primū nouorū cōputari posse. Ergo & iuxta legis sententiā primus hic mensis est. Deniq; menem lunā uocant græci: unde menas græce dicūt menses: & naturalis usus nationū exterarū lunā p̄ diebus appellat. Aliū autē diē passionis: aliū resurrectionis celebrandū: ueteris quoq; testamenti series ostēdit. Sic em̄ habes: Agnus sine macula mūdus cōsummatus anniculus masculus erit uobis: ab ouib⁹ & hādis sumetis: & erit uobis in obseruatione usq; in quartadécimā mensis hui⁹: & occidētis illum tota multitudo synagogæ filiorū israel ad uesperū: & sument de sanguine ei⁹: & ponent sup̄ duos postes: & sup̄ limen ostij domus: in quibus māducabunt eū inter semetipsos: manducabūt carnē hanc noctis: igni assam. Et infra: Et edētis illū cum sollicitudine paschæ. Pascha est em̄ dñi: & p̄trāsibō in terrā ægyptiorū in nocte illa: & p̄cutiā omne primitiuū in ægypto ab hoie usq; ad pecus: & in omni terra ægypti faciā uindictam: ego domin⁹. Et erit uobis sanguis in signo in domibus: in quib⁹ eritis: ibi & uidebo sanguinē: & p̄tegam uos: & nō erit uobis in plaga exterminij. Et conterā terrā ægypti: & erit dies hic uobis memorabilis & solēnis: & diē festū agetis eū dño in p̄genies uestras: legitimū sempiternū: diē festum agetis illū. Aduertimus & passionis diē descriptū in ieiunio: quia ad uesperum occidēdus est agnus: licet ultimū tēpus p̄ uespere possimus accipere s̄m lobānē qui ait: Pueri nouissima hora est. Sed & iuxta mysteriū uespere diei cōstat occisū: *i. Job. 2.* quādo tenebræ statim factæ sunt: & ieiuniū deferendū eo die uerū est: quia ita edētis illū cū sollicitudine. Ieiunātibus em̄ sollicitudo adhæret. Resurrectionis autē diē exultatio refectionis est atq; læticiæ: quo die uideēt exisse p̄plus ex ægypto primitiuis ægyptiorū necatis: qđ posteriora euidēt⁹ docēt: quib⁹ ait scriptura: Quia postq̄ fecerūt iudæi pascha: sicut præcepit Moyses: factū est circa mediā noctem: & dñs p̄cussit omnem primitiuū in terra ægypti a primitiuo Pharaonis. Et uocauit Pharaon Moysen & Aaron nocte: & dixit illis: Surgite & exite de populo meo: & uos & filij israel ite & seruite dño deo uestro. Et urgebant ægyptij populū festinantes q̄ celerime expellere. Deniq; sic p̄fecti sunt israelitæ: ut nō occurreret sibi agymā fermētare. Eiecerunt em̄ eos ægyptij: & nō potuerunt sustinere: apparatus sibi fecerant in uia. Reseratū est igitur diē resurrectionis obseruandū post dies passionis. Qui *Exo. 12.*

dies resurrectionis nō quartadecima luna debet esse sed postea: ut uetus loquitur testamentū: quia dies resurrectionis is: cū egrediens populus de ægypto in mari & in nube baptizatus: ut Apostolus dicit: mortē uicit: panē spirituale accipiens: & potum de petra hauriens spirituale. Nec passionē domini die dñica posse celebrari: etiā si quartadecima luna in dominicā incidērit: adiungendā hebdomadē alteram: sicut & septuagesimosexto anno die imperij Diocletiani factū est. Nā tunc uigesimooctauo die Pharmutij mensis qui est septimo Kalendas maij: dominicā paschæ celebrauimus: sine ulla dubitatione maior. Simul etiā lunæ cursus & ratio suffragatur: quā uigesima prima luna proximū pascha celebrandū est. Nā usq; ad uigesimā primā lunā cōsueuit extendi. Ergo cū tot ueritatis indicia concurrant: iuxta maiorē exēpla festū publicæ salutis læti exultantesq; celebrem⁹: postes nostros ubi est ostium uerbi qđ sibi Apostolus optat aperiri: fide passionis dominicæ colorātes. De hoc ostio dicit etiam Dauid: Pone domine custodiā ori meo: & ostium circuit⁹ labijs meis: ut nihil aliud nisi sanguinem christi loquamur: quo mortem uicimus: quo redempti sumus. Flagret in nobis odor christi. Ipsum audiamus: in illum & mentis & corporis oculos dirigamus: opera eius mirantes: beneficia prædicātes: super limē ostij nostri sacræ redemptionis cōfessio resplendeat. Sumamus feruenti spiritu sacramentū in agymis sinceritatis & ueritatis: pia doctrina gloriam patris & filij & spiritus maiestatem indiuiduam cōcinentes.

Ps. 140.

Sancti Ambrosij ad sacram uirginē Demetriadem: magnis præconijs ueram humilitatem exaltantis: aduersantēq; illi superbiam digna uituperatione cōfundentis: Ac p hoc ipsam ad elationē cauendā & præsidio sincære humilitatis armādā persuadentis: Ep̄la. LXXXIII.

Ambrosius episcopus sacræ uirgini Demetriadi. Cū splendidissimæ sancti-
a moniæ tuæ sublime ppositum sup humilitatis fundamenta consistere pie & sapienter intelligis: in hoc usq; o sacra uirgo Demetrias dignationē tuæ dignitatis inclinas: ut puectiones tuas etiā meo stilo exigas adiuuari. Qđ ego ad tenuitatē facultatis meæ respiciens omnibus modis recusarē: neq; tam maturo & erudito animo cohortatiunculas meas adhibere præsumerē: nisi fiduciam efficiendi id qđ iubetur: a iubente cōciperē: & tuis meritis atq; orationib⁹ confiderē esse præstādum: ut oriatur in deserto aqua: & fiant in sicca terra flumina. Vnde collaborandū tibi mecū est: ut qui sapientiā præstat paruulis: & linguas mutorū facit disertas: iubeat de cordis mei ariditate pfluere: qđ sitis tua digne possit haurire. Quæ ergo materia stilo dabitur: & unde loquēdi tecū causā sumetur? Si laudes tuas scribere aggrediar: & maiorū seriem quæ p te multū illustratur: euoluā: onerosum me forte & impudentē uideri posse arbitror: qui uel humanæ tibi gloriæ tentationē adulando ingeram: uel tuis ac tuorū prædicationibus ingenij meū par esse præsumā. Si uero de cōmendando uirginitatis bono differā: superflua erit eius nunc ppositi insinuatio: qđ tu a primo ætatis tuæ flore sine humanis cohortationibus elegisti: & de quo inter ipsa principia multi qui tunc in ecclesia præminebant: merito nō siluerūt.

Valde em̄ mirabile erat: & inter præcipua diuinæ gratiæ exempla numerādum: qđ uirgo anicia sup omnes fastigiū trabēs beatæ nobilitatis euecta: de cuius sæcunditate auis atq; atauis responsura posteritas: & familiæ uotis expectabat & patriæ: cōuerso repente animo desiderio cælestiū nuptiarū declinasti mortale coniugiū: Et ut omnē pspiciam tuam etiā huius uirtutis titulo cōsecrares: primā stirpis tuæ ppetuā & uirginē filio uirginis spopōdisti. Illam ergo ætatē tuam & illa principia rationabiliter doctissimi uiri suis adhortationibus incitarunt. Et licet plantationi suæ summ⁹ agricola ualida ad pfectū tuū icremēta præberet: cooperatores tamē gratiæ dei oportune piā adhibere culturā: ut germē tenerū fortitudinis robur acciperet: & dignos generositate sua fructus ppositi tui arbor afferret. Nostris autem paginis quid erit loci: & post ornatissima scripta excellentiū magistrorū quid utilitatis in eo quē indicere dignata ex sermone reperies: nisi forte quia & illoꝝ in doctrinis & tuis stu-

LIBER X EPISTOLA LXXXIII

dijs ad sublimiores gradus uirtutū cōsuetudo pficit: cauendā te elationis admoneam: & humilitatis tibi sinceritatē fida suggestione cōmendē: ut in omnibus actionibus: in quibus tibi es bene cōscia: nunq̄ audeas esse secura. De hoc igit̄ cōgruētissimo tibi & saluberrimo bono qđ dñs douauerit differamus: ut inspectioni nostræ nō tantū uisibilia ei⁹: sed etiā occulta referent. Est em̄ multiplex uirtutis istius⁹ qualitas: & licet in exteriorib⁹ quoq; pulchra sit: in intimis tñ suis multo ē speciosior multoq; luculetior: ubi nihil obscurū: nihil turbidū: nihil est ingetū. Quia pax multa diligentibus legē dei: & nō est illis scandalū. Accessuri aut̄ ad beatæ humilitatis intuitū: omne illā abiectiōne: quæ ignauos & incōstantes animos deprimit repellam⁹. Nec generale nomē ita nos a iudicio discretionis excludat: ut oēs quoquo modo humiles putem⁹ esse laudabiles. Imitat̄ quidē plerūq; necessitas uoluntatē: & ab imagine modestiæ parū differt forma segniciæ. Sed aliud ē qđ grauat: aliud qđ exercet: nec in eūdē finē uenit labor indeclinabilis miseriæ: & expetitæ fortitudo patiētiae. Vnū est paupertatis uocabulū: sed nō una mēs pauperū: Quia nō idē est gaudere bene expensis diuitijs: qđ aut gemere de nō acquisitis aut dolere de pditis. Timoris etiam quo deus metuit̄: nulla est in appellatione distinctio. Sed aliud est timere qa peccaueris: aliud timere ne pecces. Et ibi est formido de supplicio: hic sollicitudo de præmio. Ob hoc em̄ de illo seruili metu dicit̄: quia pfecta charitas foras mittit timorem. *1. Job. 4.*

Ps. 118.

De hoc uero liberali: Timor dñi sanctus manēs in sæculū sæculi. Remota itaq; illa specie humilitatis quæ tota sine fructu est: uoluntarios tantū pendam⁹ affectus. Qui etiā si in gradib⁹ meritorū inueniunt̄ impares: nō sunt tñ ab ipsa uirtute discordes.

Ps. 18.

Prima ergo humilitatis ratio in cōmunis uitæ uersat̄ officijs: quib⁹ & diuina clemētia cōciliat̄: & societas humana cōnectit̄. Multū em̄ ad roborādū dilectiōne ualet: cū fm̄ doctrinā apostolicā inuicem se homines honore præueniūt: & alter alterū superiorē existimātes: amat seruire subiecti: & nesciūt tumere prælati: cū & pauper diuitē nō sibi dubitat anteferre: & diues pauperē sibi gaudeat æquare: cū & sublimes nō supbiunt de claritate psapia: & pauperes nō extollunt de cōmunionē naturæ.

Cū deniq; nō plus tribuit̄ magnis opibus q̄ bonis morib⁹: nec maior ducit̄ phalerata iniquoꝝ potētia q̄ rectorū in honora iusticia. Ab hoc æquo & modesto iure cōcordiæ: in quo nullū est de gradu superiore certamē: nec foelicitas aut inflat ppria: aut urit aliena: pulchre & mirabiliter a plerisq; pficit̄ ad illā humilitatis fortitudinē: quæ & se extra omnē cōstituit dignitatē: & mauult apta esse iniurijs accipiēdis q̄ idonea repellendis. Vt impleat̄ qđ ait dñs: Qui uult tecū iudicio cōtendere: & tunicā tuam tollere: dimitte ei & palliū. Et quicūq; te angariauerit mille passus: uade cū illo & alia duo. Illud qđ Apl's docet dicens: Quare nō magis iniuriā accipitis? quare nō magis fraudē patimini? Tales em̄ multū ad imitationē ipsius dñi nostri & saluatoris accedunt: qui cū diues esset: paup factus est: & cū malediceret̄ nō maledicebat: & pcutienti se nō cōminabat̄: & qm̄ dixerat: Diligite iimicos uestros: benefacite ijs qui uos oderūt: ut hm̄i beniuolentiā cōfirmaret exemplo: ipse p ijs a quibus crucifigebat̄ orabat.

Matth. 5.

Qui ergo fideliter & sciēter intelligūt quo opere saluati: & quo precio sint redempti: nolūt de mundi hui⁹ sapiētibus: nolūt esse de fortib⁹: qm̄ sicut ait Apl'us: Quæ stulta sunt mūdi: elegit deus: ut cōfundat sapiētes: & infirma mundi elegit deus: ut cōfundat fortia: & ignobilia mundi & cōtēptibilia elegit de⁹: & quæ non sunt: ut ea quæ sunt destrueret: ut nō glorieſ omnis caro in cōspectu eius: id est: ut nemo se placere deo p mundi sapientiā putet: quæ tota carnalis est: & a uera sapiētia cum omni sua uanitate destruit̄. Dñs em̄ nouit cogitatiōes sapiētiū: qm̄ uanæ sunt. Cū itaq; discipuli ueritatis humanā gloriā fugiūt: & a tēporaliū amore desciscūt: ut quæ dei sunt sapiant: nō quæ hominū: pficiūt sensibus nō deficiūt: neq; uigorem cordis amittūt: sed excellentissimæ intelligētiae lumē accipiunt: uiuētes quidē in hoc mundo: sed omnes mūdi strepitus relinquētes: ut redimant tempus quia dies mali sunt.

1. Cor. 6.

2. Cor. 8.

1. Petri. 2.

Matth. 5.

1. Cor. 1.

Ps. 93.

Quo autē precio quies huius tēporis aptius cōparatur: q̄ ut ipsi mundo omnes diuitiæ: omnes dignitates & uniuersarū cupiditatū materiæ refundant̄: & sancto bea

toq; cōmertio emat christiana libertas: fiantq; filij dei de paupertate diuites: de patiē-
 tia fortes: de humilitate sublimes. Nō em̄ ut dilectores huius sæculi putant: parui
 cordis aut signis est animi terrenas opes spernere: honores occiduos fastidire: nec
 ibi gloriā quærere: ubi laudat peccator in desiderijs animæ suæ: & qui iniqua gerit
 benedicat. Vnde si uere intelligat: cōtemptus iste rerū præsentium ad quæ tendat:
 & qualia cōcupiscat: nihil h̄m̄i mentibus rectius: nihil inueniet electius: quæ sacra-
 tissimis desiderijs uniuersa transcendūt: neq; ad ullā creaturā quīs potentē atq; mi-
 rabile: sed ad ipsum omnium uisibilem & inuisibilem ambiūt creatorē: cui appropinqua-
 re clarescere est: quē timere gaudere est: cui seruire regnare est. Sed hæc uirtus
 quæ tēporalis copiæ & patiētiae negligēs: ad uitā æternā angusta & ardua mittitur:
 nō debet uolūtarios pauperes in cōsortiū christianæ humilitatis admittere: eos autē
 a societate boni huius excludere: qui ampla prædia: magnifica patrimonia: & multas
 in hoc sæculo possidēt facultates: cū in populo dei multi semp̄ qui diuitijs bene ute-
 rent extiterint: nec ullo modo uel dici uel cogitari liceat q̄ Abraam & Isaac & Iacob
 quorū se esse deū: dñs p̄testatus est: ideo uera humilitate caruerint: quia pauperes
 nō fuerūt. Aut q̄ uir sacratissimus Melchisedech: dñi & saluatoris nostri præferēs
 formā: nō fuerit p̄fecte humilis: quia & sacerdotio eminebat & regno. Vel q̄ beato
 Job. 2. Job de quo deus p̄nūciat dicens: Nūquid cōsiderasti seruū meū Job q̄ nō sit ei similis
 in terra: homo simplex & rectus: & timēs deū: & recedēs a malo: ideo uirtus ista de-
 fuerit: quia erāt (sicut scriptū est) in possessione ei⁹ septem milia ouium: & tria milia ca-
 melorū: quingēta quoq; iuga bouum: & quingentæ asinæ: ac familia multa nimis. Eratq;
 uir ille magnus inter omnes orientales. Quasi tunc isti⁹ gratiæ particeps factus est:
 quādo omnib⁹ facultatib⁹ perditis: uniuersa quoq; familia filijsq; priuatus: & percussus
 uulnere pessimo a planta pedis usq; ad uerticē capitis: testa sanie radebat: sedens in
 stercore: ad imaginē elationis postmodū reuocatus est: quādo corporis incolumita-
 te renouata: septem rursus filiorū triūq; filiarū fact⁹ est pater: & duple in uniuersam
 substantiā est ditatus augmento. Absit autē ab animis fidelium tam irreligiosa psua-
 sio: ut cuiq; sanctorū: quibus deus & diuitias est largitus & honores: ad capiendū ue-
 ræ humilitatis meritū credatur: uel opulētia offuisse uel dignitas: cū eis ad huius uir-
 tutis p̄uectum utraq; p̄fuerint. Quis em̄ tota uita hominis tentatio sit sup̄ terrā:
 & tam abundātia q̄ inopia materia soleant esse peccati: cū uel diues extollitur ad su-
 perbiā: uel pauper p̄silit ad querelam: extiterunt tamē in omni tempore: & in no-
 stra quoq; ætate nō desunt: sicut & boni pauperes: ita & boni diuites. Nec frustra
 beatus apostolus Paulus Timothæū admonet dicens: Diuitibus huius sæculi præci-
 pe: nō superbe sapere: neq; sperare in incerto diuitiarū: sed in deo qui præstat nobis
 omnia abunde ad fruendū: bene agere: diuites fieri in operibus bonis: facile tribue-
 re: cōmunicare: thesaurizare sibi fundamentū bonum in futurum: ut apprehēdant
 ueram uitā. Quod utiq; fieri in uniuersa ecclesia quæ p̄ totum mundū est diffusa: nō
 dubiū est: & pauperes christi nō eorū tantū facultatib⁹ sustineri. Qui ut expeditio-
 res dominū sequerent: simul se omnib⁹ suis opibus exuerunt. Sed eidē operi etiā il-
 lorū substantias deseruire: qui possessionib⁹ suis nō aliter q̄ rebus pauperū præsent:
 ut ecclesiasticæ utilitati sub quadā p̄curatione famulent: elaborātes singuli p̄ suarū
 uiriū portione: ut ad uictum atq; uestitū familiæ dei necessaria cōferant: & simul p̄-
 spiciētes ut in domib⁹ ipsorū sub iusto sanctoq; moderamine oēs & benignitas foue-
 at: & disciplina cōtineat: Dicente Apostolo: Si quis autē suorū & maxime domesti-
 corū curam nō habet: fidē negauit: & est infideli deterior. Cū itaq; ecclesia dei quæ
 est corpus christi: ita sit multimoda uarietate contexta: ut in unū decorē etiam quæ
 nō sunt paria: cōcurrant: & de omni genere hominū & de omni gradu officiorū: de
 omni mensura operū: de omni qualitate uirtutū fiat totius ædificationis inseparabi-
 lis cōnexio: & indifferens pulchritudo: nec desit soliditati q̄ nō defuerit portione:
 tantaq; ibi sit pax: tātaq; cōcordia: ut nō possit esse nisi omnium q̄ est etiam singulorū:
 indubitāter apparet copulatricē quadā esse uirtutē: qua sibi cōfœderat & cōcinnit

LIBER XI EPISTOLA LXXXIII

multiplex sanctorum unitas: & speciosa diuersitas. Hæc autem uirtus uera humilitas est quæ inter quoslibet meritorum gradus nunquam sui potest esse dissimilis. Nam & in officiorum uicissitudine & in mansuetudinis lenitate: & in uoluntaria paupertatis electione: inueniuntur multa distantia: & alter altero in oppositi sui deuotione aut maior aut minor est.

In uera autem humilitate nihil diuisum nihilque non solidum est: & ideo omnes participes suos unum facit: quia inæqualitate ipsa non recipit. Huius igitur boni proprietates in confessione est gratia dei: quæ tota repellitur: nisi tota suscipitur. Sicut enim alienus est a numero fidelium & a sorte sanctorum qui in aliquo a catholica ueritate dissentit: ita extra gratiam efficiuntur qui aliquid de eius plenitudine diffident. Quasi homo auxilio dei in quadam actionum suarum parte egeat: in quadam autem parte non egeat: sitque ullum tempus ulliue momentum quo penitiosum illi esse non possit: si ab eo spiritus sanctus defuerit. Qui utique secundum ueræ deitatis essentiam: ubique totus est: & omnia comprehendit: sed ab illis modo quodam intelligitur recedere: quos destiterit gubernare. Cessatio quippe auxilij eius per absentiam accipitur: quæ sibi insanissime utile putat qui in iis quæ recte gesserit: se magis quam deum gaudet operatum. Plene ergo & ueraciter confitenda est gratia dei: de cuius hoc primum munere est: ut auxiliium ipsius sentiat. Propter quod dicit Apostolus: Nos autem non spiritum mundi accepimus: sed spiritum qui ex deo est: ut sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Unde si quis est qui aliqua se habere existimat bona: quorum non deus largitor sit: sed ipse sibi auctor existat: manifestum est hunc non dei spiritum habere sed mundi: & de illa sæcularis sapientia tumere doctrina: de qua dicit dominus: Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudentiam reprobabo. Vbi sapiens: ubi scriba: ubi conquisitor huius sæculi: nonne stultum fecit deus sapientiam huius mundi: secundum quam (sicut ait Apostolus) quidam cum cognouissent deum: non sicut deum glorificauerunt: aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis: & obscuratum est cor insipiens eorum: dicentes enim se esse sapientes: stulti facti sunt. Vides ne qualis supbis retributio debeat: & quali mercede replentur: quæ si quo modo ad cognitionem ueritatis accesserint: suæ hoc sapientia tribuunt: & de naturali ingenio gloriantur: tanquam deum non dei munere sed proprii intellectus facultate cognouerint. Omnia quidem elementa mundi & uniuersæ creaturarum naturæ: hoc ipsa sui existunt specie: ut inuisibilia dei per ea quæ facta sunt: intellecta conspiciantur: & in pulchritudine cæli & terræ quædam sunt paginae ad omnium oculos semper patentes: & auctorem suum nunquam tacentes: quarum pretestatio doctrinam imitatur magistrorum: & eloquia scripturarum. Sed quid illud est quo corporeorum sensuum exteriora pulsant in agro cordis cui impenditur ista cultura: nec radice potest figere: nec germine emittere nisi ille summus & uerus agricola potentiam sui operis adhibuerit: & ad uitalem profectum ea quæ sunt plantata: perduxerit. Siue enim contemplatio creaturarum: siue sacrorum series uoluminum: siue scientia differentium: sincero & assiduo testimonio prædicet ueritatem: neque qui plantat est aliquid neque qui rigat: sed qui incrementum dat deo. Inter omnes igitur lapsus hominum: inter omnia commissa peccantium: nulla est grauior quam superbiorum ruina: maxime cum ipsa elatio in dei tendit iniuriam. Nam aliter inflantur qui cupiditate extollentia singularis omnibus appetunt anteferræ: aliter uero intumescunt qui dei auxiliium refutantes quæ fieri sine ipsius opere non possunt: ex sua profici uirtute contendunt: & spem suam a domino auferunt: atque ad se transferunt: ut adimpleatur in eis quod scriptum est: Maledictus homo qui spem habet in homine: & firmat carnem brachij sui: & a domino discedit cor eius.

1. Cor. 2.

1. Cor. 1.

Ro. 1.

Ro. 1.

1. Cor. 3.

1. Thim. 17.

Hæc supbia a diabolo sumpsit exordium: qui quoniam a sua quam a creatore acceperat: potentia & dignitate sibi placuit: sequi auctoris sui gloria comparauit: cum ijs angelis quos in consensu impietatis suæ traxerat: a cælesti sublimitate deiectus est. Et ideo primis hominibus nocere potuit: quia illis male credulis per mendacia uenenata persuasit: ut meliores se futuros putarent: si in libertate sui arbitrij persisterent: quam si in legis datæ custodia permanerent. Siue itaque in lapsu diaboli: siue in præuarcatione hominis: initium peccati supbia est: quæ congruenter & auaricia nominatur: quia utraq; appellatio eum significat appetitum: qui & suam mensuram concupiscit excedere: & non dignetur diues esse nisi propriis tanquam habeat hoc simile deo: ut honorum suorum ipse sibi fons: ipse sibi sit copia. Hæc

autē elatio de puerſo uſu donorū dei naſcitur. Nam ſi cōditor naturaꝝ nulla pulchra: nulla ſublimia naturis rationabilibus cōtuliffet: unde ſe extollerēt nō haberēt. Ne-
mo em̄ de ijs quæ nō accepit ſuperbit: nec inflari quiſq̄ de eo pōt qđ a participatiōe
eius alienū eſt. Nunq̄ gloriat̄ de ſobrietate temulētia: neq; de beniuolētia inuidus:
aut de lenitate ſæuus: uel de caſtitate extollitur impudic⁹. Ipla ſe a uirtutib⁹ uitia ſe-
cernūt: & cū in peccatis agitur: nō inſita p̄ naturā: ſed ex mala uoluntate concepta:
& ppria diligunt̄: quia ſicut ſcriptū eſt: Mendax de pprio loquitur. Cū autē in bo-
nis & rectis actib⁹ laudabilis uita ducit̄: dei eſt qđ gerit̄: dei eſt qđ amatur. Omne em̄
datum optimū: & omne donum perfectū de ſurſum eſt: deſcēdēs a patre luminum.
Vnde quia inter uitia aut nulla eſt: aut rara iactantia: & facile ſpernitur qui de op-
probrio gloriatur. Malū ſuperbiæ maxime uirtutib⁹ eſt cauendū: quia nullis oppor-
tunius inſidiat̄ q̄ quibus laus iuſta debet̄. Cū ergo p̄ ineffabilē miſericordiā dei ca-
ptiuis libertas: pditis ſalus: mortuis uita reparatur: cū in ſacramento crucis & reſurre-
ctiōnis chriſti ad nouitatē redit uetuſtas: & ad innocentiam regenerat̄ impietas: anti-
quus hoſtis malignus fremit & acrius inardescit: & cū innumeris nocēdi artibus hu-
manum genus nitatur euertere: ſerens diſcordias: incitans iras: acuens cupiditates:
ſuadens turpia: falſa cōmentās: & errorum laqueos per opinionū cōmenta multipli-
cās: plus uritur de uirtute ſtantiū q̄ lætetur de fragilitate labētū. Multi em̄ ſeruiē-
tes deo: & in lege eius die ac nocte meditātes: crucifixerūt carnem ſuā cum deſide-
rijs & cōcupiſcentijs: omniūq; illecebrarū incentiua domuerūt: nō damnis uicti: nō
perſecutionib⁹ fracti: nō p̄ſperitatibus deprauati: mundū iſtum nec dilexere obſe-
quentē: nec timuere terrētem. Tantam itaq; firmitatē: & tam ſublime p̄poſitum
qua impugnatione diabolus poſſet adoriri: niſi ut quibus nō potuerat p̄ſuadere uiti-
orum amorē: immitteret laudis cupiditatem? Et ide nouiſſima inſtrueret̄ tentatio:
unde nocuit prima deceptio. Nō itaq; deſidioſis & tepidis: neq; inertibus & incul-
tis: ſed magis quibusdā animis ſedulis & bonorū actuum p̄bitate luculentis: p̄ gloriā
irrepreſit humanā: & quos impuſſione nō mouit: elatiōe deiecit. Quāto em̄ clariores
erant meritis: tanto eos aptiores ſuis inuenit inſidijs. In paradīſo nāq; eccleſiæ con-
ſtitutos & uirtutū delitijs abundantes ad cōfidentiā liberi incitauit arbitrij: ut p̄fec-
tus ſuos in ſe cōſtituerent: & ad arborē ppriæ uoluntatis manū p̄ſumptionis ex-
tenderēt. Reſtiterūt quidē huic impietati recta innumerabilia corda ſanctorū: &
nō ſolū docti quiq; pontifices: uerū etiā uniuerſales eccleſiæ plēbes apoſtolicæ ſedis
exemplo inſaniā noui dogmatis horruerūt: ſed intenerūt quosdam uiperina cōſilia
quibus doctrinæ ſuæ uirus infunderent: & quorū linguā p̄ dolos falſæ rationis arma-
rent. Hinc illa erat naturæ humanæ fraudulēta laudatio: & illæſæ p̄ omnes homi-
nes originalis deſenſio dignitatis. Hinc Adæ peccatū exemplo poſteris aſſerebat̄
nocuiſſe nō tranſitu: & q̄ illi poſſibile fuerat nō uiolare mandatum: tam liberum eſſe
unicuiq; declinare delictū. Hinc euacuatio baptiſmatis paruulorū: qui ſola adopti-
one donari: nullo autē reatu dicerētur abſoluti. Hinc poſtremo diuinæ gratiæ ſimul-
lata & inſincera cōfeſſio: quæ ſm̄ merita daret̄: nō ex qua merita naſcerentur: quā
partē ſuperbiæ p̄dicatiōis quidā ſibi cū cætera abnuerēt ſeruauerūt. Sed hoc eos
aut nimis imperite aut ualde nequiter feciſſe nō dubium eſt: ut omniū hominū ge-
neralem ruīnam meritoꝝ priuilegio ſubleuarēt: & cū inter noſtros originalis pecca-
ti uulnera faterent̄: inter ſuos tamē hoc tenere oſtēderēt: qđ primorū hominū p̄-
uaricatio ſolis imitatoribus offuiſſet. Naturalē autē facultatem nihil ſui in alieno ami-
ſſe peccato: cui poſſibile eſſet & liberū p̄ uoluntariā deuotionē p̄mereri gratiæ lar-
gitatē. Verum iſtā damnati dogmatis portione catholicæ mētes facile intelligūt:
& merito deteſtanē. Dicente em̄ dño Ieſu: Nō eſt opus ſanis medicus: ſed male ha-
bentibus. Nō em̄ ueni uocare iuſtos ſed peccatores: conuincunt̄ iſti in ſupbia etiam
ſine uoce clamare: ſani ſumus: opus medico nō habem⁹. Quæ nobis expectāda ſunt
p̄ſidia de ope gratiæ: quib⁹ ſuppetūt uires de incolumitate naturæ. Nō aut fru-
ſtra Iobānes p̄teſtat̄ & dicit: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccatū mūdi. Nec fru-

Jacobi. 1.

Matth. 9.

Job. 1.

LIBER X EPISTOLA LXXXIII

stra scriptū est: Nemo mūdus a sorde: nec infans: cui⁹ unius diei uita est sup terrā. Et *Job. 15.*
 quis poterit facere mundū de immūdo cōceptū semine: nōne tu qui solus es? Pro *Job. 14.*
 pter qđ sicut nunc in ecclesia manet cōstitutio saluatoris dicētis: Nisi quis renat⁹ fue *Job. 5.*
 rit ex aqua & spiritus sancto: nō intrabit in regnū cælorū: Ita sacratissime erat in lege
 præcautū: ut nat⁹ puer: nisi die circūcideret octauo: exterminaret anima ei⁹ de po-
 pulo suo: nullū in hæreditate israhel habitura cōsortiū. Quæ omnia & multo plura
 documēta nō tanta cura sacris paginis spiritus sanct⁹ inseruisset: si talis esset natura in
 filijs Adā qualis in ipso est principaliter instituta. Sed qđ filius dei uenit ut solueret
 opera diaboli: & ut quæreret ac saluaret qđ perierat: manifestū est omnes in Adam
 dānationi obnoxios esse nascēdo: nisi i christo liberati fuerint renascēdo. Vnde uir-
 gilāter nobis cōsiderandū est: in ipso regeneratiōis munere quid gerat. Quis em̄
 ad unū cōcurrant oēs eiusdē mysterij portiones: aliud tñ est qđ uisibiliter agit: aliud
 qđ inuisibiliter celebraet. Nec idē est in sacramēto forma qđ uirtus: cū forma cū hu-
 mani ministerij adhibeat obsequio: uirtus autē p diuini operis præsteet effectū. Ad
 cuius utiq; potentiā referendū est: qđ dum homo exterior abluatur: mutat interior:
 & fit noua creatura de ueteri: uasa iræ in uasa misericordiæ transferunt: & in corpus
 christi conuertit caro peccati. De impijs iusti: de captiuis liberi: de filijs hominū fi-
 unt filij dei. Qui nō ex sanguinibus: neq; ex uolūtate uiri: neq; ex uoluntate carnis: *Job. 1.*
 sed ex deo nati sunt. Qđ quia indubitāter accipimus: uerissimū est qđ Apłs docet
 dicens: Quicūq; em̄ spiritu dei aguntur: ij filij sunt dei. Vnde uideant cui⁹ se habe- *Ro. 8.*
 ri filios uelint: qui definierint: omnes homines uolūtate ppria regi: Cū idem Apłus
 ptestetur & dicat: Qui spiritū christi nō habet: hic nō est eius. Refutata igitur su- *Ibidem.*
 perboꝝ impia uanitate quibus in peccatū etiā illa quæ in eis uidentur laudāda: uertū-
 tur. Nos illā humilitatē cui uirtus & gloria dei est eligam⁹: sciētes pphetā Dauid ce-
 cinisse de sanctis: Domine in lumine uultus tui ambulabūt: & in nomine tuo exulta- *Ps. 88.*
 bunt tota die: & in tua iusticia exaltabunt: quoniā gloria uirtutis eorū tu es. Qui &
 alibi pñssime cōfiteatur dominū in sanctis suis esse laudandū dicens: Mirabilis de⁹ in *Ps. 67.*
 sanctis suis: deus israhel ipse dabit uirtutē & fortitudinē plæbi suæ. Huic etiā Hiere-
 mias cōcordat: & dicit dñs: Nō gloriē sapiens in sapiētia sua: & nō glori- *Hiere. 9.*
 etur fortis in fortitudine sua: & nō gloriē diues in diuitijs suis. Sed in hoc gloriētur
 qui gloriat: intelligere & scire quia ego sum dñs. Ipse uero intellectus & sciētia un-
 de habeant: pandunt puerbia Salomonis & dicūt: Qm̄ dñs dat sapiētiā: & a facie *Prouer. 2.*
 eius scientia & intellectu. Vnde in Ecclesiaste libro ipsius legim⁹: Qđ & corda & ope-
 ra iustorum in manu dei sint: & tantū in studijs suis pficiant: quantū eos ille puexe-
 rit. Quātūcūq; inquit laborauerit homo ut quærat: nō inueniet. Et quodcūq; dilexe-
 rit sapiēs ut sciat nō potest inuenire: quia uniuersum hoc uidit cor meū: quia iusti &
 sapientes & operationes eorū in manu dei. Tale est quod Apostolus prædicat di- *1. Cor. 12.*
 cēs: omne uerbū bonū: & omne opus sanctū donum est spiritus sancti: sine quo nihil
 recte agat. Ideo inquit notū uobis facio qđ nemo in spiritu dei loquens dicit anathe-
 ma Iesu. Et nemo potest dicere dñs Iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero sunt
 gratiarū: idem autē spiritus: & diuisiones ministratiōnū sunt: idem autē dñs: & diuisi-
 ones operationū sunt: idem uero deus qui operat omnia in omnibus. Vnicuiq; autē
 datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidē p spiritum dat sermo sapiētiæ:
 alij autē sermo scientiæ fm̄ eundem spiritū: alteri fides in eodē spiritu: alteri opera-
 tio uirtutū: alij pphetia: alij discretio spiritū: alij genera linguarum: alij interpreta-
 tio sermonū: hæc autē omnia operatur unus atq; idē spiritus diuidens singulis ut
 uult. Sunt & alia innumerabilia testimonia quæ ex paginis & noui & ueteris testa-
 menti quadā cōclamatione cōfirmant hanc esse ueræ humilitatis excellētissimā di-
 gnitatē: ut omnia quæ hominē faciunt christianū: ad diuinæ gratiæ donū referātur.
 Sed tantā multitudinē sententiarū in unum cōgerere: immodicū fuit: præsertim
 cū mihi sermo esset ad sanctimoniā tuam: cui ex formula eorū quæ cōmemorauim⁹:
 omnia se aut recordanti offerent: aut legenti: licet quædam etiam breuissima tantæ

fint plenitudinis tantæq; uirtutis ut nullo aduersantis ingenio possint in sensum aliud detorqueri. Nam quæ cōtradictio admitti potest: in eo q; ipsa ueritas discipulis suis p euangeliū Iohannis dixisse narratur: Sicut palmes inquit nō potest facere fructū nisi manserit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis: uos palmites. Qui manet in me: & ego i eo: hic fert fructū: quia sine me nihil potestis facere. Nō ne cōuincitur palmes elatus q; omni fertilitate uacuatur: si uitis ubertate nō alitur?

Quis em̄ sine auxilio gratiæ fructū potest afferre iusticiæ? Aut quis audet dicere se a christo nō diuidi: qui christū in se diffiteet operari? An forte uerendū est ne liberū tollere uideamur arbitriū: cū omnia p quæ ppitatur de: ad ipsum dicimus esse referēda? Q; nequaq; esse consequens ueritatis ostendit. Operante em̄ spiritu dei iuuatur arbitriū nō aufertur: & hoc agit gratia: ut uoluntas peccato corrupta: uanitibus ebria: seductionibus circūsepta: difficultatib; impedita: nō remaneat in languoribus suis: sed p opem miserētis medici curata reualescat: & gaudeat se nō interrogantē edocēta: & nō quærentē esse quæsitā. Quia implet quotidie q; Esaias ppheta prædixit. Quib; nō est annunciātū de eo uidebunt: & qui nō audierūt intelligēt.

Job. 15. Quō autē hoc fiat: Iohannes apostolus docet dicēs: Scim; quia ex deo sum; & mūdus totus in maligno posit; est. Et scimus qm̄ filius dei uenit & dedit nobis sensum: ut cognoscamus uerum deū: & simus in uero filio eius. Q; utiq; nunc eadē potentia dñs indefinenter operat; qui ait: Ecce ego uobiscum sum omnib; diebus usq; ad cōsummationē sæculi. Ut ergo misericordiā dei quæramus: de misericordiā est: q; ait: Miserebor cui misertus ero: & misericordiā præstabo cui misericordiā præstitero. Vnde mire p Hieremiā idem domin; manifestat q; dei gratiā nemo præueniat merito suo: Sed ppter dilectionē qua de; diligit: etiā auersos ad misericordiā trahi. Dilectione inquit æterna dilexi te: ppterea traxi te ad miserationē: q; ædificabo te: & ædificaberis uirgo israel. Cui sentētiæ Iohānes quoq; apłs cōgruit dicēs: Nō quasi nos dilexerimus deū: sed qm̄ ipse dilexit nos. Et infra. Nos ergo diligam;: qm̄ deus prior dilexit nos. Paulus quoq; apłus in eadē est sentētia dicēs in epistola ad

2. Timoth. 1. Timothæū secūda: Collabora euāgelio s; uirtutē dei qui nos liberauit: & uocauit uocatione sancta: nō s; opera nostra sed s; ppositū suū & gratiā quæ data est nobis ante tēpora æterna. Ad Titū etiā scribēs docet: nullo bono hois merito dei gratiā præueniri. Erasmus inquit & nos insipientes aliquādo: increduli: errātes: seruentes desiderijs & uoluptatib; uarijs in malicia & inuidia agētes: odibiles: odiētes inuicē: Cū autē benignitas & humanitas apparuit saluatoris nr̄i: nō ex operib; iusticiæ quæ fecimus nos: sed s; suā misericordiā: saluos nos fecit: p lauacrū regenerationis spiritus sancti: quē effudit abūde in nos p Iesum christū saluatōrē nostrū: ut iustificati gratia ipsius: hæredes simus s; spem uitæ æternæ. Omnis igitur illuminatarū mentium pius motus alienari quidē nō potest a ppria hominis uoluntate. Si quidē nihil recte faciet nisi q; uolens egerit: sed ut ad id quod æquū & utile est: animi tendat intentio: de illius æternæ & incōmutabilis uolūtatis inspiratione cōcipitur. Et sicut arte medici fit in oculis caligātibus: ut possint uidere q; nō uident: nec tñ nō ipsorū est uisio quā medicina cōtulerit: ita in cordibus tardis & hebetibus: p spiritū sanctum acies obducta tergit; & de uero lumine tenebrose iam & deficientes lucernæ lumen accipiunt: nec tñ nisi ipsarum erit quicquid fulgoris acceperint. Vnde dicit dñs: Ignē ueni mittere in terrā: & qd uolo nisi ut ardeat. Et idē iubet: lucernæ nostræ sint sp̄ ardentē: ut scilicet supno igne accensus anim; nō tepestat: sed studeat sp̄ ardere: ac si uigorē eius aliqua turbarit aduersitas: unde cœpit inflāmari: inde poscat igniri.

Proinde q; manifestissime: & pphetica: & euāgelica: & aplica doctrina: nec superbos nos uult eē nec desides coopatores: nos esse oportet gratiæ dei: ut illā excitatē iuuantē: locupletantē: & quotidie puehentē: uigilāter & sobrie subsequamur: nunq; cessantes ab actiōe gratiarū: quia inter secūda uitæ isti; & aduersa: quib; gemina sp̄ tētatione pulsamur: si pficimus inde alimur: si stam; inde subsistim;: si recidimus inde de reparamur. Dicit em̄ spiritus per pphetam Dauid: A domino gressus hominis

LIBER X EPISTOLA LXXXIII

dirigent: & uiam ei' uolet. Cū ceciderit nō collidet: quia dñs supponit manū suam.

Nō itaq̄ frustra præcipitur: ut boni simus: cū dicitur: Declina a malo & fac bonū. Sed nec frustra p̄ Hieremiā dicit domin': Timorē meū dabo in cor eorum: & uisita- bo eos: ut bonos eos faciā. Nec superflua erat præceptio Pauli apostoli ad roma- nos dicētis: Noli uinci a malo: sed uince in bono malū. Cū corinthiis dicat: Oramus autē ad deū: ut nihil mali faciatis. In omnib' em̄ monitis dei atq̄ mandatis una ea- dēq̄ ratio est: & diuinæ gratiæ & humanæ obediētiae. Nec ob aliud unq̄ dat' præ- ceptū: nisi ut quærat' præcipientis auxiliū. Voces em̄ docentiū & litteræ paginarū quæ ad eruditiōnē audientiū uel legentiū deo seruiūt: nō carent eius uirtute cui ser- uiunt: & qñ id qd' iubetur: ab obediēte pficitur: tunc effectus diuini operis declara- tur. Vigilant autē tētatoris insidiæ: ut ubi pficit deuotio: subrepat elatio: & ut ho- mo de bono opere in se potius q̄ in dño gloriē. Sed sollicitudo nos Apostoli con- tra hoc periculū monet dicens: Cū timore & tremore uestrā salutē operamini. De' est em̄ qui operat' in uobis & uelle & operari p̄ bona uolūtate. Quāto ergo excel- lentius in mādati dei quicq̄ pficiunt: tanto maiores habent causas formidinis & tre- moris: ne de ipsis p̄bitatis augmentis mens sibi bene conscia: & laudis auida: in sup- biæ raptat' excessus: & fiat immūda uanitate: dum sibi uidet' clara uirtute. Sed con- tra hoc periculū quid beatus Petrus in prima epistola prædicet audiam'. Si quis in-

Ps. 56.
Hier. 32.

Ro. 12.
2. Cor. 13.

Ps. 2.

1. Petri. 4.

2. Petri. 1.

Itē idem in epistola secūda: Gratia inquit uobis adimpleat' in recognitione dñi no- stri Iesu christi: qui nunc oia nobis diuina uirtute sua quæ ad uitā & pietatē ptinent: donauit p̄ agnitiōnē suā: qui uocauit nos p̄ pria gloriæ uirtute: p̄ quā maxīma nobis & preciosa p̄missa donauit: ut p̄ hęc efficiamini diuinæ cōsortes naturæ: fugientes eius quæ in mūdo est: cōcupiscentiæ corruptionē. Si ergo omnia quæ ad uitā & pi- etatē ptinent: deus nobis diuina sua uirtute donauit: nihil magis fugiēdū est q̄ appe- titus hui' cōcupiscentiæ: quæ uirtutē negat diuini operis: amore p̄priae dignitatis. Et cū aliæ cupiditates ea tm̄ bona quib' aduersant' iminuant: hęc dū oia ad se trahit: si- mul uniuersa corrūpit. Cū itaq̄ totius supbiæ generale nomē odiosum sit: siue illa de honore suo seu de nobilitate: uel de imodici opibus intumescat: hęc pars ipsius oibus tētationibus nocētior inuenit': quæ uidet' ijs quas pditas cupit: amica esse uir- tutibus. Sed q̄a sublimiora quæq̄ graui' corruūt: gaudet princeps supbiæ eos quos potuerit sua impulsione p̄sternere: ad celsiora creuisse. Huic aut' malo firmissimū bonū humilitatis occurrit. Quā ideo diximus uerā: quia omniū uirtutū inexpugna- bilis fortitudo: & quædā suorū est uita membroꝝ. Discernimus em̄ illā ab ijs offi- cijs quæ potest etiā cū mundi sapientibus habere cōmunia: & in eo p̄prietatē ipsius definimus: q̄ p̄ omnia deo subditur. Nec potest quicq̄ de meritis suis perdere: quo- rū causas atq̄ p̄uētus nō in se sed in suo auctore cōstituit. Dignū quippe est ut ima- go dei deo splendeat: & inde pulchra: inde sit compta dicens: Signatū est sup nos lu- men uultus tui dñe. Alioquin adultera est: & a diuino aliena cōiugio: si alteri' cuiusq̄ decorē in speculo sui cordis ostentat: aut ullis alijs monilib' acquiescit ornari: nisi il- lis quæ de thesauris sponsi p̄ sancti spirit' pignus accepit. Si aut' quælibet anima chri- stiana hui' debet cōtinentiæ soliditate muniri: quia oēs nuptiale sacramentū in quo- cūq̄ uocatiōis suæ ordine susceperūt: quāto magis p̄sonæ tuæ dignitas præsidio hu- ius uirtutis armāda est: cui de opulētissimis gratiæ dei donis tā multiplex se ingerit materia gloriādi. Quis em̄ cōis tibi sit cū multarū uirginum puritate uirginitas: nō tm̄ facile reperit': quæ possit tibi magnificētia domus & splendore antiquissimæ fami- liæ cōparari. De quibus ut nō supbias: nec tibi hoc ipsum qd' eis christū p̄posueris ascribas: ipsa est uera hūilitas: uera charitas: uera uirginitas. Ab omni q̄ppe cōtami- natiōe mens libera ē: quæ siue i se siue in pximo nihil diligit: nisi qd' ex deo eē nouit.

Ps. 4.

Nā amare aliquid qd' nō ex ope & spiritu dei sit: nō est casta dilectio: & sufficit tēta- tori sublimes & claras aīas hac illusiōe uiolasse: ut quas ad illicita nō impulit: placēdi

sibi ad elationē deiecerit. De hac charitate sine dubio Apłus loquebat̃ & istius p̃prietatē subtilissimis discretionib⁹ eliquabat dicēs: Si linguis hominū loquar & angelorū: charitatē autē nō habeam: factus sum uelut æs sonans aut cymbalū tinniens. Et si habuero p̃p̃betiā: & nouerim mysteria omnia: & omnē scientiā: & habuero oēm fidem ita ut montes transferā: charitatē autē nō habea: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas: & si tradidero corpus meū ut ardea: charitatē autē nō habuero: nihil mihi p̃dest. In quaz̃ definitionū formula multo laboramus obscurio: nisi sequentia demōstrarent: quæ esset species istius charitatis: cui soli tot operū labores: tot uirtutū merita nō perirent. Esto em̃ ut multiplex loquendi peritia quæ nō solū ad omnē humanæ faciūdiæ artē: sed etiā ad angelici eloquij p̃uenerit facultatē: si charitate careat: inutili æris sono & tinnitui sit cōparabilis cymbalorū. Esto ut habens p̃p̃betiā: scientiā: habens fidē dæmonib⁹ imperantē nihil sit: qui a charitate sit uacuus: ut etiā ille ab hac esse possit alien⁹ qui in alimoniā pauperū suas distribuerit facultates: uel qui corpus suū igne torrēdū p̃ christi cōfessione tradiderit incredibile uideret: nisi beatus Paulus hoc diceret: qui tñ cū eiusdem charitatis mēbra describeret: doceretq; qualis esset hæc uirtus sine qua nullæ possint p̃desse uirtutes. Charitas inquit patiens est: benigna est: charitas nō æmulat̃: nō agit p̃peram: nō inflatur: nō est ambitiosa: nō quærit quæ sua sunt: & reliqua. Inflatio ergo & ambitio: & p̃priorū bonorū superba defensio possunt destruere elemosynas: possunt euacuare martyria. Si & magnas opes amore quis humanæ laudis effundat: & sæua supplicia nō ea fortitudine quā de⁹ tribuit: sed ea quā de se præsumpsit excipiat. Hoc est em̃ p̃pria fiducia inflari: hoc uanā gloriā quibuslibet ambire dispēdit: hoc postremo ē nolle habere quæ dei sunt: & ibi suū cōstituere meritū: ubi diuinū cessarit auxiliū: hæc supbia omni peccato nocētior: omni genere est elationis infanior. A quibuslibet em̃ lapsibus delictorū facile surgit qñ opem a reparatore suo poscit elisus. Huic aut̃ ruinæ nihil subuenit: quia aut̃ difficile peccatū suū supbus agnoscit: aut etiā si intellexerit: nō currit ad medicū: sed de se sibi remediū pollicetur: nec unq̃ ibi p̃ficit cura: ubi morbus est ipsa medicina. Hunc autē corruptissimū pestilentia istius flatū spiritus ueræ humilitatis & ueræ charitatis excludit. In nullo em̃ hæc uirtutes ab inuicē diuidunt̃: & ambarū tā indiscreta connexio est: ut q̃ in una earū cōstruitur: simul utraq; potiat̃. Sicut em̃ pars charitatis est humilitas: ita pars humilitatis est charitas. Et si illa recolam⁹ quæ sine bono charitatis infructuosa esse Apłus definiuit: inueniem⁹ eadē similit̃ habere charitatē: si eis humilitas uera defuerit. Quæ em̃ fructū habebit aut cū inflatione sciētia: aut cū hūana gloria fides: aut cū iactantia largitas: aut cū elatione martyriū. Vnde quia in distinctione supbiæ & humilitatis tendit & charitas. De utraq; habeat̃ dictū: qcquid de una est disputatū. Super est nunc sacratissima dei uirgo ut sobrio castoq; iudicio sancti cordis tui arcā discutias: & aculeo totius elationis obruto inuestiges in te atq; dinumeres quæ & qualia tibi sponsus tu⁹ dona cōtulerit: quæ a me nō oportuit recēseri: ne aut plura cōtexerē aut pauciora pcurrerē. Verecūdiæ em̃ tuæ onerosa foret etiā uera laudatio: & ipse cōtra disputationē meā facerē: si cui ab humana gloria cōtinētiā suauissimā: a deo aut̃ te tuis præconijs incitarē. Ipsa ergo aulā tuæ mentis ingrediē: & in secretario purissimæ cōscientiæ tuæ qualia tibi reposita sint ornamētā circūspice: & qcquid ibi splendidū: quicquid pulchrū preciosūq; reppereris: diuini operis & muneris esse ne dubites. Ita ut in oib⁹ bonis opulētia tuæ & gratiā donatoris & ius p̃prietatis agnoscas. Accepisti em̃ quæ habes: & qcquid tibi diligētia tui laboris accreuit: p̃ ipsū tibi est auctū: p̃ quē fuerat inchoatū. Itaq; utendū tibi ē ijs quæ largit⁹ est de⁹: & ab eodē semp̃ ē petēdū: ut donis eius fideliter & sciēter utaris. Quid em̃ nobis boni pōt esse sine ipso: qñ quidē etiā ut recte oremus: ex ipso est: dicēte Apostolo: Nā quid oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui aut̃ scrutatur corda: scit quid desideret spirit⁹: qm̃ fm̃ deum postulat p̃ sanctis. Et ne dubiū esset de quo spiritu loqueret̃: iam supra dixerat: Nō em̃ acce-

LIBER X EPISTOLA LXXXIII

pistis spiritū seruitutis iterū in timorē: sed accepistis spiritū adoptionis filiorū: in quo
 clamamus: abba pater. Itaq; ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro: qm̄ sum⁹
 filij dei. Si autē filij: & hæredes: hæredes quidē dei: cohæredes autē christi: si tñ cōpa-
 timur ut conglorificemur. Implet igit̄ spūssanct⁹ organū suū: & tanq̄ fila chordarū
 tangit digitus dei corda sanctorū: Qui ideo cū die pentecostes in ap̄los plæbēq; cre-
 dentiū sicut a dño fuerat p̄missus: influeret: in specie linguarū apparuit ignearum: &
 loquelis omniū nationū eos sup quos infederat: fecit affari: ut dubiū nō esset: p̄ ipsi⁹
 inspirationē: utilē affectum: rationabilē sermonē: animis fideiū ministrari. Sicut ipse
 dñs discipulis suis insinuauit: & dixit: Cū autē tradēt uos: nolite cogitare quō aut qd̄
 loquamini: Dabit̄ em̄ uobis in illa hora quid loquamini. Nō em̄ uos estis qui loqui-
 ni: sed spiritus patris qui loquit̄ in uobis. Qd̄ nō in solo magnarū tribulationū tēpore
 credamus fieri sed etiā in pace præstari. Audiamus Ap̄lm̄ definientē q̄ ipsæ quoq;
 cogitationes nostræ nisi a deo nobis insitæ fuerint: rectæ esse nō possint. Fiduciā in-
 qt̄ talē habemus p̄ christū ad deum: nō q̄ sufficientes sim⁹ cogitare aliquid ex nobis
 quasi ex nobis: sed sufficiētia nostra ex deo est. Vnde cū sanctorū animis ex deo sit
 ut illis meditatio iusta: petitio efficax: actio ex deo sit: in fide firmitas: in tribulatione
 patiētia: in p̄secutione uictoria: magna est in uera hūilitate foelicitas: cui de⁹ dilectio:
 deus sapiētia: deus cōsiliū: deus fortitudo est. Nec dubie ista subiectio iā ex magna
 parte in illi⁹ futuræ beatitudinis est cōstitutata cōsortio: ubi de⁹ erit oia in oibus. Qd̄
 ideo in hac uita ad plenū nō pōt obtineri: quia nō dū mortale nostrū induit immor-
 talitatē: nec corruptio trāsijt in incorruptionē: caro adhuc cōtra spiritū: & cōtra car-
 nē spiritus cōcupiscit. Nec inuenit̄ in ullo hominū tāta concordia: ut legi mētis lex
 quæ mēbris est insita: nō repugnet. Propter qd̄ ex omniū sanctorū p̄sona accipit̄ qd̄
 Iohannes Ap̄lus ait: Si dixerimus qm̄ peccatū nō habemus: nos ipsos seducimus: &
 ueritas in nobis nō est. Cū tñ idē ipse dicat: Qui natus est ex deo: peccatū non facit:
 qm̄ semē ipsius in eo manet: & nō pōt peccare: qm̄ ex deo natus est. Vtrūq; ergo
 uerū est: quia & nemo sine peccato est: in eo q̄ nemo est sine lege peccati: & qui na-
 tus ex deo: peccatū nō facit: quia p̄ legē mentis: id est: p̄ charitatē quæ dei semē est:
 peccatū nō facit. Charitas em̄ operit multitudinē peccatorū: & sine qua nullū p̄dest
 bonū: p̄ quā delet̄ oē peccatū. Dū igit̄ corpus qd̄ corrupit̄ aggrauat aiam: & depri-
 mit̄ terrena inhabitatio sensū multa cogitantē: nō quidē obtinet̄ ut iam aia in oibus
 de⁹ sit: q̄ nullus est sine tētationis stimulo & sine mutabilitatis incerto. Sed q̄ om-
 ne datū optimū: & q̄ donū p̄fectū de sursum est: descendēs a patre luminū: sine du-
 bio inde habet̄ uirtutum omniū portio: unde habebit̄ plenitudo: & tanto quisq; est
 beatior deoq; coniunctior: quanto plus in eo fuerit gratiæ diuinæ q̄ actionis huma-
 næ. Benedic itaq; domino in omni tēpore: & laus eius in tuo ore sit semper. Ani-
 ma autem tua nō acquiescat nisi in domino laudari. Superbi quidem refragabunt:
 sed mansueti hæc audient & lætabuntur.

Matt. 10.

2. Cor. 3.

1. Job. 1.

1. Job. 3.

1. Petri. 4.

Sap. 9.

Jacobi. 1.

Præclarissimū opus epistolarū disertissimi uiri: sancti Ambrosij episcopi: elegātis-
 simo stilo conscriptarū: ad laudem dei in urbe Basiliensium per magistrū Iohannem
 de Amerbach impressum: Anno salutiferi uirginalis partus nonagesimosecūdo su-
 pra millesimum quaterq; centesimū: Foeliciter finitum est.

94

